


Citante 38
Procurada 8.
Nº 14



$$\begin{array}{r} 28 \\ \hline 8 \\ \hline 1 \end{array}$$

DE REGIO
PATRONATV
INDIARVM.
AVCTORE
D. PETRO FRASSO
I. C. TVRRITANO.
TOMVS PRIMVS.



ПРЕДІЯ
УТАІСІТ
МУЯІСІІ
АСТОРІ
ОГЛАЯНІІ
ДІПАРІА
ІОНА ПІКІ



Gregorius Fosman faciebat Matriti Anno 1611.



DE REGIO
PATRONATV.
AC ALIIS NONNVLLIS REGALIIS,
REGIBVS CATHOLICIS;
IN INDIARVM OCCIDENTALIVM
IMPERIO, PERTINENTIBVS.

QVÆSTIONES ALIQUÆ
DESVMPTAE, ET DISPVTATAE,
IN QVINQVAGINTA CAPITA PARTITÆ.

AVCTORE
D. PETRO FRASSO.
I. C. TVRRITANO,
MATRITENSI IN CVRIA NVPER
ADVOCATO, MOX IN REGIO
GOATHEMALENSIVM
NOVAE HISPANIAE,
NVNG VERO IN ARGENTINO REGNI PERVANI SENATV,
FISCI PATRONO.

CAROLO SECUNDΟ
POTENTISSIMO
HISPAÑIARVM REGI, D. N.
DICATAE.



M A T R I T I.

Ex Typographia Imperiali, apud Iosephum Fernandez à Buendia. Ann. M.DC.LXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

CAROLO SECUND^O,
MAXIMO
HISPANIARVM REGL^E
AVGVSTO
INDIARVM IMPERATORI.
FOELICISSIMAM
IN TRIVMPHIS DESIDERAT FORTVNAM,
D. PETRVS FRASSO,
IN REGIO ARGENTINO SENATV,
FISCI PATRONVS.



Enascente, O SERENISSIME REX , nobis illuxit fau-
stissima tui natalis Aurora ; te in lucem fœlicitèr orto , &
intèr matutinos vitæ radios rubente;

*Properauit gaudia tellus,
Cœlestis risit sedes , et gestijt Orbis.*

Non aliter , ac si solùm fervida ambiret , te suum Principem adorare ,
Orbis sceptra tenentem , allecta viuida spe , non tantum noua iam;
verum etiam , & faustiore fortuna perfruendi : idecò perfusa gaudijs
ad ortum sui FAVSTISSIMI CAROLI , magis fœlici cespite , quam
ad ortum mentiti numinis , primitias obtulit læta , solvitque fœcunda.

*Te nascente ferunt , ex orto flumine mella
Dulcatis cunctata vallis , oleique liquores
Isse per attonitos bacca perdente trapetas ;
Protulit vndantem segetem sine semine campus :
Et sine se natis invidit pampinus vallis ;
Hibernæ rubuere rosæ , spretoque rigore
Lilia permixtis insultauere pruinis .
Tale puerperium quoties Lucina resoluit ,
Mos elementorum cedit , Regnique futuri
Fit rerum nouitate fides , venisse beatos ;
Sic loquitur natura Deos .*

Quasi auspicato sibi tanto Principe Dædala tellus florida cunabula in-
texuerit , submiseritque flores . O fœlicem diem , qui magna signabitur
ara ; quæque sit longè sacratior , illa Herculis celsa ; quam quidem sig-
natam habuere , atque tanquam æterni Imperij omen prodigiale delusæ
gentes de superstitione prophanæ quondam existimarunt , summa Re-
ligione coluere .

Tom.I.

¶ 3

Ex

Sybiha
tom. 8.
Bibliot.
fol. 61.

Sidon.
Apola.
in Pa-
negi.

Ex illo celebratus honos, l^aetique minores
Servauere diem; primusque Potitus auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit; quae maxima semp^{er}
Dicetur vobis, & erit quae maxima semp^{er}.

O f^{elicem} inquam diem, terqu^e quaterqu^e beatum, qui nobis in te,
non mendacem, non chymæricum, sed verum Austriacum, pro toto
tegendo, siue subigendo Orbe Alcydem communem Deum, dextrum-
que protulit numen; iam equidem liceat clienti tuo ad tua procumben-
ti genua, ad plausus gratantis Orbis, ad festiuas Olympi voces, ad dul-
ce hominum triumphale Io decantantium simul p^{ræ} gaudio fœlix in
clamare cum Euandro, Herculis natalitia plaudente: Ioue nate CAROLÆ

Euand. salut^e, te nobis mater veridica, interpres Deorum aucturum cœlestium nume-
rum cecinit, tibique aram hic dicatum iri, quam opulentissima in terris gens
maximam vocet, tuoque ritu colat. Signetur profecto splendens, notetur
lapillo candido, quia nobiles fœlicitatum luces spargit Sacratior CA-
ROLI ara, quæque in omnium corde accensa amoris pyra, perenni
splendore rutilat, feruet, & ardet; tanquam nostrarum fortunarum
fœlix omen prodigiale, aspirante fausta aue, sinistra repulsa, perter-
rita leua.

Sed si usq^{ue} ad hodiernam lucem, int^r celsa Regiæ matris ubera,
int^r maternos amplexus nectar, & ambrosiam tener infans amans, de-
licias fugens aureæ infantiae primos delicatos soles perfunctus es; desine
iam sine iniuria Auroram tuæ primordialis lucis. Et beneulo, semper-
qu^e placido Ebalio, egredere ad gratum adolescentiæ iubar, splendi-
diore coma renidens, ut ex tam nobili incremento, Supremum Coro-
næ honorem, fausto omne, Nestorianos annos exuperans Fœnix pos-
fideas.

Vbi flore nouo pubescet firmior ætas.

Quo sanè Imperiali fastu, instar rubentis Solis radijs omnia lustres, &
illumines, atque meliore sidere fortissimi Anibalis astro ductus, placi-
da oculorum luce incipias fauere tuis.

Ex invictor ouans, sedato pectore tandem.

Expectandis Urbis tectis, templisque Jerenos

Lætos circum fert oculos.

Incipe ergo, O POTENTISSIME REX, ab oriente tui optatissimi
Imperi (tibi in æuum semp^{er} faustissimi) mihi fauere potens, de pie-
tate insignis; mihi, inquam, noue Phœbe faue, cuius aras fauore ple-
nas, clementia diuites iam vaga fama per Orbem, septemplici ære ce-
lebrat; & meritò iure, quandò Rex Deus quispiam humanus est; siue ex
Ioue sunt Reges, ad quorum opem flammatu alarum remigio amans ani-
mus pervolat obtinendam; tuas profecto aras, de nouo atque remoto
Indiarum Sole, sollicitus ardeo, supplici veneror animo, fervido stu-
dio concupisco, ut mihi tuam Regiam Maiestatem adoranti, amica
suboriatur fortuna, cum

Mitissima fors est Regnum

Sub Rege nouo.

Aptabitur mihi, ut spero, sub tuo nouo Imperio, ò dulce pecto-
rum

rum pignus, Puerque Deorum, natè Immortalium.

O decus, atque æui magna gloria tui.

Sapph.
Phaoni.

Quem quidèm sine adulatio[n]is crimin[e] certatim salutant sœcula. Salve superum genus, amoris deliciu[m], atque tuorum gratissima spes, trophæis ditanda, lauris Coronanda. Nitesce ergò nitesce Hispaniæ Sol. Si materno gremio adoratus, nunc iam nobis *Pastor populorum* ades recte cognoscens, tibi ciu[m] traditam esse tutelam, quorum votis, O MAXIME CAROLE fortunę imperans, & suarum in constantium rotarum clauum tua potentia firmans, ubique celebra-tus audies.

Tuque dum procedis I[de]o triumph[e],
Non semel dicemus I[de]o triumph[e].

Horat.
ode 2.li. 1

Sed antequam ferta Bellor[um] tua tempora ouantia (semp[er] fœlici,^{4.} nunquam tamèn bifronte Marte) coronent; & postquam tellus mu-nera Flore tibi lætabunda sacrauit, libauit officiosa Pales; alia nunc pro hac temporis opportunitate, & crescente valido Pelæo robore dulciora munera te expectant, & amant, inuicte CAROLE domi-nator Orbis, quæ si humanus de sublimi Imperij culmine libenter aspicias, nec renuas admittere, mea ingrata sorte seuerus, in promptu aderunt prælibanda; rumpat iam altum silentium, q[uo]d submis-sus rubor in pectore premit, referentur labia, quæ ad conspectum fui maximè VENERANDI CAROLI balbutientia, & nullo po-lita diserto stylo, tremunt. Munera sunt Astreæ, primitiæ sunt oblatæ de tam remoto Hemispherio, quas de paupercula mei exi-lis ingenij gleba, tibi poplite flexo, delibo; hæc sunt Principum gratissima munera, quæ adolescentiam alunt; nam qua parte vtilita-tem affrunt, honorem Principis maximè videntur commendare; cum non minus ad Respublicas recte temperandas sit officium Maiestatis, condere dominante potentia leges, quam legum scientia florere; siquidem honor additur Principi, si iustitiam diligit, dum-modò sciat illam diligere, atque illæsam seruare. Regale protæcto manus est, Regibus inesse scientiam, ut suadent plurima exem-pla, quæ adolescentias Principum delineant, ad literas animos do-cili genio conuertentium. Primus tibi adsit strenuus. Pelæus, flori-da ætate vernans à Chirone studijs enutritus; in Aurora ætatis Ma-cedo, cuius vestigia pressit terror Orbis filius Alexander, Lycidæ, & stagiritæ erudiendi traditi; Honorius Princeps, si Maiestate Imperij fulgens, literis maximè florens.

Ciceron.

claud. 4:
consul.
Honorijs.

Quid ergo referam nobilissimos Proceres tuos? ALPHONSOS, FERDINANDOS, alios laurea beatitudinis claros, alios sub acto Orbe famosos; quid CAROLOS triumphatores, fœliciores Alexan-dro, Cæsare validiores? Quid sublimes PHILIPPOS, Coeli terræque miracula, monstra sine deformitate in scientijs, & prudentia admiranda, nunquam tamèn satis laudanda. Quibus minor fama, ad illorum præclara gesta modulanda, deuicta cessit. Quorum exemplar vigente in pectore Regio, & Sacro Austriaco sanguine, ad maiora facinora per-agenda te accendere auctumo; est enim magnus verecundiae stimulus laus

Cassiod.
Vopisc.
P. in Prob.

*Parentum, dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus Auctores.
Hac dote videntur fuisse ditati maiores. Apparet sanè neminem vñquam ad
maturam virtutum summam peruenisse, nisi qui puer seminario virtutum ge-*

*Philo lib. quod neroiore concretus aliquid inclytum designasset. Alit ergò, & nobilitat
deterior legum scientia, siue multiplici honore ciuibus imperantem omnia
potiori omnibus facit: Rex ad populum, inquit eruditus Philo: Ità se debet ha-
bere, vt lux ad tenebras, vt sapiens ignorantia, vt Deus creaturæ. Cùm
infidetur. Rex imaginem referat Creatoris, quòd nèc superstitionem Gentilita-
tem latuit, si Plutarchum auscultemus: Deum duo sui pulcherrima fe-
cisse simulachra in Cælo Solem, in terris Regem; qui quidem adinstar Solis
fulgens, & regnans lacis doctrina populis debeat prælucere; præluce-
bis sanè, & de tua luce nobile iubar promanans extremas Orbis oras
deaurabit; pro floribus hos accipe fructus, et si veris horæ tibi na-
centi suavi pœmpa inservierunt;*

Albaque de viridi riferunt lilia prato.

*Nunc te delectet Astrea cum propria munera sibi pro honore singula lu-
stra poscant.*

*Verùm enim verò, quo incauta animi audacia, de tam exteris oris
pennas erigit? Scio euidem, nèc tacebo: ad CAROLVM peruolat
solem, quo nèc sacula retrò alium comptiorem aspexere; quòd luat
timeo temeritatis audaciam, aut repulso meo labore, vel non beneuo-
le accepto; quo quidem despectu (quem superi auertant) mens confusa
ruet, & plena rubore contempta, & vilis recedet. Sed apage, apage iam
vana, & timida cordis suspicio, quandò ad nullius Regis tutelam magis
fida pena aspirare conabor, quam ad illam, quæ summa CAROLI be-
nignitate conceditur, & tunc sublimiorem esse, quo pleniorum Philo de-
monstrat: Beneficentia Principis, sicut Luna, nunquam pulchrior, quam
cum plena; non ergò videntur sibi inuicem aduersari inimica sorte, flo-*

*Tertull. lib. de car. ne Chri-
sti, cap. 21. res lenitatis cum Imperij virga: Quid ergò negant (eloquium Septimij
refero) & fructui suum florem, & flori suam Virginem? Hoc est, non auel-
litur aduerso sidere flos benignitatis à virga Imperij, nequè rectitudi-
nis fructus à flore dulcis, & gratæ benignitatis. Imò verò iuxta me-
liorem Aulicorum indolem, Princeps quo natura sublimior est, eo hu-
manior debet esse; & quo se humaniorem præbuerit inferioribus,
eo se chariorem populo præbebit; quemadmodum enim ver-
no tempore indulgente, splendidi flores sua lenitate oculos prof-
pestantium alliciunt, atque non leuitate, sed sua nativa colorum
seuinitate animos mirè delectant; sic Princeps nouus flos, noua-
que purpurascens rosa. Maiestate salua, nèc minus æquitate corda
ciuium amoris catena validè sibi deuincit, & vnit, sicut seueritatis vir-
ga eos repellit, nam quantò seuerior Rex, tantò remotior à corde di-
stractior affectu.*

Mucrone cruento.

Claud. consulat Manlij Theoder.
*Se iactant alij, studeant feritate timeri,
Abductoque hominum cumulent æraria censu;
Lenè fluit Nilus, sed cunctis annibus extat
Vtilior; nullas confessus murmure vires,
Acrior, & rapidus tacitas prætermeat ingens*

Danubius ripas, eadem clementia fecit
Gurgitis immensum deduxit in ostia Gangem;
Torrentes immane fremant, lapsisque minentur.
Pontibus, inuoluant spumoso vertice sylvas;
Pax maiora docet, peragit tranquilla potestas,
Quod violenta nequit, mandataque fortius urget
Imperiosa quies.

Hæc tibi cognata pietas (qua, te regnante, potiemur) nobis pro tutela aderit, & quæ ab alto tuorum Maiorum præterlabitur fonte, in te maximè redundat; ut sicut Tullio eloquar: *Tuum Regale sceptrum patrocinium Orbis potius, quam imperium poterit nominari.* Dùm iàm ad tua lumina ALPHONSI IX. pro symbolo Pelicanum sibi adscribentis gratus amor, & mira erga suos benignitas versatur; qui non minus patria, quam pietatis amator semper inaccessam (ni dicam) aliorum Regum odibilem Maiestatem abhorruit, sibi iniuriosam habuit; cum nunquam illam venerata fuere, sed impatienter male fida repulere quotquot subditorum colla duro seruitutis iugo seuerè compressit, benè suadente Plutarcho: *Non sceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua species se ipsos nonnulli fingunt, aut defingunt stultitiam suam, quod videantur inaccessi reddentes inuidiam; offenditur enim Deus his, qui tonitrua, fulmina radiorum iaculationes imitantur; delectatur autem his, qui suam emulantes virutem semet in honestate, & humanitate ei reddunt adsimiles, atque hos in maius prouehit.* Quid de mirabili benignitate CAROLI, Imperatorum floris, & honoris? Cui siluit tremebunda terra, valore illius concussa, quem si nationibus imperantem adorauit, & ouantem timuit; inter commilitones tamèn, salua Regali Maiestate, nec minus aequitate, amicum, gratum, benignum conspexit, cui omnino cessit Trajanii Maiestas, cum genorosi genij sine fastidio, urbanitate singulari coniuncta; de quo meliore iure asseruisset Plinius; quod de dilecto sibi Principe celebrait: *Diligis ergo, cum diligaris, & in eo quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est, quod Superior factus descendis in omnia familiaritatis officia, & in amicum ex Imperatore submitteris; immò tunc maximè Imperator, cum amicum, ex Imperatore agis.* Sed quid iàm immoror tui magniparentis PHILIPPI, cœlica Regna tenentis, pietatem ad oculos versari? Quandò qualibet Orbis plaga celebris fama temporum rigore deuicto clamabit, pietate, quam potentia fuisse maiorem, quem honorem, aut cœlestem thesseram, nec inuidæ nationes abolere valebunt, quandò illi pro gloria fuit, Maiestatem Imperij salutis esse tutelam, pro laude fecisse fœlices, & Theodoricum Principem sibi de benignitate gratulantem excellere: *Quid enim tam Regiam (protulit non semel noster MAGNANIMVS PHILIPPVS) quam fecisse fœlicem, & eo usque præstare, quo se erectus stupeat attigisse?* Quasi magis Imperij sui, & toto terrarum Orbe potentior dextera, pietate, quam immensa dominatione flourisse videretur; nec immerito, cum potius ab hac, quam ab illa Principes, & Reges se omnium oculis videndos, atque animis diligendos suauiter ingerant, suaque scepta præfulciant.

Confide Regnis, cum leuis magnas opes
Huc conferat, illuc casus, hoc habent Reges

Senec. in
Medæ
act. 2.

Mag-

Cicer. 21
de officiis

Plutarck
ch. in life
bel.

Plin. pa.
neg.

Cassiod.
lib. 3.
Epist. II.

*Magnificum, & ingens nulla, quod rapit dies
Prodeesse miseris supplices fido lare protegere.*

Iam ergo cum te Supremum Regem adoret latè diffusa terra, quidquid Phæbi rota, aut plena cæsarie renidens, aut temperata deaurat, si inter Potentes sæculi te summo imperio, fortuna diuite robore, & armis, insuperabilem concinit: non minus debito honoris cultu benignum Magno Parenti non imparem veneratur, ac de patria pietate totam lucem exhaerientem concelebrat; proindeque elogia Constantini, Patris imaginem referentis, tibi meliori voto consignat: *Iustitiam vero Patris sic imitari, atque pietatem sic sequeris, ut omnibus ad te confugientibus, diuersamque opem, aut contraria alias iniurias, aut pro suis commodis postulanibus, quasi legitata Patris videaris exoluere, idque summè congaudeas prædicari, quidquid tu iuste, ac liberaliter feceris, filium Philippi nec fissariò præstitisti.* Hac via Romanos Proceres astra petiisse, hac lege diuinitatem quandam æmulata.

*Themist. Panegy-
rict. Con-
stantini.* fuisse, florens Themistius demonstrat: *Atque haec illa diuinitas, ex qua orat. ad Valenti-
nian. &
Valen-
tem. Im-
pp.* vobis assidue numinis appellationem damus, quam aliter revera nemo exprimere potest, nisi prius haec erga homines benevolentia in illo existat. Ipsa namque Imperatorem Deo similem, ipsa planè diuinum reddit; hinc à Deo enutritus, hinc ab eodem genitus euadit, hinc eidem diuinitatem communibus suffragiis attribuentes minimè errabimus; rationem reddit Gentilis: *Nequè enim in hisce indicijs, quæ de Deo retuli, quidquam aliud magis elucet beatæ illius naturæ, quam ipsa bonitas, unde, & nomen illi fecimus, idque tanquam omnium illustrisimum, dignissimumque, quando, & longi æui esse plures potentia superasse, multis etiam animæ expertibus inesse cernimus.* Hac ratione linceo studio solis candorem contemplabatur, & tanquam legitimum tanti luminis splendorem, quolibet alio illustriorem existimauit Orator, non tantum magnitudine radiorum, quam benignitate lucis imitantis; causam adnotauit Mediolanensis Antistes: *Quia in quacumque cœli parte fuerit, illuminat omnia, & æquè spectatur à cunctis, ut solem tanquam suis regionibus immorari, & sibi tantum adesse, atque lucere singuli populi credant; cum similitè luceat universis, ut nemo huic propriorem alium, quam ipse est arbitretur.* Hanc ergo solaris lucis sublimen indolem de paterno Phæbo diminutam æmularis, Hexam. SERENISSIME CAROLE, Phæbeo candore illustrior, si magnitudine imperij fulgens, benignitate in communem, & priuatum statum pater, dumque omnibus, & singulis tua Maiestate sublimis, mitis, & amabilis ades: *Nec aliter oportere Principem quoсumque aspexerit sua benignitate, atque misericordia dignari, quam Sol, qui sui luminis claritate colueret, sui quoque caloris participes efficiat.* Hæc sane maxima, quæ iam de te omnium ore commendantur, animum, atque spem aluerunt; sumpsique spiritum, non audacem, non intrepidum, sed pie sperantem, submissa rogantem; ut materiam de tuo Regio Patronatu Indico, nusquam singulari methodo tractatam, libenter accipias, quamque meus improbus labor peregit, & assiduo studio inuigilans, tanquam obsequium tuę Maiestati gratum adimpleuit, ut peracta sub tua Regia tutela honorem recipiat: *A pietate, & iustitia Principes Diij sunt. Ut deprimere, atque extollere inuolato iustitiae sceptro meritos, demeritosque valeant, apud quos, si adultera vitiorum turba, regalia eorum pectora non deturpet, & infidiosè commaculet, & merita florent, & demerita virga iustitiae*

*Tull. 2.
de natur.
Deor.
S. Am-
br. lib. 4.
Hexam.
cap. 6.
Zonar.* ple-

*Augus.
apud Se-
nec. in
Ind.*

pleteuntur, quin fatā venerari, & fœlices adorare satis, superque sit ad
sacra rationis iura violanda, ut insipientium Gentilium antiquum pro-
loquium erat.

Fatis accede, Deisque

Et cole fœlices.

LXXXVII

8.

Ad sacras, inquam, tuæ iustitiae aras, supplex accedo, timido animo, ne
audacia meæ temeritatis pœnas luat, & dum obsequium præstare pre-
sumit, iniuriam inferat. Sed repulso hoc timore, tuam celsam, cœlo-
que delapsam pietatem posco, maximè cum spero te mihi benignum
experiri, te mihi opem præstiturum; nam si Superi priores sunt in eos,
qui maximè illos colunt, & amant. Tu mihi prior eris, te ardenter aman-
ti, te officiosè adoranti. Hanc ergo materiam tibi delibo, licet tot cu-
ris intentus, licet munere Regiae Fiscaliae summè distractus; existimauit
enim illam præ alijs peragere, qui à ad rectum, & salubre regimen ha-
rum terrarum à tuis oculis distantium (etsi nonnullis aspera sit) necessa-
riam esse compieret tua Regia Maiestas, ad quod obsequium amor ad-
didit vires, ut hæc tua Patronatus iura huic remoto Orbi magis elu-
cescerent, illaque ignorantibus, sublata umbra, patentes; nam quò ma-
gis pervia sunt oculis, eò minus oblita, custodita magis, venerata ma-
gis, & vinculo illorum hæc regna optimè temperanda venient; qui à ius, Cicer. p. 8
& equitas vincula sunt ciuitatum, siue in legibus salus illarum sita. Ciubus rati. A-
enim Principis legibus parere incumbit; sicut illius munus mentem ap-
plicare, ne indulgentia fortunæ, & prauis magistris discant, & audeant
ciues illas violare: Maximo imperio maxima cura inesse debet. Qua quidem
Regius conseruatur honor; singularia quidem elucescunt tua Indici Salust.
Patronatus iura mira, & Regalia privilegia, adeoque de singularitate
famosa, ut aliquibus metas Regiae potestatis transilire videantur; sed
falluntur, quandò à prima luce huius diuinitis Imperij, Sancto, & re-
ctissimo iure longa, sempèrque veneranda tuorum Majorum series illud
fœlicitè obtinuit, tranquilla possessione rexit, & usque ad hæc aurea
(te regnante) tempora possidet; nam sicut nulla quæsita scelere potentia Curt.
diuturna potest esse, ita, quæ obtenta sinè crimen fuit sæculis antecellit, & lib. 4.
sub firma Imperij rota, si præterlabentia sæcula occidunt, renascun-
tur sæcula; ut hoc modo nationes sciant (quibus hæc opulenta Corona
sempèr extitit iniuriosa) qua Religione fruatur. Ad tuam sacram, &
amabilem tutelam penniger meus peruolat labor, non allectus concipi-
to præmio; sed solum tua laude contentus: Ad fidem faciendam auctori-
tas quæritur. Et quæ, rogo, gloriose à me poterit optari, quæ in
te resplendet toto venerata Orbe? Nulla profectò sublimior, nulla cel-
sior, à tuo Regali eloquio magnus mihi suborietur honor, illustrior mea
toga florebit. Si enim loores celebrati Plinius magnum fecere Trajanum,
notante id aulico Cassiodoro: Da Plinium, & accipe Trajanum, quasi
Panegyristica laus cuderet optimos Principes meritorum amplitudine
magno; quantò efficacior erit tua laus, O. M. CAROLE ad sidera usque Plinius
extollendos, quos ipsa commendet, decoret, & ornet? Quondam Plinius
dilectus Princeps: Optimus faciebat, cum diceret, ut sola sui Principis
commendatio, meritorum testimonium peregregium foret; nec fuit
adulatio Plinius, si Maiestatem, & iustitiam serenis oculis inspiciamus;

quan-

quando Principes, ut potè simulachra Dei pulcherrima, quæ laude sunt digna laudant, quæ verò repellenda, contemnunt. Regalis enim laus, sicut electio, vnica gradiuntur via; quià sicut electio Principis meritis fulcitur, ità illius laudes meritis acquiruntur: *Electio nostra inquit aureo Cassiodori stylo Athalaricus Rex, de meritis venit, & tantò quis Regali animo proximatur, quantò bonis studijs societate coniungitur.* Est ergò Regia laus Clicie benemeriti amatrix, cuius vestigia premit, cuius lumen sectatur, ab illiusque splendore placido intenta sollicita blandè trahitur; libeat iam audire Cassiodori Principem: *Hos viros nostra perscrutatur intentio, his morum Thesauris gaudemus inuentis, in quibus vetùs figuratis honorum vultibus clementia vestre serenitatis exprimitur;* & alibi cum Marcello loquentem: *Non enim de rudibus sententiam ferimus; sed de probatissimis iudicamus.* Polisti siquidem studij forensis cote multifariè prædicatus ingenium, nutriti facundiam exercitatione causarum, expertus es, quām suaves fides afferat fructus, ut ipsa conciliat corda regnantium; hæc in te inspeculator virtutum noster sensas inspexit, his apud nos suffragijs placere meruisti, ut dignus existeres ad publicas causas, qui gessisti, hactenus subintegritate priuatas. O quām disertè dixit: *Inspeculator virtutum noster sensus inspexit,* sicut perbellè alibi, nostra perscrutatur intentio; quià scilicet oculis Regum gratissimum lenocinium est pompa meritorum; ni velim cum Urbanissimo Senatore laudem Principis vaticinum esse meriti, aut quandam illius politicam prophetiam, qua tanquam faustum auspicium merita futura prædictit: *Talia iudicia Senator eloquitur, non inuenerunt merita, sed fecerunt.* A laude videlicet Regia merita, quæ nulla forsitan fuissent, dulces promanarunt fructus, ardore laudum maturi; optima sanè indeoles elogijs stimulata, generosos animi spiritus ardenter elicit, ad præclara virtutum facinora peragenda; sicut inimico genio sordidum ingenium plausibus euanescit ad culpam. Hæc, inquam, infania est; illa verò prudentia, nec mirabor, cum dissimiles ferant fructus, tamen dissitæ ingeniorum glebæ, & quæ de sordida sterilitate spinas malitiæ germinat, fecunda irrigata tempestiuia laude, & honore Regio germinet literarum rosas. Hæc enim merita cudit calcar excitans animos, promptuarium probitatis, & officina virtutis; extulit olim delicium Plinij quempiam è nobilibus Quiritibus, & auditæ Imperatoria laude statim: *Romana iuuentus accensa erexit animos ad æmulandum, quod laudari videbat, nec fuit quispiam, quem hæc cogitatio non subiret.* Quapropter subtili calamo Aurelius laudem appellauit operariorum sermonem; quià, si merita non inuenit, illa cudit, & format: *In nobis quoque adhuc in hac carne viuentibus manus habet ipsa lingua, quià scriptum est, mors & vita in manibus linguae.* Laudantem linguam manus habere dicitur, quibus veluti artifice, & conditore sermone merita format, dum laudat; sicut diuellit, & dissipat, si rigido, & mordaci aculeo detrahat, & infamet. O quām potens, quamque summo pretio æstimabilis est Dynastarum, atque Potentium laus, quamque celeri penna præteruolat, secumque portat, quem laudat, ad extremas Orbis oras, exclamat Calsiodorus, loquens cum fortissimo bellatore à Theodorico laudato: *Is enim frequentè Victor per diuersa ora volitauit, plus vietus furore, quām curribus.* Alas celeres explicat ille fœlix, quem Principes

pes laudant, ut tanquam triumphali curru immensa Cœli, terræ,
que spatia lustret, aut peragat. Vide iam, SERENISSIME REX,
quam sollicito animo tuam celsam commendationem amabo; si pla-
cet hoc opus, quod de diuite Indianum tellure, secunda metallis,
grauida argento, auro superba, pro argento, & auro ad Solium
tui splendoris remitto, forsitan timebo, ne remotæ Regiones à tuo
benigno aspectu, salubres, atquæ benignos radios meo labore sub-
ripiant. Sed cum tua summa benignitas ubique floreat, & regnet, hoc
malum effugiet, & mea fedula studia (quamvis remota) tibi præ-
sentia reddet; cum tam amator tuorum adsis, ut cum pio, atque
recto Athalarico Rege gratissima illa verba referas: Nec vereamini *Cassiod.*
absentes, nec sitis de Principis ignoratione solliciti, latere potest forsan *ibidem.*
vulgare hominum genus, nesciri non potest proles Senatus, quando bene
noti sunt, qui meritis afferuntur, & abunde cognoscitur quisquis fama te-
ste laudatur, quapropter te longissimè constitutum meritis nostræ oculus
serenus inspexit, & vidit meritum, quod non habebatur occultum; non
obliti sepeliuntur; nequæ oblitterari possunt, qui Solis pyramidum cum
Aurora lucis, tuo Imperio dediti, studiosi coniungunt, maximè
cum præcipuum Principum munus sit, ad examen hominum ad iu-
dicandum oculos super omnem populum habere, ut ex eo Consules eli-
gantur, & si à FERDINANDO Sole usque ad Quartum splendidum (à
quo nostra sorte fœlici lucem auspicaris) indefesso iubare tot Senatores,
tot Consules Toga conspicui. Regio honore condecorati conspicuntur;
quid mea deterrebit submissio? Age iam PHILIPPI venerande Puer,
& meis adlabere coepitis; cum solum pro munere optem gloriam, tua co-
mendatione partam; ut hoc opus in duas partes diuisum, atq; elaboratum
(licet secunda iam cōpta, & numeris absoluta postea exarabitur) sit pig-
nus stimulans ad alia diuersa, que mea sollicitudo studiofa excogitauit,
etsi pluribus officijs præuenta, ut ad otium vix nostrum Fiscalij Regiae
munus opportunitatem concedat. Meis inquam adlabere coepitis; Celse,
atque venerande Puer, magnum Iouis incrementum, sic tam fœlicitè
regnes, ut in sinum Regium fausta, & amica fortuna, cunctas tuorum de-
uoluat victorias, sic tam prospere viuas, ut

De nostris annis tibi Iupiter augeat annos.

Macte iam fœlicitate laudabili, qui ætate tam fœlici flores, omnibus
grata, optata cunctis, ad augustiores laudes, ad festiuiores plausus, qui-
bus tuum Imperium sublimius fulgeat, singulares animi eximij dotes
celebrentur; quas quidem tanquam nobilissimas appeterent, sibique
concupiscerent, ceteris aliorum Dinastrarum parvipensis, quotquot Su-
premi Proceres laudum flores æmulantur.

*Quæ digna forme laus erit ignea
Te Læda maliet, quam dare Castorem
Præfert Achilli te proprio Thelis.
Victum fatetur Detos Apollinem,
Credit minorem Lydia Liberum.*

*Cassiod.
libr. 1.
epist. 3.*

*Classid. in
epithal.
Honorijs,
¶ Ma-
riae.*

Illis sanè superbit nostra imperans Hispania, cū iam tuo protegitur Cly-
peo Palladis nobiliore, Pallatis fortiore, cui deuicti populi, subactæ Na-
tiones, regna, & imperia domita rebelli cervice laureas, & Coronas, me-

liore iure sacrabunt; quām Augusto eucto triumphali curru dona pro fertis, & ferta pro donis dicarunt.

Sil. lib.

Mæte, ò Mæte indole Sacra

Vera Iouis proles, & adhuc maiora supersunt.

4.

Siquidem adolescis è validior, quò nobilior Scipione; nàm si hic de tenera, & florida ætate ad maiora lustra pervenit, ad glorias Patris augendas: TV MAXIME CAROLE ad glorias Patris, & Auorum astris exarandas, robustos ætatis Soles fœlicitèr prospicies, faustè numerabis cùm vires, cùm celos animos, spiritus generosos de stirpe Austriaca ortos, atque elatos proprijs viribus adiungis, quibus enutritus, despectos relinques Alexádros, Cæsares, Scipiones, & Achilles; simùlquè noua luce ad lucem istam reduces IACOBOS bellatores, FERDINANDOS triumphatores, ouantes, & insuperabiles CAROLOS, PHILIPPOS fortuna veritos, reduces quidem nouo honore, tua dextera obtento, tuum invictum Parentem, toto Orbe validiorem, qui cum toto Orbe decertaret, armatus Orbis minimè eum superauit, & quamvis nullo intericto fine multiplicaretur Orbis, nunquam de illo triumpharet, aut de Sacro Solio repelleret, sic ut innumeris bellis, & hostibus aggressus, & lacesitus, nec ad latum vnguem vagus de solio recessit, qua profecto gloria non florent cæteri Reges; Videmus enim, & non sine admiracione notamus, quòd vix ad sonitum tumultuantis plebis, aut ad rumorem bellii, siue intestino, siue externo igne succensi, statim grauitate demissa, Maiestate violata, patrios relinquunt lares, filiorum dulcia pignora deferunt, delicias amittunt, & Solio Regio depulsi vagabundi peterrant, vel tanquam pennati servi auolantes, vel timidæ columbae fugientes; heu, heu misera aliorum Regum deploranda lues? Et, ò Hispanorum laus immarcesibili lauro redimita, ò invicta potentia Pelea fortior? Quā cum vaferimi hostes opprimere insudant, nunquam apperto Marte, aut recta Bellona facie, sed arguo Vllyse, Vertumno Pallamede (Superos Sacros testor) insidiatores invadunt, instar muliebris sexus cui natura.

*Senec.
octa.*

Pectus instruxit dolis,

Sed vim negavit.

Hac ergò potentia regnas, INVICTE CAROLE, & nunc tua ditione potentior euirescet. Amplius oro.

*Silius
lib. 3.*

Sis Patrio decori, & factis tibi nomina condas,

Qui superes bellator Anos.

Nec de hac secunda fortuna nitat animus, nec mens male fida hæret, sed certo, & firmo ominè iam gaudet Hispania, cùm pro tua bellatrice dextera militabit æther, donec tuorum insidianium, atque invidentium hostium impudentes cervices comprimas, captiuas reddas, tuo imperio oscula imprimentes; nunquam enim magis honoratas fortuna videbit, quam cum subactas CAROLI plantæ subijciat; Hos ergò sublimes triumphos, lætas victorias, triumphales Idumæas palmas, alta, & pellucida nostræ spei Pharos fausta auguratur aue, & sibi de illis iam iam gratulantur nostra peramantia vota. O tempora nobis fœlicia, quibus ouans regnabit CAROLVS, & sub tam prospero Rege fœlicitatis nostræ gētis crescent in immensum gloriae pondus, ò saecula aurea, quibus CAROLI triumphos Phœbea Cheli decantabimus? Exibunt populi,

egre-

egredientur tumultuosi Iuvenum, senumq; Chori, lætum Peana canentes. O superi Sacri aspirete Secundi nostris ardentibus votis.

Rex ò Stellantis Olympi.

Tales per domito redeat mihi Carolus hoste
Hircanas populatas opes, aut cæde superbus
Sycria si ense rubens, sic flamme crebro
Turbidus, & grato respersus puluere belli,
Armaque gauiso referat captiuua Parenti.

Claud. in epist.
thal. Horac.
rij. & Mar-
riæ.

Sileant aliorum certantium augusta trophæa, nèce eorum adscribantur
victoriæ, quæ licet giganteo robore elucere videantur, iam, te regnante,
obrenebrantur. Et mihi amanti tuam in lauris foelicissimam fortunam
irradiet optimus ille dies, quo videam tuos spolijs refertos adplausus
vulgi: sæpè resistere currus, quo te redimitū celebrem totius Orbis Co-
rona. Nitesce, nitesce meus Sol, & quidquid Principe luce deauratur ter-
ris, tibi grata sacret obsequia, tibi serviat vltima Thule.

D.D. Petro Frasso, Argentini Senatus Fisci Patrono, amico, Concollegæque
dilectissimo, & operi.

D.D. Ludovicus Iosephus Merlo de la Fuente, eiusdem Senatus Propræses ita
gratulabatur.

Non sine ingenti admiratione hoc primum opus elaboratum, pro iurisdictione
elucidanda, & protegenda potestate Regij Patronatus, sedulo, & repetito stu-
dio perlegi; quodque per quinquaginta capita, tuum subtile, & celebre ingenium,
(o meritissimè Fisci Praefecte, ac multis nominibus venerande) diffuso, ac sapienti-
calamo peregit. Omnia profecto plena, omnia referta, quæque prebent sapienti-
bus singulares materias; necnon ad proximius utiles, & summe necessarias theses,
omnibus Regijs iudicijs, quas quidem nobilitas Sacris Pontificum characteribus, &
decoras fœcudo præceptorum Regalium cespite, & Doctorum placitis, tam Iuri-
prudentia, quam Sacra Theologia doctis. Ex quibus omnibus merito veneror, si-
mùlque concelebro miram subtilitatem, placidam claritatem, ac sine fastidio fa-
pientiam, qua ad splendorem, & lucem difficultates edis, atque resolvis, in illis pro-
fecto video fasciculum optimum, ex omni varietate florum constructum, mirifica
odoris suavitate, non modò huiuscè Regni loca perfundentem, verum etiam totum
terrarium Orbem; proindequè hoc celebre ingeniosum elaboratum opus laudibus
celebrandum reproto, & si fas est, conclamabo, ut imam fulget totius, quod viq;
ad hęc præsentia tempora in hac re peractum est; vt elogium Plinij, & Sydonis
Apollinaris sibi merito arroget: *Est opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium,*
elegans, surum, figuratum, materi i clausum, declamatione conspicuum, propositione ob-
structum, disputatione reseratum, vernantis eloquij flore mollitum, spaciosum, & cum
magna Autoris laude diffusum. Ego iam, quod laude maximè digoum plaudo (ni
fallor est) quodd tot curis distractus, primus in Curia Regia, a siduo, & hinc studio in
obeundo munere Regijs Fiscalij intentus, non sine magno Regalium dimitiarum in-
cremento, atque pio peciore invigilans, & tutelam Indicam gerens, absque iniuria
urbanitatis (que inter nobiles, atque disertos sodales Toga conspicuos floret) ver-
satus fuoris, similiisque tibi commodum, & gratu suppetierit tempus ad hoc primum
opus typis exarandum, iam iam secundo peracto. Idcirco meliori iure, quam de
*fortissimo Alexandro, de te sine adulatio*nis* criminе proferre possem, quod spar-*

Spart. apud tianus protulit: *Quod in Adriano Imperatore etiam admirandum fuit, in uno tempore*
Maiol. dies scriberet, dictaret, audiret, & cum amicis fabularetur. Glorioſa profecto laus, que non
Canic. pag. 79. *gracili, sed subtili, & florido ingenio, atque præcellenti mentis acumine (quale*
tum est) acquiritur, queq; adimit, siue fœlici forte subripit noctis otium, quod de-
fessa sibi postular natura, tanquam mercedem, proprio labore partam; te inquam

Sulp. Seu. 1. dial. de mori respexit Seuerus Sulpitius, quando dixit: *Totus semper in lectione non diu, non nocti*
bus Monac. Orient. *requiescens; aut legis aliquid semper, aut scribis. Vel si cum Seneca eloqueris: Adalie-*
scripta dico) ffervescis, ut videaris velle vitam prolaude pacisci. Obliti-
Senec. lib. 2. de Ira, c. 2. *tus corporalis laboris, memor tamèns a sidu studij honores parturientis, quos pro*
Virg. Eneid. 5. *gloria impense curae auspicari conaris, vna sorte Philippi ab Iiocrate laudati: Cogi-*
Iso脆at. orat. ad Philip. *tes velim (disertè eloquitur Gentilis Orator) mortale corpus omnes nos habere; sed*
Enod. in d. orator. *gloria laudibus fame perpetuate fieri compotes, immortalitas, cuius copitatem om-*
nes vires exerende, nulli labores, nulla pericula recusanda. Quamobrem veritati irro-
garetur iniuria, & virtus lachrymosa abiret, si illi immerito tolleretur laus, quam
Iustin. in 1. Marti. li- br. 1. Epigr. *iustitia sibi pro debito exigit. Celebre inquam tuorum meritorum elogium, quod*
Benè à Zeno ne 3. in fin. C. de quadrienn. præscript. *bene Enodius semper in benemeritis extulit: Namque omnibus rebus, que estiman-*
ti. Et dum hoc opus ad ampliores honores te vocant, Regia Maximi nostri Secundi Caroli Be-
nignitas, ac imperiosa Maiestas, nostris fauebit votis, que tua commoda ardenter, cau-
sifida aderit tua fidelitas, causidicus etiam aderit in promerendo sublimiori hono-
re tuus fidelis affectus: Qui enim (ait Iustinianus) suis laboribus dia, nocti que laborant,
quare non habeant dignam suæ prærogatiuæ fortunam. Hanc tibi fœlicissimam de-
fidero. Valeas, amice Consul, & amantissime Collega. In hac Platensi Cluacate a.c.

D.D. JOSEPHVS DEL CORRAL
Caluo dela Vanda, olim apud Salmanticenses ma-
tutinus Iustinianei Codicis antecessor; nunc verò
antiquior in Argentina Peruana Can-
cellaria Senator.

SVO AMANTISSIMO CONCOLLEGÆ , DOCTISSIMO IVRISCONSVL^s
to D.D. Petro Frasso, eiusdem Cancellariæ Regij Fisci Patrono
Colendissimo.S.

Cassiod.
Tracatum de Regio iure Patronatus, ac alijs Indicis Regalijs, quem speciali
humanitate, ac benevolentia ad me missisti; ut censorio supercilie, meum
Iudicium proferrem, amicissimus, letabundusque lector accepi; te nunc sci-
tissimum Doctorem, magistrumque docentem spectans, quem pro fœlici sorte,
summaque honoris gloria, Salmanticæ meruerim auditorem; quid ergo notandum
cenferem de eo, quem tantus author omnigena eruditione producit? Neque enim fas
erat, ut sententia nostra in eo corrigendum aliquid inueniret. Attentus ergo, lubens,
que à summis capitum fastigis, ad omnes vñquè syllabas, literalque perlegi, nec
semel sedula indagatione perlustravi, nil non laudabile vidi; In admirationem ac-
census, quod inter tot, ac tanta præcipui tui Fiscalis munere te totum expertentia,
acria, arduaque negotia, quibus apprimè expediris, absque horum præiuditio huic
tractationi vnicè videaris intentus, intactum nihil de totius materiae intimis medul-
lis relinquens.

Etenim dubia, sù quæstiones, quæ obscuriorem tractatum habent, altioremque
exquirunt indaginem, de quibus anceps, & frequens solet esse contentio, præterea,
quæ à te nouiter inuenta, in huius tractatus discussionem possunt incidere, solerti
disputationis lance perpendis, facili deliberatione discurris, & integra iudicij re-
solutione pro Maiestate decidis; nota verò, vulgata, & scita, ut & in eis gratissima
cunctarum rerum nouitas non desit, ex præcipuis immensa lectionis libris, quos im-
probo, indefessoque labore fatigas, in vnum congesta disseris, ac summa facilitate
expedis, ut vix sit aliquis, siue ex veteratis, siue ex recentissimis politioris notæ iuris
nostrí cultoribus, qui à te visus, recognitusque non sit.

Adeò ex iuris Patronatus, sù Regijs, aut Ecclesiastici, & sæculajis materia ex-
cogitari nil possit, quod à te plenè discussum fœlicitè elaboratum, miraque dexte-
ritate digestum non reperiatur.

Opus igitur perfectum, suisque numeris absolutum, in totius literariæ reipubli-
cæ utilitatem cedens, censeo; siue theoreticam speculatione contemplemur, siue pra-
xim exercitatione attendamus: gloriosos nouiter argentiferos, maturosque fructus,
auro, argentoque pretiosiores producens, ex tui viridis, florentisque ingenij celitu-
dine, quæ cum præcipua hæc, propriaque tua sint literarum ornamenta, clariorem,
nobilioremque te reddunt, quam tui nobilissimi, peruetustique sanguinis splendor,
maiorumque lux, & claritas gentilitia, virtutibus illustris, armis insignis, literisque
decora, cum hereditaria hæc, & aliena sint.

Stemmat a nobilitat, regalis purpura, & ostrum;

Vetus atque meritis nobilitatis bonos.

Nam, ut dissertissimus Cassiodorus, illa est propria, & indubitata nobilitas, quæ mo-
ribus, & literis probatur ornata. Cassiod.

Publica igitur, & æterna luce opus hoc dignissimum iudico, & tribunalium, aca-
demiarumque spectationi valde vtile.

Vnde ergo, charissime Petre, & repetitis laboribus authentica fide, & publico te-
stimonio scribas, ut vtrumque dites Orbem; scribe, ut viuas æternitati, tuumque glo-
riosum nomen in cunctis gentibus notum: *Nesciri non potest proles fausta Senatus, quan-*
dò benè noti sunt, qui meritis afferuntur, & abunde cognoscitur, quisquis fama teste, lau-
datur. Ex nostro Musæo Argentino pridiè Kalend. Augusti 1672. Cassiod.

OPTIMO , ATQ VE SAPIENTI
Senatori D. D. Petro Frasso, in Argentina
Curia Fiscalis Regio.

D. D. ANTONIVS DIEZ DE SAN MIGVEL , ET
Solier , in Regio Regum Vrbis Limæ floridiori licæo Primariæ
Pontificij iuris Cathedræ quondam moderator , & tunc
Regius eiusdem Platensis Cancellariae
Auditor. S. P. O.

CVM hoc tuum celebre opus, de Regio Patronatu , mira eruditio-
ne, atque sapientia plenum, & elaboratum perlegi, statim mihi ob-
oculos versatum fuit illud decantatū factum Promether, qui cum Orbis
indiga, aut non diuite luce radiaret, è rota Phœbi fascem reportauit, cu-
ius præclaro splendore terra vndique, & vndiq; resplenduit de claritate
famosa ; non minùs ergò splendore facies lampade pellucida tui sapien-
tis operis sine villa discriminis umbra , non solùm Hyberico hemis-
pherio , sed etiàm exteros, Hispanica priuilegia , Regias Regalias, qui-
bus meritò , & Sancto iure nostri summi , atque potentes AVSTRIA-
CI REGES fruuntur ; & iam ab hoc præsentis Solis cursu possidet in
çum, sempèr fœlix Maximus noster CAROLVS II. quæ quidem af-
fectant ignorare , atque adversari extera Regna , peregrinæ gentes,
remotæ Nationes , inter quas iam peruia , atque distincta, satisque no-
ta patebunt; nullo violato Pontificio iure, servata tamèn Régia , & ciui-
li æquitate; ac proindè de tuo opere concinere potero.

*Vt nèc peniteat curæque , piisque laboris,
Posteritas faciet , quæ tua scripta leget.*

*Iustitia ergò , & æquitas ubi lucent omniā illis decorantur; & sic ut hu-
mano corpore oculis membra diriguntur ; sic ciuili Reipublicæ corpo-
re iustitia , & legibus ciues , qui membra florent, gubernantur ; quam-
obrèm apù d' Ægyptios , Sacerdotes primum omnium iustitiæ servato-
rem per oculos patentes Hieroglyphicum signari compertum fuit , id*
*attestante Politico Platone : Iustitia sp̄culativa , atque vindex est ; necnō
sapientibus Theologis, ex quorum præclaro penu cognoscimus , iusti-
tiā in medio Solis trono positam , cuncta pervagari , omniaq; tan-
quam Solem moderantem dirigere ; & si de humanis ad Diuinā lucem
hauriamus, rectam, atque admirandam Dei prouidentiam in sceptris lu-
minum plenis inditam esse cōperiemus, cum iustitia , & prouidentia
Summus Paren̄ Deus, inoffenso recte rationis pondere, omnia modera-
tur: Iustitia plena est dextera tua. Quid ergò iam sublimè nitet in oculo-
rum obtutibus? Quid prodigiale micat? Nisi gratissima vñitas ; mira lu-
cis concordia; quæ siue ad superos feratur, siue ad ima deprimatur, siue
quoquoversum flectatur, nèc discriben patitur, nèc villa diuersitas vñi-
tatem rumpit, aut amicitiam solvit, aut violat concordiam allicientem
Sponsi amorem: Vulnerasti cor meum, Soror mea, in uno oculorum tuorum , &
in uno crine colli tui; hæc profecto vñitas, vel vt melius loquar, æquitas,*

& iustitia Sponsæ in operando, & meditando, quæ recta vigent ; & res-
puendo, quæ tanquam inimica dedecent, laudibus extollitur, plausibus
celebratur; talis inquam est iustitia, doctrina, & sapientia, quæ in hoc
tuo opere, fulget cum nullum ius ledat potestatum, nullum afferat dis-
crimen, nullam violet concordiam, solvat unitatem, amicitiam violet;
sed Pontifici propria servet iura, nequè adimat Regia ; immò hæc sinè
offensione declarat, sacris characteribus Pontificijs auctorata, & conspi-
cua, patentiaque omnibus male adversis, ægræque ferentibus Regalias
Sacras, Magnifica indulta, Regia priuilegia nostrorum Hispaniæ Re-
gum; & si crines colli Sponsæ ad vinculum colligati sensus, siue rectæ
cogitationes sunt, quæ venustatem animi ostentant, tua profecto placi-
ta in hoc opere declarant pulchritudinē Iustitiae, cuius lumina sunt iura
minime adversa, sed amico fœdere associata. In his ergo placitis ad vnum
placidum vinculum colligatis, resplendent margaritæ, & gemæ tui inge-
nij, impensi laboris, assidui studij, in iudicando, in defensandis litibus, in
cura ærarij sacri, illiusque tutela protegenda, quibus lectis, & perpensis
reperiatur sanè, quod Artemidorus celebrat.

Vifus eram niueos manibus tractare lapillos.

Artemide

Et quos legendos testes appellare, atque invitare fas erit, doctos Senato-
res, peritos Iurisconsultos, graues Theologos, ut quilibet pro suo mune-
re obeundo hos pretiosos Sapientiæ lapides amet, legat, & pleno ditetur
calice; si cum erudito eloquar: *Auri, argenteique venas qui cupis, hic siste, non aliunde magis ditabere.* Cum ergo fructus, & partus tui florentis ingenij, o Meritissime Consul, iam incipias in lucem edere ; qui quidem, si elo-
quium Ambrosij referam, non solùm sunt pignora grata, sed etiam monu-
mentum posteritatis. Hoc opus depromptum est ad laudes, & hono-
res tuos, quibus pretiosi lapides tuorum donorum ineuntium amica fœ-
dera cum Consulari Toga, te magis celebrem, gloriosumque reddent, vt
benè dissertus Cassiodorus : *Gemmarum diuites venæ auri fulgore pretian-* *Cassiod.libra*
tur, & gloria pulchritudinis capiunt; qui à nulla degeneri vicinitate fordescunt; 3. 40.
sic bona merita splendidis Dignitatibus associata alternis præmijs adiu-
vantur, & unius rei facies de addita venustate pulchrescit. Iuxta quem,
quod splendor auri gemmis est, aut quod auro gemmarum fulgor, hoc
sunt merita dignitatibus, hoc dignitates meritis, vt mira se illa consortio
gratissimo condecorent, & conveniuerent. Viue iam in ævum fœlix ad
glorias, & honores Consulares, ad patrios plausus augendos: *Nam quidquid* *Idem lib. 11.*
tibi benemerito creditur, totum hoc mihi collatum esse præ amore erga te fatebor. 12.

VALE.

CLAS

ELARISSIMO VTRIVSQUE IURIS PROFESSORI, CELEBRIORIS
Literaturae simulacro D.D. Petro Frasso, Regio in Argentina Cancellaria Regno-
rum Perù, Fiscali dignissimo,

GRATVLATVR OPERI, ET AMICO D. D. IOANNES XIMENEZ
Lobaton, Calatravensis Ordinis Eques, & in eadem Regia Cancellaria Argentina Sena-
tor, olim apud Salmaticenses Collegij maioris Chonquensis, alumnus.

OMNIA, quæ ex ore tuo profluent, aut calamo exarantur, amantissime, & ami-
cissime Petre, talia sunt, ut nec ex cogitari prudentius, aut disputari acu-
tius, vel certius definiri, statuque possit. Et quamvis tua dictoria, scripta
que semper ita per calleam, nullum sanè est, quod magis admirer, quam hoc opus de
Regio Patronatu Indico; & certè, si illud disquiramus, quis vñquam antè te materiam
hanc tam necessariam, & difficilem in methodum redigit, & ea subtilitate dispo-
suit, & vertate concinnauit? Præcipue dūm h.ec, quæ pro publica scribis utilitate,
eterna sint: *Vnius etatis sunt*, inquit Vegetius, quæ fortiter sunt; quæ verò pro pu-
blica utilitate scribuntur eterna sunt. Singula enim gemmæ inspiciuntur, & om-
nia instar Thesauri materialium selectio. Hucusque Regius Patronatus Indicus erat
in practicę cognitione penè obscurus; quia, eti ab scriptoribus aliqua singularia
loca exten, tamè aliquatenus deserta, & parum salutata, & inculta, donèc in-
genio, genioque tuo, quæ sparsa per omnes, collecto tenes, ex professo tracta-
ta, tot Schedulis Regijs, & melioris nomenclaturæ authoramentis fulcita, atque
vallata; in quo non modicam laudem tibi vendicas; nam cum subtiliter factum
emendas, laudabilius es eo, qui primus inuenit; vt sunt Iustiniani verba: Sic ven-
tilas, sic examinas huius operis documenta, vt nihil alijs addendum relinquas, &
scriptorum tuorum præconia tantò clariora sunt, quantò non à doctiore so-
lum, sed à nobiliori pectore profecta; præfertim cum literarum studium nullus
a quæ commendat, quam ille, qui illud auita nobilitate magis nobilitat, vt doce-
bat Demosthenes; nam vt doctrina, teste Cassiodoro, facile exornat generosum,
quæ ex obscurō nobilēn facit. Sed ex te illud decus emanat, quod Iuliano Impera-
tori accreuit, ex successione falicij Iuliani, clarissimi in nostra iurisprudentia vi-
ri, de quo hæc sunt Spartiani verba: Iuliano Imperatori, qui post Pertinacem Im-
perium est adeptus, proavis fuit Salvius Iulianus, bis Consul, Praefectus urbis, &
Iurisconsultus, quod magis eum nobilem fecit. Et mehercùl mirum est, ita subtilio-
ra eiuscerasti, tanquam si his solum operam impenderes; cum tot pro officio tuo,
alioquin Fiscalibus negotijs impeditus, ac distractus, quæ summo plausu susci-
pis, ita vt erga te silere interim debeat Maximilianus Faust. in suis Consilijs pro-
æario; equidem, quod Plinius Secundus de avunculo suo, tibi optimè accommo-
datur: Miraris, inquit, quod volumen istud, multaque in eo, tam scrupulosa absoluerit;
miraberis si scieris, illum causas actitare, mediumque tempus dissentum, impeditum
que officijs maximis. Maximè cum methodus, ordoque tractandi materiam, ita di-
fertus est intrà cuiusque capitris cancelllos, vt omnia exten suis locis aptè accom-
modata, in quo eruditio, & doctrina magis nitet; nam inuenire præclarè, enuntiare
magnifice, interdum etiam Barbari solent, disponere autem, figurare varie, nisi eruditis,
negatum est. Ut Plinius aiebat. Dicam ergo de tuo volumine, quod de Diuo Thoma
legitur dixisse, vt magis valet habere Chrisostomum super Mathæum, quam Ciui-
tatem Parisensem, vt refert Ioannes Glossator; siquidem ego tua scripta legendo
doctior, & melior futurus essem, iuxta verba Consulti Pauli lib. 4. epitomarum Al-
pheni; cum illud videam esse templum iustitiae, vt loquitur Iustinianus; itidem est lu-
men cordis, speculum corporis, corona prudentum, diadema sapientum, honorifi-
centia Doctorum, clarificantia Rectorum, fidelis socius colloquentis, vas plenum sa-
pientię, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, ma-
re sine fluctibus; & cum in his scribendis maximus labore est, pro eius artifice de re
literaria optimè merito, iuxta eius merita honorando exclamem, motus Rescripto
Arcadij, & Honorij Imperatorum: Quia inquiunt, honoris augmentum, non ambitio-
ne, sed labore ad unum quemque conuenit deuenire; quod tueruntur Saauedra, & Boerius.
Sisto ergo, dūm singulari modestiæ, verecundiæque tuæ obsequor, Vale iurispruden-
tia culmen, & dilectissime Amice,

Veget. lib. 2.
de remilit.
cap. 3.

In leg. 1. §. 6.
in fin. Cod. de
veter. iur. enu-
cleand.

Cassiod. lib.

11. Epist. 7.

Spartian. in
Vita Iulian.

Imperat.

Plin. lib. 3.
Epist. 5.

Plin. d.lib. 3.

Epiſt. 13.

In l. dolum,

Cod. de dol. in
leg. penff. ad
exhib.

In l. 2. §. n^o

autem 20. Co-
dic. de veter.

iur. enu-
cleand.

Proem. sext.

Decret. §. pe-
nult. iunct.

glos. verb. la-
boribus.

In l. contrà
publicam 14.

Cod. de remi-
litar. lib. 12.

Saa. Pol. 23.

Boer. de auth.

magn. Consil.

n. 145.

GRA.

GRATISSIMO CONSULI NOBILI D.

Petro Fraslo, Argenteo Curiæ Fiscali.

D. D. ALPHONSVS DE SOLORZANO ET
Velasco, eiusdem Curiæ Senator, hanc grato, & amico animo
consecrat censuram.

Cassiod. lib.
1.14.
Ibidem.
Antiqua fuit apud veteres Romanos, de superstitione prophanos, celebris consuetudo, qua Apollini mentito Nunini, ingenij opera pro cultu, & Religione sacrabant, ut hoc famoso monumento, contrà temporum iniurias eorum memoria redderetur immortalis, nec vlla ingrata obliuione deleretur. Laudabilis profecto consuetudo, quæ nobis tot illustres, atque sapientes viros ad oculos venerandos proposuit, quorum scripta, eorum nomina gratiosa qualibet florente ætate reddiderunt, incitarunt ad laudes, ad elogia prouocarunt. Iam ergo ad coronidem tuæ fœlicis sortis, o digne Senator, Consul integerrime, tuo sapienti opere de Regio Patronatu in luceni fœlicitè edito, tuam famam perennas, tuæque nobilitati, amatè patriæ, necnon nostræ amplissimæ Hispanæ monumentum posteritatis per illustre extollis, ut qualibet solis plaga, tuum nomen plausibus celebrandum veniat; quando in tanto doctrinæ pondere cum experientia in munere Fisci tractando, viget sapientia cum eruditione, claritas in discursibus, in resolutionibus securitas, & in sententijs indagandis mira perspicuitas, quam nobrem, dum ad sacratiorem Purpuram nostri Maximi Secundi CAROLI hoc opus consecras, tanquam meliori Apollini libas; ex quo quidem gratissimo obsequio mire tua augebitur gloria; *Cum remuneratio*, tuorum meritorum, ut cum Cassiodoro sentiam, iustum dominantis prodit Imperium; patebit sanè nostri Regis. reætitudinis, & meritorum amantis Regalis beneficentia, cum æquitate in honore, & acceptatione tui laboris, & alsidui studij coniuncta: *Apud quem nullum meritum perire nescit, quod quempiam laborasse contigerit.* Nam si inopinata tribuet, magnificeque donabit, quomodo negabit, quod deberi videtur? In tutum profecto in illo omne reponitur meritum, & tua præcipue certa florebunt, quando sunt tam conducentia ad Regias Regalias, magis in posterum declarandas; ut Austriaca Hispana priuilegia, fauores, atque sublimia Indulta concessa Orbi terrarum pateant celebra, non minùs veneranda; nostram etiam augebis gloriam, extolles Consulares Togas, ditabis Consulatus, Curias Regias decorabis, reddes magnificas, & hac ratione tua ipsa gloria cresceret, gloria siquidem honorantis alios non redditur minor, sed maior, cum honore solicitatus amor in gloriam honorantis viuacibus flammis inardescit, tuisque scriptis genium solis imitaberis, qui dum nubem natus accomodam, efficit Parelium, adeoque illam illustrat, ut alter Sol illa videatur resplendere, & quamvis nubem non efficiat Solem, reddit illam instar Solis rotantis comata luce. Sol ergo tuum floret ingenium, quid mirum, nifallor, quod collegas tuos, Consules, Sodales, Senatores, amicos, splendidos facias, illustres reddas, tam grata, atque coniuncta amicitia. Crescat ergo cum splendore tuarum dotum inclita fama sapientiae, atque semper fœlici sydere extra occasum resplendeat.

D.D.D. PETRO FRASSO, REGIAE
Platensis Cancellariæ Senatori perillustri, innu-
merisque titulis Colendissimo.

D. D. IOANNES BAPTISTA DEL CAMPO CARO,
Metropolitanæ Ecclesiæ de los Charcas Decanus, eiusdem Ar-
chiepiscopatus Gubernator, ac Generalis Vicarius, & Provisor;
Sanctæ Inquisitionis Commissarius; Seraphici Ordinis Aposto-
licus Censor, florentissimæ Limanæ Academiæ Decanus Ma-
gister S.M.D. condignam tantò viro fœlicitatem, vt
sibimet optans, dat.

Ferent. And.

Sed quem ego potissimum exoptem nunc mibi, cui hæc narrem, dari

Petrarch.
Dialog. 46.

Primo, ac audiui, de Regio Patronatu, & alijs Regalijs, Regibus Catholicis in Ins-
diarum Occidentalium Imperio, pertinentibus, quæstione (opus sanè aureum) re-
consecisse, doctissimè Consul, in animum extemplo induxi meum, perquām dili-
genti studio, id quæsitare, putans sempèr, labore tanti viri in utroque iure con-
sultissimi, imò, & Sacré Theologiæ moralis facultate versati, perutile ad doctri-
nam, & intellectum instruendum fore; quod sanè de virtute excogitasse Petrarcham
inuenio in illo pulchro dictorio: *Ipsa virtus sibi est titulus.* Nam rùm, vt studio quæ-
ratur, amplectatur amore, exerceatur opere. Id profectò de te, tuoque labore
dictare possem. Ad manus igitur meas peruenit, & legi libenter, & varijs negotijs
adhuc lacepsitus, sinè fastidio perlegi totum, uberrimisque sapientiæ tuę fructibus
meum ditasse CAMPVM, agnoui, perindeque tibi CARVM meum tibi extitisse stu-
dium, inficias non ibo. Haud aliter Iacobus Pamelius Archidiaconus Audomor-
politanus Theologus, cum totum perverustum Tertulianum, tūm de iuris Cæfarei,
Sacréque Scripturę, & Theologiæ rebus agentes, periuolueret; fassus quidem est, per
multum se Tertuliani sapientiæ, & doctrinæ sapore, rōre que irrigatum profuisse, di-
ctante hoc carmine.

Pamel.

Illi verborum fœlia flumina manant.
Ad hæc, non dubitare tua scripta perscrutanti licuit iuris utriusque, & Sacré Theo-
logiæ Principum ad amusim imaginem expressisse, in civili iure Vlpiani, Iassonis, Bal-
di; in Canonico Raymundi Barcinonensis; in Decretalium compilatione, Gratiani
Parisensis Episcopi, Petri Lombardi, vulgo sententiarum Magistri, ac Theologiæ
Principis, fratris in Decreto; ita vt cum præclarri Doctoris D. Petri Frasso, Catho-
lici Orbis florentissimi Musæi, Regalesque Senatus, Iudiciale Prætoria scripta con-
pexerint, duos Iassones, Vlpianos, acclamarint. Quod Plutarchus de perfectissima
imagine Alexandri, quam depinxit Apelles, duobus iam Alexandris gaudere Græ-
ciam, scripsit. Responsa ad obscura quæque tua præclara, dilucidatione darent, ac-
clamareque quisque Prætor posset, quod Lucretius. Deinde quod obscura de re tam
lucida pango.

Lucret.

Carmina Musæo contingens cuncta lepore.
O faxit Deus, amantissimè Doctor, vt capte iam tuæ de Regularibus lucubratio-
nes, quas Perubium Regnum expectat, in lucem, ad maximas controuersias sedan-
das, prodeant; nè cœcutientes tuę doctrinę, arque sapientiæ luce carentes, impingant,
secundusque tuus (quem promittis in primo) labor, fœlix pacis omen sit, vel cum
Ouidio Elegia: *Aptius omen erit. Vale, in æuum viue, ut potè qui non sœculi tui, sed*
omnis æui integerrimi Regalis Fisci Patroni, fideliter causas egisti,

Ouid.

R· A· P·
F· IOANNES DE VIZCARRA
Maldonado,emeritus Seraphicæ Familiæ Lector,
ac Prouinciaæ Sancti Antonij de los Charcas
acclamatiſſimus Minister Prouin-
cialis.

SAPIENTIſſIMO IVRIS CONSVLTO, MERITIſſIMO
Platensis Cancellariæ Regij Fisci Patrono, D.D.Petru
Fratto, salutem plurimam optat.

Vmma animi alacritate, ni dicam miro mentis stupore legi (Humanissime, Sac ter sapiens, & que, ac meritissime Consul) legi inquam volumen aureum de Regio Hispani nostri Toparchæ Patronatu, in quo nil non peritum, nil non eruditione, ac sapientia plenum, inueni. Opus cedro, & ære dignum immortalitati mandatum, tua miranda facundia nota, tam ad Hesperios tractus, quam ad occiduas plagas, & cuius ad Patrocinium Patronatus Regius auolare, quam ad Regiam culmen? Scio Statuarios, & Iconum Artifices, postquam imagines subtili ſtilo, vel penicilli apiculis perpolite concinnabant, eas in publicum theatrum omnium obtutibus exponere, ut quæ notatu pulchra conficerent, singuli ediferent; aſt si Regium opus, si perfectius ſuper columnarum culmina extollebant. Imago Regia ingenij tui acumine dolata, ſtudij affiduitate perpolita, omnium oculis, ni dicam plausibus, exponitur, & propt Regium opus, decens fuit, cuiusnam Tholo erat appendendum, niſi ad columnarum fastigium? Ad columnas Gentilitias, quæ Plus Ultra, ſui cacuminis ad cimam exaratum oſtentant; Hoc ſanè volumine enoluſ imaginem Cesaris Peruntini, & reddis, quæ ſunt Cesaris Cesarī; & quæ ſunt Dei Deo. Aſt amabò, omnia nonne Dei ſi ſunt, & quidquid per Cœli ambitum Stellarum luminibus perlucidum rotatur, & quidquid per telluris Orbem foetibus, & floribus vaieiegans diſtinctum eſt? Ita ſanè Dei notu namquæ ſunt, cuius dominio ſubiacent, cuius reguntur Imperio, cuius ditione noſcuntur ſubmissa. Si ergò Dei ſunt quæque Cesaris Imperium poſſidet, quænam reddenda ſunt Cesarī, quæ non ſint Dei? Illa ſanè, quæ Dei tenentibus vices dilargita ſunt ab Alexandro, Iulio, & alijs, vtique Ferdinandō, & Quinto Carolo Cesarī, & quæ Secundo (faxit Deus ſecundis regnet aūſcipijs) Carolo, Cesarī Secundo reddis, quæ ſunt Cesaris, & quæ iure Patronatus fortitū; & OEconomi instar, qui ad mensam membratim diſteat, minutum diuidit, ut quisque teneat, quod cuique obtigit. Vtrique iuri ius cuique dilargiris facundus, foecundus, elegans, & velut qui Illiadam Homeri paruo nucis concauo occlusit, volumine hoc contines Pontificia diploma- ta, Hispanicum Patronatum, Ecclesiasticas immunitates, Regalia iurā, maiora Austriadum ſtemmata, qualia nec ad Imperatorias infulas, nec ad alterius Monarchiæ gloriam enecta ſunt; hec & alia ē cortice voluminis euſcerata quisque leget; dum legat. Haſtenū nobilissimè Consul, vidi ex Perubicis fodinis pretiosa metalla, argentum, aurum, Smaragdos, & cæteros vniones, veſtū ex proprijs lapidicinis diſfecatas ad Hesperios ditescendos tractus classem portu ſoluere, & Ieto celeuſmate ad Hispalenses Portus applicare; Nunc iam tua iügenia industria ex Argentina hac Vrbe (Platę nomen hec nobilissima Vrbs, Charcarum emporium audit) pretiosiores gazas, Thesauros estimabiliores deportat, vnica tui voluminis aurifodina, Regio vndequaquæ ſigillata lemmate. Haſtenū metalla bruta igne depurata, argento viuo à terrenis depurata ſordibus ditescebat Europeas plagas, iam Europæ Monarchæ di- tef.

P. Hadrian. Floci iam fiat inestimabile illud exotium opus, quod acordi lyra Hadrianus Lizeus attigit cuiusdam Mediolanensis Iacobi Trecia, qui indomitam adamantis duritiam laborandam arte comprobauit; & Philippi IV. Regis Gentilitia insignia, comatos Leones, porrecta Castella, crispatas Aquilas, cæteraque Regalia stemmata insculpsit, coelataque posteritatis in monumentum tradidit. En melioris adamantis coelatura exarata Philippi filij Caroli Secundi insignia de Indiarum Patronatu; en gazarum Indicarum immensa supplex, en Thesaurorum non onyx, achates, pyropus, aut pretiosæ aliæ gemmæ, sed Thesaurus ipse. En Patronatus Patronatum tibi commissum, vi numinis. Non abs re Petro, primo Ecclesiæ lapidi Incarnati Verbi ore datum est, laxare in altum retia, non in piscium capturam, non in vellicationem longinquam per Occeani ambitum; sed ut Ambrosio nectare Ambrosius mellitat: Et si alijs imperatur, ut laxent retia sua, soli tamèn Petro dicitur, duc in altum; hoc est, in profundum disputationum, ut sileat auspicari omen tuum ex nomine, cum & Basilius Seleuce floridus Antistes ad notat discamus, & scripturam, dum tacet, audire. Te tuumque opus sacrarum disputationum pelagus adnotauit, ut cum ceteris datum sit ex Indicis limitibus laxare retia, ast tibi; Petre, soli dicitur, duc in altum, hoc est, in profundum disputationum.

*S. Amb. lib.
4. in Lucam,
cap. 5. prope
fin.*

*Virg. Aeneid.
6.*

*Pier. lib. 42.
fol. 312.*

*Apud Pier.
fol. 315.*

Cant. 44.

*S. Greg. Niss.
pic.*

scilicet iura. Floci iam fiat inestimabile illud exotium opus, quod acordi lyra Hadrianus Lizeus attigit cuiusdam Mediolanensis Iacobi Trecia, qui indomitam adamantis duritiam laborandam arte comprobauit; & Philippi IV. Regis Gentilitia insignia, comatos Leones, porrecta Castella, crispatas Aquilas, cæteraque Regalia stemmata insculpsit, coelataque posteritatis in monumentum tradidit. En melioris adamantis coelatura exarata Philippi filij Caroli Secundi insignia de Indiarum Patronatu; en gazarum Indicarum immensa supplex, en Thesaurorum non onyx, achates, pyropus, aut pretiosæ aliæ gemmæ, sed Thesaurus ipse. En Patronatus Patronatum tibi commissum, vi numinis. Non abs re Petro, primo Ecclesiæ lapidi Incarnati Verbi ore datum est, laxare in altum retia, non in piscium capturam, non in vellicationem longinquam per Occeani ambitum; sed ut Ambrosio nectare Ambrosius mellitat: Et si alijs imperatur, ut laxent retia sua, soli tamèn Petro dicitur, duc in altum; hoc est, in profundum disputationum, ut sileat auspicari omen tuum ex nomine, cum & Basilius Seleuce floridus Antistes ad notat discamus, & scripturam, dum tacet, audire. Te tuumque opus sacrarum disputationum pelagus adnotauit, ut cum ceteris datum sit ex Indicis limitibus laxare retia, ast tibi; Petre, soli dicitur, duc in altum, hoc est, in profundum disputationum.

His à te texitur scutum, quo ius Patronatus Regij protegitur, quid à te, & fidius Regi, & opportunius forentibus litibus, & honorificentius Maiestati Hispanicæ potuit exhiberi? Scutis nobiles Dynastas solent Lacedemonij Reges nobilitare; Scutum iuuenem egregium præstanti munere ditauit Eneas Princeps. Per scuta, quasi per incunabula Regij pueri reptare soliti. Scutis ob armatos iuuenes ad prælia mittere solitæ spartanorum Matronæ per illustres, decantata illa parœmia, aut in hoc, aut cum hoc, nam scutum nobilium Nemnosynon Illustrum decus Heroum ornamentum; Hoc scuto ornas Principum Principem, Regum potentissimum, Imperatorum fortunatissimum, dum eius Patronatum clipei instar munis, roboras, extollis. Numæ tempore scutum de Cœlo lapsum fertur Romæ, & Palladium fusse, quod salutis symbolum interpretati sunt, vel Imperij tutelam, ut Pierij Valeriani censu desumitur. De Cœlo lapsi scutum pro tutela Catholici Imperij à Romæ Cœlo, ubi caput Ecclesiæ insidet, & melioris Numæ pacatis temporibus demissum est, tui ingenij studiosa sedulitate Palladium scutum audit, Minervalis pelta texitur ad Imperij Hispanici tutelam, ad Regij Patronatus protectionem; sileat iam antiquata Gentilitas, de qua attestatur Seruius Neptunum Græcis, Troianis Mineruam in scutis depingere assoluta; sileat & Dijs pro aris, & votis elipeos, & scuta consecrare. En melior imago scuto nobiliori exaratur, nobiliori Numini (Humana Numina Reges Politicorum aula vocitat) in scuto huius voluminis non fuco, non ceruia, aut picturæ carbonibus, sed Pontificum sacris caracteribus expressa, hæc imago indita, Regia picta æternitati, meliori parœmia, quam buccinabar pictor ille de laborata sua picturæ cunctabunda sedulitate. Davidici Regis (cuius Gentilitia stemmata, sicut Hispanici Regis, Leo de Iuda) Lemma decantatum in turri: *Turris David, mille clipei pendent, ex ea omnis armatura fortium.* En Hispanici Principis turris volumen (in turri namquæ, & Ecclesiæ, & cuiusque principatus præsidium, Diu. Gregorius Nissenus intelligi autumabat) turris Petræ soliditati innixa; id ex tuo Petri nomine auspicor, mille clipei pendent, ex illa omnis armatura fortium, protecio legum, defensio Indicæ Regalia, Ecclesiastici fori, & ciuilis concatenatio, Togatæ Nemesis, & pacate Mineruæ indissolubilis societas; Laici & Sacerdotalis iuris amicabilis vno fibula copulata, nexus constricta. Turris sanè, ex qua mille clipei pendent, omnis armatura fortium, cuius ad umbram, fas sit exclamasse lætabundo plausu tibi Regorum potentissimum Hispaniarum Imperium: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato; seù ex Græcorum scaturigine vertit Hieronymus scutulis exornata, huius voluminis sapientissimis paginis contextis, Saulis Imperij exitus, & ruina, & lamentabilis pernities, ubi clipeus abiectus fuit. Ergo ab opposita fortunæ alea augurari liceat, Monarchiæ Catholicae expectatio miranda ex clipei electione, ex voluminis istius propagatione.* Mirum est,

quod

quod de Mirtillo quodam Alciatus occinit, clipeo ab hostiis iectibus incolument per ingentia Oceani maria, per crispantes pelagi vndas nauigasse, & a littore in littus transnatando, ad portum euatisse subscribendo distichon.

Emblema

160.

In columnen ex acie clipeus me praeficit idem

Naufragum appensus littora adiugat alit.

Fictio fuit, que in te veritatem adumbrat. Hoc clipeo a littore Indico ad Hispanicum portum euadis; hoc clipeo ad Platensem Senatum in columnem, te, & Franciscanum Coetum ab iectibus Regalias Indicas impetentibus defensasti; & ipso veiut nauigio euectus, transas vique ad Hesperios tramites, & ingentes gazzas, estimandas magis, quam perficium Puluinar offers ad manus Principis, cui appulus accedis, velut portui. Labori tuo impendat gratus pro me, & pro totius Religionis nostrae votis, erga quam benevolum te ostentas, pius agis, additus audis, Patronus existis, iura tueris municipalia, priuilegia defendis, Observantiae leges amas, auges & vota. His accensus totum tuum deuolui volumen capita legi, materias penetraui, Pontificias Bullas percepvi, Regalia priuilegia notaui, utriusque iuris miram catenationem aduerti, Doctorum censa cognoui, eruditionem tuam miratus, studium tuum recognoscens, nil in toto volumine non doctum, pium, Catholicum intui. Typis manda, eternitati commendata volumen istud, ad fortius lumen, ad praesidium Catholicorum Patronatus, ad Indianum regimen, ad tui nominis excellentiam. Sic centeo, & tuam precor fuitem, sapientissime Consul, amicissime sapiens. In hoc Franciscano Cognobio Platensis Civitatis 24. Octob. 1672.



DIS

D I S E R T I S S I M O I V R I V M
Moderatori, multis nominibus Consuli vene-
rando, D D Petro Frasso, Regiae Charcarum
Audientiae Fisci cali meritissimo.

R. A. P.

F R A T. IOANNES MANVEL DE
Leon, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Re-
demptionis Captiuorum, iam diu celebratus
Magister, ac in Prouincia Cuzcana
ad præsens Prouincialis.

S. P. D.

C Vm tuum opus de Regio Patronatu (ò integerrime Consul) ad mēas perue-
nisset manus, illud summa acceptione excepit, ob illius miram doctrinam,
tām Theologis, quām sapientibus Iurisperitis singularem; necnon vtilitate
diuitem; & quod etiā laude dignum in illo concelebro est, quod int̄ tot, ac
tām diuersas curas distractus, opus hoc pluribus alijs præstans potueris ad ex-
tremam, vsquè lineam peragere; quo quidem præter eminentem sapientiam,
cognoscitur tua eximia virtus, celebreque studium, id attestante disserto Flavio

Fianius.

In superas studio vires virtutibus annos,
Moribus æquales firmaque facta fides.

Proprium ergò opus adest hoc tui muneric. Regie inquam Fiscalię, quām tām
recte geris, magno Regis honore, illiusque Theiauri Regalis vtilitate exerces,
nulli parcens labori, imò totus impensis his magnis curis tanquām fidus Se-
nator, siue Phœbi rota lucere incipiat, siue umbra noctis obnubiletur sepulta.
Vndē cum Regiam causam pertractas nulla admisceretur iniuria circā Ecclesia-
sticum sacrumque ius, sed cum Astrea Virgine tām Regis Imperio, quām Pon-
tificis dominio tribuitur quidquid sancto iure vnumquodque meretur; quām
benē de te hic verba Stoyci placet refert: *Lex legi non miscetur, veraque sua
via it.* Opus ergò hoc maximē desideratum, dūm in lucem auspicatur eden-
dum, fœlicius amabitur; siquidē cum lectione prouentum quisque inueniet,
aut Theologiam spiret, aut Iurisprudentiam calleat, & tunc cum vtilitate pro-
pria tuas laudes attexet; sicut ergò nūnc pro modulo meo libentē illas atte-
xo.

Senec. lib. 6.
de Benefic. c. 6.

Virgil. lib. 2.

Semp̄ hono; nomenque tuum laudesque manebunt.
Permanebunt profecto, cum semp̄ decorum fuerit Scriptoribus, siue Philo-
sophis, siue Iurisperitis, omnibus inquam, vt melius loquar, in omni scientia flo-
rentibus, vt tanquām præclara ingenia honesto quodam æmulationis impe-
tu, aut indagandæ veritatis ardore excitata, cum ies in opinione versatur,
aliquid semper noui afferant, illudque ca:eris tanquām probabilius per-
suadere contendant; Qui quidē si aliquid melius afferant, audiendi
simil, atque laudandi sunt; sin vero minus recte loquantur, industria
saltē laudanda veniet, vt disserte inquit Philosopherum stagyrita fa-
cile Princeps: *Ijs qui opiniones falsas, veritatis cupidi induxerunt,*
et ijs, qui iam adepti sunt, immortales gratias reddendas esse; ratio-
nem

Arist. 1. me-
tha,

nem subdidit Aristoteles: *Quia utpote veritatis inventores, veritatem et latentes
in lucem ediderunt; illi vero inueniendae veritatis extiterunt causa.* Tu inquam
in hoc opere maximè laudandus eris, cùm tot nouas, atque singulares materias
summa veritate, summaque rectitudine tractas, atque de novo sapientia Thea-
sauro profers; Itaque tuum assiduum studium autoritate præditum, cùm
clarissimo generis splendore coniunctum, te celebrem reddet, & sempè
majoribus honoribus, amplioribus Dignitatibus dignum; præcipue erga no-
strum Maximum CAROLVM II. Regem, cui omnibus beneficiendi vo-
luntas Cœlo prolapsa, voluntas inest; quapropter magna spe teneor hos
tuos labores, non iniucundos, sed gratos fore. O faueat fortuna votis, meis-
que præcipue desiderijs aspiret fortuna secunda, sempè optantibus tuas for-
tuitates, & honores. Vale;

O. 1. 2

• • • • •

• • • • •

PRÆCLARO IVRIS PRUDENTIAE
professori, sanguine pariter, ac literis conspicuo,
Consuli unde quaque Sapienti, Domino meo D.
Petro Frasso, in Argenteo Senatu Fiscali
dignissimo.

LICENCIATVS D. GASPAR DE LVNA, REGIORVM CONSILIORVM, ET
eiusdem Senatus Argentini Aduocatus, fidissimus ex aſſe amicus
S. F. O.

Ang. lib. 12. **A** Micorum bona maxime nos delectant, inquit Aurelius, quia amor de prospera dilectio fortuna hilarescit, sicut ingrata sorte moerore amantem tabescit, nec leuamen admittit. Hec est ergo amoris vis, animos delitioso, & firmo nexo deuincire. Cumque meus animus ferè à pubertatis flore, usque ad hęc presentia maiora lustra tuo deuinctus sit, tuis commodis honoris, & laudis, quae de hoc celebri opere oritura conspicit, latatur; & sibi fœlici omne amans pectus auspicatur. Idecirco non impellente foeda adulatio fucata, sed solū aliente meo erga te placido affectu, semper tibi fidissimo comite, siue in sapientium Salamantico Oraculo, siue Regali Matriti Emporio, donec te arripiente iter ad nouum Indicum Emilpherium, ad Regij Fiscalis munus obeundum, tunc etiam simili tecum viam peregi, ne male fidus tuum erga me amorem improba absentia rependerem, indissolubili amicitiae vinculo tuos habito lares. Hęc inquam *Senec. Epist. II.* atsidua, atque amabilis societas; que teste disserit Seneca; cum paulatim descendit ad rectora, arbitrum facit animum pectoris amici, usque ad arcana cordis, quae mutuo repetita inter amicos, videntur, si cum Iulio senti e videar: Socij putandi sunt, quos inter Cic. in res communicata est. Itaque despecta assentationis umbra, fateor me tuos nobiles, atque ingenuos mores, amabile genium, medullitus cognoscere; qua quidem notitia fama mens libenter erigitur, licet florido eloquio nuda, ad tuas egregias animi dotes extollendas.

Cassiod. 2. var. 31. **E**t si publicis debent utilitatibus infudare, qui nomen debere militie, inquit Cassiodorus, egoque cum Iulio militiam voco hanc urbanam viam, quae in curis respondendi, scribendi studijs penè tota consumitur: Non enim solū illos pro Imperio militare, qui gladijs, clipei, & thoracibus armati in hostes, nituntur; sed eos etiam, qui dirimunt pro ambigua facta causarum, suique Patrocinij viribus sèpè publicis in rebus, ac priuatis Mur. lapsa erigunt, labentia reparant, oppressa subleuant, omniaque de munere iure faciunt, finibus suis esse contenta, neque minus humano generi prouident, quam si prelijs, atque vulneribus patriam, atque parentes seruarent; quod etiam Leo & Anthemius Augusti decreuerunt. In hac, inquam, literarum militia, adeò sapientis laurea floruit, non solū cum Imp. in Discipuli munus peragebas; sed etiam quando int̄ Iurisperitos excellentior eminebas, ut omnium gratanti plausu, tum publicis Salamantice liceis, tum forensi Matriti cati 14. atrio, sapiens veneratus fueris. Posteaque maximè celebris in Dignitatibus, quibus tunc functus es; dumque Revisor generalis fuisti, totius ferè Guatimalę territorij; ubi aduoc. cum recte egisses populi causam, populi amorem, & reuerentiam tuo honori conciliasti, divers. nullum detrimentum titulo mercedis falso Regali gaza patiente, aut Regijs diuirijs decr. indic. crescentibus, salua, & inofensa utilitate publica. Adeò ergo tuum in iuribus adoleuit studium, ut uberrimum fructum extuo indefesso labore emanantem exciperes, in tentandis litibus videlicet prudentiam, & in perficiendis felicitatem; ut de te hec referta eloq. verba explanare possem: Diriges vias tuas; hoc est, actiones tuas. Legunt septuaginta; proprabis vias tuas; Quiā Regalia mandata integrerimus Senator amas, illa custodis, nec pateris criminum maculis obtenebrari, quando semper tam fedulo studio conaris, toto decoris splendore ea resulgete: Legum custos, aiebat Cassiodorus, adfuit mandatis Regalibus eloquens. & decorus ornator. Verterem ego, dum te aspicio; decorus Regij Thesauri Auctor, quiā eraria Regia plurimo argento ditata;

taſſi, & in posterum ingentes Thesauros Regio patrimonio ſtabili ſolutione, & firmo tributo, addidisti; te enim in ijs tam arduis negotijs expediendis aſpergit Aurelias, pa- ritèque laudauit dicens: *Causa multorum noſilitar, quando tot bene proposicio, bene age.* *Cassiodo*, re creditur, qui generalibus deſiderijs ad eſſe ſentitur. Vnde non ſolum honoribus tuas *7. Va-* actiones proſperas, ſed etiam diuite argenti vena Regis aeraria cumulas, & fœcundas, *riar. 11.*

Hec que de te meus amor veritatis amans plaudit, dulciori elogio tua per uigil cu- ra modulabitur, lynceum ſtudium plaudet; quodque ſemper impendis in Fiscalium li- tium tutela, quas quidem omnes, aut ferè omnes ſine Altreq; iniuria, ſine crimine iuris, antè alios studiosior, præ cunctis vigiliantior, pro lauro reportati in hoc cumulo cauſarum. Adſit iam fidissimus teſtis hoc præſens opus, cuique cauſam dedit promeritum cuiusdem litis Patrocinium, labente iamiam anno 1669 exhibith, ſœlix prote. Etò lis, fauſtaque contentio (iſi fas eſt dicere) que dum prebuit ad opus exarandum ar- gumentum, tantum meruit habere Patronum; liquidè minime retardante prolixa il- lius ſtudij digreſione proptèr arreptum ad Limam iter integro anno diſtentia, potuisti inconcuſio labore, non ſolum totum hoc opus mira ſapienſia & cruciacione perficere, ſed etiam peragere ſecundam eius materiæ partem; quæ opera iam profeſto una gra- derentur via, niſi curſum comprimeret indigus, atque avarus transferentium calamus. Præter hanc ergo ſummè neceſſaria, & utilia iam perpolita opera, reperio alijs a te fa- cili genio elaboratas materias, circa Decimas, & Primitias Indicas, circa officia renun- tiabilia, aut que prælio comparantur, circa Ianaconas, circa abuſum duplicatæ anno- na, pro funeribus in Regularium Ecclesijs celebratis, de quibus fatis diſfuso calamo fe- cundus tomus ſapienſer diffireret, quin curſum, & genium impigrum, aut tardum ad stu- dia reddat cura aſſidua ciuilis, & criminalis Fiscalia; licet improbus hic labor, alterius Atlantis humeros deprimeſter, vires eneuaret; additis de nouo duplicato pondere of- ficijs, poſquam illius curam fuſcepisti, tum Indorum Patrocinio, cum antea illud cauſi- dius Protector ſubiret, tum etiam non minori fastidio lustrare, quidquid Regij Poto- ſini Oficiales traſtant, aut reſoluunt; utrumque ſane incomportabile pondus, quod fo- lium tuum mirum, celebre ſtudium, ardens zelus, ſuperare, & amplectu potuerit; te nihilominus inuitante ad tua opera elaboranda *Cassiodoro: Alacriter incumbendum Cassio lo-* eſt inchoatis, cum iam vicinitas perfectionis arriferit; quando ſpes effectus etiam laboris *5. Va-* exclusit eſt magnum genus incitamenti credere deſiderata perficere. His ergo tam arduis, & *riar. 17.* inaccessis officijs ſine vitio diſtractus hoc opus elaborasti, quod in alijs (licet Pælæo robore vigerent) inſumeret ſenſus, laſſaret vires, infringeret animos; ſemp̄ amato longioris temporis termino. Quapropter ſpero, quod tam pretioſo labore tui ope- ris noſtra fama immortalis, & inclita Hispana natio floridior ſplendet, neconon haec Peruntina Regna, elata fronte, argento, & auro grauida ampliori gloria fulgebunt, tot- que materijs, quæ ſpeciali cura honori, & ſtatui huius noui opulentij Orbis conſulunt, quas profeſto ſubtili, atque excellenti ingenij acumine percalluisti, alpirante ad illa- rum ſinem firma, & integratate florida, ut mihi tuo fideli ſocio, & amoris catena ſem- p̄ coniuncto, omnibusque peruium eſt te idem fatente, *cap. 44. num. 1.*

Quid ergo referam, aut quale elogium ſublime de tuis integerrimis moribus feram? Plura in unum complector, quod æquali præclaro ſidere lucent cum nobilitate tua; Or- bi enim ipfa luce clarius conſtare video, FRASSORVM ſtripedem Sardico Regno inſig- nē, atque diſfumam eſſe, cunctisque notam, cuius glorio ſam famam maiores tui ad sydera viſque extulerent, tam literis, quam bello famosi. Lucet ergo tua nobilissima familia cla- riſſimis, atque ſtrenuis tuis progenitoribus condecorata, & te magis deaurata fulgebit; auitas namque amplificabis imagines, & tuorum ſeniorum, non ambitionis fastu, ſed vir- turum meritis glorias augebis. Nitesce ergo adhoc ſumens Aurelij conſilium: *Non re- mittas animos conſidentia tuorum, nec credas tibi poſſe ſufficere, quod tibi contigit de illo- rum prædicatione gaudere; plus exigitur bæres bonorum, quando ſine ceſſatione compellitur,* *Cassiodo* qui maiorum virtutibus admonetur. *Adde laudes egregias senioribus tuis, ſequens etas cum aliqua notabili nota ſuccedat; nam ſi glorioſum eſt posteris auitas excellere facultates,* *Apol. c. 2.* *quanto preſtantius bæreditarias augere virtutes?* Et quid mirum, quod tuæ nobili ſirpi tot addas incrementa: *Si nomen quædam ratio emulae operationis inſequitur;* & ne tam Terr. In alto repetito principio, meum assertum prolixus traham, teſtes aduoco tuos *Tom. I.* Apol. c. 2. preclaros fratres, quibus tanquam benemeritis, compta clementia Athalarici *2.* Principis alloquitur: *Omnes quidem benignitas noſtra complectitur;* ſed tales veri- *Cassiodo-* caris teſtimonio prædicamus. Teſtes, inquam, appello, cum ab illuſtri tuorum *9. Va-*

maiorum sanguine Nobiles venerantur, votis, seu suffragijs, quibus gaudetis omnes in Comitijs, & Parliamentis, quolibet decennio celebrandis in Statuente, siue Brasile dicto Militari; que suffragia in eo Statuente solum amant, & ornant Nobiles, Equites, Comites, Marchiores, Duces, Dynastas non verò alia minora sydera atque hoc insigne patrio stemmate, & Aragonie Coronę nobili theatra, segregantur Nobiles, Equites, ab alijs, quorum natalitia tam florido nobilitatis æthere astra minimè lucent. Pro tua ergo gloria, & honore tuorum in lucem afferam tuum fratrem, natu maiorem D.D. Matheum Frasso, nunc munere potentem ab honore Regio Capellani illustris, cui optabili honori, aliis amicus, & decorus Receptoris accessit, Dignitas eisdem in Regio Sacello, post Patriarchalem, prima merito celebrata. Hanc ergo tibi dilectum fratrem, ob egregias dotes prudentiae, scientiae, & virtutum splendores, maximè extulit, & affecit, non minus Regio, quam magnifico honore, noster gratissimus animis, pereconi memoria florens, & regnans Philippus IV. si potentia magnus, pietate maior. Ipsius itaque, post alia, Abbatiam Santissimę Trinitatis de Sacargia, quam hodierna luce possider, contulit; presentatusque poste ab eadem Regia Majestate ad Prioratum Bonorcadum, summissus cum urbanitate repulit Dignitatem; sic ut patrem Episcopalem Mithram Ecclesie Bosanen, summa virtute recusauit constantēr, ut magis illius virtutes radiarent, si cum Emisseno loquar: *Menti prerogativa est, honoris repulsa.* Tandem rotto Sardico Regno Commissarius electus, celebratus legatus est, ut in Curia Regali ad metam, & coronidem reduceret, quidquid in ultima Regni conclavi celebratum aderat, nondum tamè suffragantium voluntate peractum; quodque hoc præsenti sole sapienter sollicitat de ciuis legatione, gloriofa vobis autumo præmia, non à vobis concupita, sed præuenta à Regia CAROLI Majestate, cui cum Ausonio gratuor acque refero: *Spem superas, cupienda præuenis, præstare tibi est, quam nobis optare veloci-*

*Emis-
sen. ho-
mil. des.
Max.*

D.

D.MATTHÆVS FRASSO SACAR:
gensis in Regno Sardiniae Abbas, atque Sacelli
Regijtum Cappellanus, tūm Receptor, fraterno
amori iustè indulgens, fratrem sibi chā il simum
D.D.Petrum Frasso, natu quidēm minimum, sed
sapientia maiorem, & in Argentina Cancellaria
Fiscalem, breui hac oratione noui, & eximij operis
de Regio Indiarum Patronatu commendatri,
ce, alieno ore, seu famæ voce gratu-
labundus alloquitur.

Tracatum tuum, amantissime Frater, de Regio Patronatu, & alijs Indicis
Regijs iuribus summa animi voluptate, & admiratione perlegi, ob admi-
rabilem illius doctrinam, tam Theologis, quam iuris vniuersitatem peritis
perutilem, & singularem: In illo namque ex Sacris Pontificis Decretis, ex Re-
gijs legibus, & placitis tot quæstiones tanto acumine, tam subtili acie ad seue-
ram Astreæ trutinam examinatas perpendis, ac discutis, tot nullius aehuc styloli
batas controuersias in lucis nouæ theatrum ex novi orbis tractu producis, ut ig-
norem, vtrum in interpretandis legibus singularem prudentiam, an in respon-
dendo, ni fraterni affectus teneritudini tribeam, plus quam mortale acumen
obstupescam. Accedit, quod Indicus Regius Patronatus hucusque valde obs-
curus ob Placitorum varietatem, vberrimis sapientiae tuae fructibus mirifice cla-
rescit: & si aliqua ab scriptoribus sunt notata, ita quæ in omnibus diuersa, inge-
nio tuo, & labore collecta tenes, vt de te sit verum illud Claudi: quæ spar-
guntur in omnes, in te mista fluunt. In tuo opere plenissimè quæ hucusque incerta, *Claud. in pa-*
& errantia per omne genus scriptorum vagantur, certissimis limitibus constri-*neg.*
ta, & vnum velut sub obtutum habemus. Nemo ante te huic operi manum ad-
mouere ausus est. *Quisquis enim non plenus literis illud attigisset, sub onere labe-* Petron. *in*
retur, nec concipere, aut edere ralem partum mens potest, nisi ingenti flamine litera- Satyric.
tum inundata, & licet ubique præsto sit scribendi libido, hoc presertim œuo in-
geniorum feracissimo: iamen omnes operis magnitudine territi, humerosque *Tacit. 4. bi-*
oneri subtrahentes, laureolam in alijs querunt, & minora bella minoribus auf- *bor.*
picijs aggrediuntur. Tu solus Petre amantissime, non difficultate vixtus, sed utili-
*tate præfertim Regionum iurium hanc Prouinciam magno, felicique animo sus-
cepisti. Desiderabant multi plenum, & integrum de Regio in Occidentalibus* *Quintil. lib.*
*Indijs Patronatu tractatum: ast tu omnium vota anteuerens illum tanta celeri-
tate confecisti, vt prius in te non fuerit parare bellum, quam gerere, & quamvis* *12. insit. c,*
Augustus voce sibi familiaris, sat celeriter fieri, quod sat bene, dicere solitus sit: nō eo *13.*
minus laudandus sit quisquis quadam felicitate ingenij, uno quasi in limine, &
materiam querit, & camenta iacit, & molem superimponit adificij. Nec est quod *Plutarch,*
quisquam affectus teneritudini, aut fraterno amori erga te meo hoc sinceri animi
iudicium tribuat, liberant me ab hoc crimine eximię tuæ dotes, illæ tuæ vigilæ,
*illud tuum assiduum studium, mihi sempèr admirandum, illa denique in vniuer-
sam literarum Remp. merita omnibus notissima.*

Ceterum, vt suspecta laudatio est, qnq; ex amoris se fonte diffundit, vsquæ fra-
trum laudes sunt etiam sorores, est cur hanc scriptoris telam irato pectine
abrumptæ, ne sollicitè videar modestiæ seu eras veritatis amore violare, liceat
hic tamen animum in scelerati voti licentiam effundere: laudes vt tuas indul-

gentius prosequeret, vellem decus suae fratris exuere: contumax certe & quis-
simarum laudum silentium verecundia magistra stetit, cuius genius eximius est,
laudes suas pro merito sancte lacesere, pro voto studiose spernere, laudum sua-
rum, & Magnes, & Mastix. Mihi vero quanti moderatio tam grauis steterit, quis
Plin. Jun. credet? Tanti penè fuit te fratre non gloriari. Scio enim laudes tuas ingratas
lib. 1. cap. 7. tibi, quia tuas, & alijs forte, quia fratris, ut enim disertè Plinius. Anceps lis, &
lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinetur: etenim, si alienæ sèpè laudes
parum & quidam auribus accipi solent, quæ difficile est obtinere, nè molestia videatur
oratio de se, aut de suis differentis. Mihi utique illa amoris illecebra fratris ne-
cessariò laudes tuas lacescit, & arcer, absterret, & mulcet, ut nulla sit sine fellis
ad mistione felicitas. Vale amantissime Frater, & fidelissime amice. Nefteris
videas annos.

APROBACION DEL LICENCIADO DON JOSEPH
*Martinez de Figueira, Abogado de los Reales
Consejos.*

HE visto en virtud de la remisión del Señor Licenciado Don Alonso Rico, Vicario general desta Villa de Madrid, y su Partido, un libro intulado *De Regio Patronatu; ac alijs nonnullis Regalijs Régibus Catholicis in India. sum. Ecccl. uralian Imperio pertinetibus.* Compuesto por el Licenciado Don Pedro Frasso, Jurisconsulto Turritano, Abogado que fue de los Reales Consejos, y despues Fiscal de su Magestad en la Real Audiencia de Guatemala en la Nucua-España, y al presente en la de los Charcas en el Reyno del Perù. Esta lleno de erudicion, y de tanta doctrina, que ay mucho que aprender en él, como mas ampliamente lo refieren en sus elogios, y aprobaciones Ministros della, de la Inquisicion, del Oordinario, del Supremo Consejo de las Indias, y otros Varones doctos, y insignes, que van puestas al principio d'él, que por no repetir omito. Es muy útil, y necesario para los Professores de la Iurisprudencia por el principal assumpto, y por las demás materias, y questiones, que tan docta, y copiosamente trata. No tiene cosa que sea contra la Fe, Santa Madre Iglesia Católica, ni contra buenas costumbres; y assi se le puede dar la licencia que pretende para imprimirla. Madrid, y Julio a 2. de 1676.

*Licenciado Don Joseph Martinez
de Figueira.*

LICENCIA DEL ORDINARIO.

El Licenciado Don Alonso Rico y Villarroel, Consultor del Santo Oficio, Dignidad de Capellan Mayor de la Santa Iglesia de San Justo, y Pastor de la Villa de Alcalá de Henares, y Vicario desta de Madrid, y su Partido, Damos licencia para que se imprima el libro intitulado *De Regio Patronatu*, compuesto por el Licenciado Don Pedro Frasso Fiscal de su Magestad en la Real Audiencia de los Charcas en el Reyno del Perù, atento por la censura dada por el Licenciado Don Joseph Martinez, Abogado de los Reales Consejos, no tiene cosa contra nuestra Santa Fe Católica, y buenas costumbres. Dada en Madrid a 7. de Julio de 1676 años.

*Don Alonso Rico y
Villarroel.*

Por su mandado.

*Don Juan de Velasco,
Notario Público.*

LICENCIA DEL CONSEJO REAL DE LAS INDIAS

DON Diego Enrique, Oficial mayor de la Secretaria del Consejo, Camara, y Junta de Guerra de Indias de la parte del Perù. Certifico que auiendo cometido al Señor Don Antonio de Castro, del dicho Consejo, la ensura del libro que ha compuesto, y remitió el Licenciado Don Pedro Frasso Oydar de la Audiencia Real de la Ciudad de San Francisco en la Provincia de Quito, siendo Fiscal de la de los Charcas, hizo la que se sigue.

He visto de orden de los Señores del Real Supremo Consejo de las Indias el libro intitulado: *De Regio Patronatu, ac alijs nonnullis Regalijs Rigitibus Catholicis, in Indianarum Occidentalium Imperio pertinentibus*, compuesto por el Licenciado D. Pedro Frasso, Fiscal de su Magestad en su Real Audiencia de los Charcas. Y por los elogios de aprobacion, y centuras, que están en él, de los doctos Ministros que su Magestad tiene en aquella Audiencia, escuso dilatarme en la mia, contentandome con decir, que en él enseña, y apoya el Autor muy doctrinamente, no solo el derecho de Patronato q̄ su Magestad tiene en todas las Iglesias Prelacias, Prebendas, y Beneficios Ecclesiasticos de las Indias (q̄ es el principal asunto) sino que sin apartarse de él, haze lo mismo de otras Regalias, y Preeminencias de los Señores Reyes de Castilla en aquéllos dilatados Reynos. Muestra muy bien el Autor, que quien tan entendidas las tiene, las avrà defendido muy exactamente en las ocasiones que le le huiieren ofrecido en el ejercicio de su plaza de Fiscal, y dexa a todos sus sucesores en él muy facil, y llano el camino para hacer lo mismo, mereciendo que su Magestad le honre, promoviendole a mayores puestos, donde las ocupaciones no le embarecen sacar a luz la segunda parte que promete. No hallo en él cosa contraria a nuestra Santa Fe, y buenas costumbres, y ferá de grande utilidad para todos los profesores de la Iurisprudencia. Y assi siento se le puede dar la licencia que pide para darlo a la estampa. Madrid, y Abril a 24. de 1676. El Licenciado Don Antonio de Castro.

Y con vista desta censura, proueyeron los Señores del dicho Consejo en 29. de Mayo proximo passado el decreto siguiente. Dasele licencia para imprimir este libro. Y para que dello conste donde conuenga, doy la presente de pedimiento de la parte del dicho Don Pedro Frasso. Madrid a 31. de Mayo de 1676.

D. Diego Enrique.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Don Pedro Frasso, Fiscal de la nuestra Audiencia de los Charcas del nuestro Reyno del Perù, nos fue fecha relación auíades compuesto un libro intitulado *De Regio Patronatu, y otras Regalias* que nos pertenecian en el nuestro Reyno de las Indias Occidentales; el qual estaua aprobado por el Ordinario, y asímismo por el nuestro Consejo de las Indias, y os auia costado mucho estudio, y desvelo. Y para poderle dar a la estampa sin incurir en pena alguna, nos suplicasteis mandassemos conceder licencia para ello, y Privilegio por diez años, ó por el tiempo que fuessemos servido, ó como la nuestra merced fuese. Y visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hicieron las diligencias que la prematica ultimamente hecha sobre la impression de los libros dispone, fue acordado debiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y Nos lo tuuimos por bien, por la qual os damos licencia, y facultad para que vos, ó la persona que vuestro poder huiiere, y no otra alguna, podais imprimir el dicho libro, de que de suo se haze mención en todos nuestros Reynos de Castilla por tiempo, y espacio de diez años, que corren, y se quentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, pena que la persona, ó personas que sin tener vuestro poder lo imprimiere, ó vendiere, ó hiziere imprimir, ó vender, por el mismo caso pierdan la impression, con los moldes, y aparejos de ella, y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara; y la otra tercia parte para el Juez que lo sentenciare; y la otra tercia parte para la persona que lo acusare: con tanto que todas las veces que huieredes de hacer imprimir el dicho libro, durante el tiempo de los dichos diez años, lo traygais al nuestro Consejo, juntamente con el

origen

original que en él fué visto, que vā rubricado, y firmado al fin de el de Domingo Leal de Saavedra, nuestro Escriuano de Camara de los que en él residen, para que se vea si la dicha impression està conforme al original, y traygais fea en publica forma de como por Corrector nombrado por nuestro mandado, se vió, y corrigió la dicha impresion por el original, y se imprimió conforme a él, y quedan impresas las erratas por él apuntadas para cada vn libro de los que así fueren imprentos, para que se tasce el precio que por cada volumen huiieren de hacer. Y mandamos al Impresor que así le imprimiere, no imprimia el principio, ni el primer pliego del, ni entre que mas que vn solo libro con el original al Autor, ó persona a cuya costa lo imprimiere, ni a otra alguua para efecto de la dicha corrección, y talla, hasta que antes, y primero el dicho libro esté corregido, y tasado por los del nuestro Consejo. Y etando hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, y sucesivamente esta nuestra cedula, y la aprobacion, talla, y erratas, pena de caer, e incurir en las penas contenidas en las leyes, y prematicas de estos neutros Reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier Justicias de ellos, que guarden, y cumplan esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fecha en Madrid a veinte y dos dias del mes de Agosto de mil seiscientos y setenta y seis años. Y O EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor. Don Geronimo de Egua.

T A S S A.

Y O Domingo Leal de Saavedra Escriuano de Cámara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo. Certifico que auiendose presentado ante los Señores del por parte del Licenciado D. Pedro Frasso, Fiscal de la Real Audiencia de las Charcas en el Reyno del Perù, vn libro intitulado *De Regio Patronatu*, que con licencia de dichos Señores del Consejo ha sido impreso, tassaron cada pliego del a doze marauedis, el qual tiene nouenta y nueve pliegos sin principios, ni tablas, que a los dichos doze marauedis, monta mil ciento y ochenta y ocho, en que se ha de vender en papel: y mandaron que esta tassa se ponga al principio de cada volumen, y que no se venda sin ella. Y para que conste doy la presente en Madrid à seis dias del mes de Mayo de mil seiscientos y setenta y siete años.

Domingo Leal de Saavedra.

F E E D E E R R A T A S.

- | | |
|---|--|
| Pag. 3. col. 1. lin. 50. ut dicit, corrige dici. | Pag. 166. col. 1. lin. 31. p̄dec̄llorum, corrige p̄de celorum. |
| Pag. 4. col. 2. lin. 9. pr̄mīs, corrige pr̄missē. | Pag. 184. col. 1. lin. penult. formortuō, corrige p̄mortuo. |
| Pag. 7. col. 1. lin. 30. camarg, corrige cameræ, & lin. 43. mīsi, corrige mīti. | Pag. 185. col. 1. lin. 23. reuuntione, corrige renuntiatiōnem. |
| Pag. 13. col. 1. lin. 40. dominium, corrige dominū. | Pag. 189. col. 1. lin. 53. Episcopatus, corrige Episcopātus. |
| Pag. 17. col. 1. lin. 9. scilicet, corrige scilicer. | Pag. 191. col. 2. lin. 21. affirma ns. corrige affirmans. |
| Pag. 19. col. 1. lin. 27. communem, corrige commūne. | Pag. 190. col. 2. lin. 37. Episcopatus, corrige Episcopātus. |
| Pag. 20. col. 2. lin. 9. nec quā milibet, corrige nec omniaem. | Pag. 217. col. 1. lin. 30. aliqui, corrige aliqui. |
| Pag. 28. col. 1. lin. 26. Ecclesīs, corrige Ecclesia. | Pag. cad. col. 2. lin. 3. Episcopicopis, corrige Episcopōpis, & lin. 46. dispositione, corrige dispositione. |
| Pag. 33. col. 1. lin. 5. testanties, corrige testantis. | Pag. 249. col. 2. lin. 33. supplēns, corrige supplēntes. |
| Pag. ead. lin. 25. lucrus, corrige luctus. | Pag. 259. col. 2. lin. 21. p̄sentatus, corrige p̄sēntatum. |
| Pag. 35. col. 1. lin. 6. fid, corrige sic. | Pag. 265. col. 1. lin. 15. per perēm, corrige p̄perēm. |
| Pag. 56. col. 1. lin. 22. ipſe, corrige ipſi. | Pag. ead. lin. 23. petebamus, corrige petebamus. |
| Pag. 93. col. 1. lin. 39. idemque, corrige idem quo. | Pag. 282. col. 1. lin. 17. debiat, corrige deuiat. |
| Pag. ead. lin. 45. etiam, corrige etiam. | Pag. 288. col. 1. lin. 10. cuius, corrige cuiuis. |
| Pag. 98. col. 1. lin. 1. reuerſus, corrige recursus. | Pag. ead. col. 1. lin. 34. qua, corrige qua. |
| Pag. 110. col. 1. lin. 15. diminutionem, corrige dimi- | Pag. 347. col. 1. lin. 5. seruandum, corrige servabēdū. |
| nutionem. | Pag. 374. col. 1. lin. 19. Metaphysicē, corrige Metaphysici. |
| Pag. ead. col. 1. lin. 7. Rigium, corrige Regium. | Pag. 385. col. 1. lin. 15. triremus, corrige triremes. |
| Pag. 124. col. 2. lin. 36. varin, corrige varie. | |
| Pag. 126. col. 2. lin. 34. concedit, corrige concedi. | |
| Pag. 141. col. 1. lin. 12. statuique, corrige statuique. | |
| Pag. 155. col. 2. lin. 21. tdeque, corrige idque. | |
| Pag. 158. col. 2. lin. 16. immiscint, corrige immiscēnt. | |
| Pag. 163. col. 1. lin. 14. fidelitat̄s, corrige fidelita- | |
| tis. | |

Este libro, intitulado: *De Regio Patronatu Indianarum*, con estas erratas corresponde à su original. Madrid à primero de Mayo de 1677. años.

Lic. D. Francisco Forero
de Torres.

AD.

AD LECTOREM

Volumen hoc, inter varias, atque aſſiduas mei officij curas, concessis ad otium horis, elaboratum, confusæ tuæ (dilecto Lectoṛ) libenter submitto. Quales ergo, & quām magnæ faerint tanti muneriſ diſtraſtiones, quæ meum laborem præpedire potuerunt, in promptu tibi aderūt, ſi inſpicias fidias ſuprā traditas attestationes, & maximè fide dignos, hac in re, integerrimos teſtes. Huic ſane operi peragendo anſam præbuit caſus, qui (iam ferè præterlabente anno 1669.) forſitan accidit; quemque relatum inuenies in frā, cap. 25. & licet non aſſiduē illius ſtudio plenè operam dare potuerim, propter tunc temporis arreptum ad Regum Ciuitatem curſum, vnius anni curriculo ſpatiosum; attamen totus labori intentus, horis præfatis, primo huic tomo finem impoſui; quamuis vix credi poſſit, ut hoc breui temporis ſpatio, abſolueretur. De Regio ergò Indiarum Patronatu, & alijs Regalijs hoc opus peregi, quod qnidem singulari hac methodo tractatam, atque in lucem editum, uſquè ad præſentia tempora meo labore partum, ſolum aſpicies. Hac ergo cauſa, & quo, atque grato animo, placidam viam alijs aperienti, qui fælicius in materiæ quæſtioneſ, ac dubia reſolvant, proſpicies, non tamen rigido ſuperclilio, ſed tuum benignum votum ſibi conciliet aliorum vota, & mihi gratam beneuolentiam acquirat. Accipe iam primitias mei exilis ingenij ferenis oculis; quod (ut autumo) ſi feceris, tibi officioſas grates rependam, breuiterque tuo fauore allectus, inſeruiam ſecundo eiusdem materiæ tomo, iam cępto, nondum verò exarato, in lucem ſpero breui tempore editurum, quem quidem totum elaboratum videbis de Regularibus, ſiue de administratione Sacramentorum, in his Indiarum Regnis, Regularibus concredita; tuo ergò fauore animus ad maiora vires concipiet viuet opus meum, ſi à te laudatum, benignè acceptum, immortale, ſi cum Martiale eloquar, & ſi quid laude dignum inuenieris, beneficium, aut donum eſſe comperies, largè confeſſum, ab illa ſumma, atque æterna Sapientia, quæ ex ore infantium, atque lactentium perficit laudem. Parce Amice Lectoṛ, & vale.

THE
O

D. PETRVS
FRASSO



Gregorius Fesman sculpsit

Matriti Anno 1677.

SYNOPSIS CAPITVM

Huius Voluminis.

CAP. I.

REgij Indiarum Occidentalium Patronatus origo, & concessio traditur; item qualiter inter magnas Regni Regalias referri coepit.

CAP. II.

Continuantur precedentis capituli materia, probaturque denuo, Regium Patronatum esse Regiam in alium non transmisibilem, tradunturque nonnulla de Regalijs.

CAP. III.

dispositionem.
- 65 *Patronatus est seruitus quædan, id est*
dicitur, quasi serua Ecclesia, Patrona-
ta.
- 66 *Ecclesia remanet libera ab onere Patro-*
natus, decendentibus omnibus de linea,
ad quos spectabat.
- 67 *Beneficium annexum confraternitati*
remanet liberum, destruta confrater-
nitate.

ARGUMENTVM.

VERVS Patronatus qualis sit? An sicut ad ipsius acquisitionem, ita
 ad eiusdem alienationem, semper fit petendus Ordinarij consensus.
 In Indijs, vt acquiri posset, Regia fuit necessaria permisso; ex reædifica-
 tione an acquiratur, quando transeat in alium de licentia Ordinarij, vel
 absque ea; & an confiscatis bonis omnibus, confiscetur ius Patronatus?

C A P. IV.

Licet ergo ius patronatus præscriptio-
 ne, consuetudine, aut priuilegio Apo-
 stolico recte valeat acquiri, vt in superiore
 capite dixi; non tamen hoc dicitur verum,
 & pr oprium ius patronatus, cum licet sit
 laicale, ipsius careat prærogatiis, &
 qualitatibns, vt etiam fundai.

Ergo legitimus, & proprius patrona-
 tus erit ille, qui per Ecclesiarum, aut
 Capellarum constructionem, cap. Monaster-
 ium 16. q. 7. dotationem, cap. Filijs, vel ne-
 potibus, ead. caus. & quæst. & territorij Ec-
 clesijs ædificandis dationem, t. acquiritur,
 cap. Abbatem 18. q. 2. cap. significavit 41.
 vbi DD. omnes, de testib. cap. Ad audienc-
 iam 2. de Eccles. ædificand. cap. 3. cap. Nobis

25. de iur. Patr. & ibi repetentes l. 1. tit. 15.
 p. 1. vbi D. Gregor. Lopez gloss. 4. & 7.
 Sanct. Trident. Concil. dict. cap. 9. Abb. con-
 sil. 54. à num. 1. & conf. 59. n. 2. part. 1. &
 conf. 106. n. 4. p. 1. Vgolin. de potestat. Epis-
 cop. cap. 51. num. 6. Leo in Thesaur. for. Ec-
 cleſ. part. 2. cap. 6. n. 25. Viulan. de iur. Patro-
 nat. 1. p. lib. 1. cap. 3. num. 24. vers. Quadra-
 gesima septima, Padill. in l. Altius, C. deser-
 uit. & aqua, n. 2. Spin. de testam. gloss. 4. n. 2.
 28. Francisc. Marc. decis. 1006. n. 6. p. 1. P.
 San. ch. conf. Mor. l. lib. 2. cap. 3. dub. 48. à n. 3.
 Farinac. decis. 615. à n. 1. p. 1. recent. Peña de-
 cis. 34. n. 20. & decis. 257. n. 6. & decis. 436.
 n. 2. Barbos. de offic. & potest. Epis. 3. p. alleg.
 70. à princ. & de Unia iur. Eccles. lib. 3. cap. 12.
 n. 28. D. Valenç. conf. 45. n. 10. Cabed. de
 Patron. Reg. Cor. cap. 2. à princ. Ioan. Francis.
 Ferentill. in not. ad Burat. decis. 1. à nu. 13.

Ascan. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. dis-
put. 9. quæsto 21. à num. 1. & disp. 15. q. 1.
num. 8. Lezan. tom. 1. Regul. p. 2. cap. 11. nu-
mer. 2. Doctissimus, ac Humanissimus Iuris-
consultus omnigena morū integritate cons-
picuus, mihique amicissimus D. D. Bartho-
lomeus Gonçalez Poueda, Linensis Inqui-
sitor, nuper Matriti celebratus Advocatus,
in memor. ad Regem nostrum pro Academia
Linensi, sobre que a su Rector, y Maestre-Es-
cuela se conceda juridicion priuatiua en to-
das las causas della, n. 6. vli ex l. 16. tit. 7.
lib. 1. Recop. Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 18. n.
214. & Scob. de Pontif. & Reg. iurisd. cap. 8.
num. 74. docet Academiarum Patronatum
acquiri ex erectione, & dotatione.

Nec ab acquisitione patronatus, modis
relatis, excluditur aliquis, omnes enim,
nulla personarum obseruata differentia, ad-
3 mitteretur, nisi alias detur alicuius t exclusio,
P. Sanch. d. cap. 3. dub. 70. n. 2. Lambert. de
iur. Patr. lib. 1. n. 1. q. 7. art. 1. Ergo spurius
4 t recte poterit patronatū erigere, & funda-
re cū sit illius capax, cap. Piæ mentis, cap. Tri-
gentius 16. q. 7. Andr. Vallens. de Benf. lib.
5 +. tit. 1. n. 7. Sic etiam t iusticus, Hostiens.
in summ. de iur. Patr. à n. 5. Georg. Mundius
6 cons. 17. n. 228. vol. 1. Meretrix, t ex re-
bus in turpi quæstu quæsitis, post Nauarr.
miscellan. 52. n. 7. Joan. Bapt. Lup. de illegit.
comment. 1. §. 3. n. 30. Gauant. in manual.
Episcop. verb. Ius Patronatus, n. 19. Et qui-
7 cumque t baptizatus, vt ex dict. cap. Piæ
mentis, & d. cap. Trigentius, vbi gloss. verb.
Qui Christianis, cap. Quidcumq; 16. quæst. 7.
Lambert. de iur. Patr. lib. 1. p. 1. q. 7. prin. art.
3. n. 21. cum alijs, docet Didac. Narbon. de
etat. ad omnes actus, ann. 7. q. 22. n. 2.

Ideo passim advertitur, ius patronatus
8 t adiuvandum, cūm per hoc Ecclesia splen-
descat, & augeatur, Ant. Nigr. de laudem. to.
2. quæst. 21. art. 6. n. 9. Igitur si Monachus
9 construat, dotet, aut ædificet, acquires pa-
tronatum; non tamen t sibi, sed Monaste-
rio, Lambert. vbi proxime, q. 8. art. 9. n. 7.
P. Sanch. lib. 7. Decal. cap. 14. n. 4. Lezan.
d. cap. 11. n. 13. ex regulanota, quidquid
10 Monachus acquirit, Monasterio t acquireti.
Ast, si ex bonis Ecclesiæ sit ædificatio facta,
11 t dotatio, &c. ipsi Ecclesiæ quæritur patro-
natus, cap. Apostolicos, vbi gloss. 12. quæst. 2.
Lambert. d. q. 8. art. 7. Joan. Maria Bellet.
disquisit. Clerical. 1. p. tit. de bon. Clericor. §.
2. n. 7. dixi cap. 3. n. 14.

Qui omnes advertunt (& ego semper
suppono, ex iuris patronatus descriptione,
& natura, de qua suprà) eō casu Ordinarij
12 Ecclesiastici accedere debere consen-

sum, dict. cap. Nobis 25. vbi omnes, de iur.
Patronat. dict. cap. Cura 11. cod. tit. cap. 1.
cod. in 6. Tondut. Canonic. quæst. seu resolut.
2. part. cap. 4. §. 9. à num. 12. & 15. Viuian.
dict. lib. 1. par. 1. cap. 1. num. 24. Barbos. de
vniuers. iur. Eccles. lib. 1. cap. 32. numer. 88.
& lib. 3. cap. 12. num. 38. & de potest. Epis-
cop. dict. allegat. 70. num. 20. Peña decis. 255.
num. 8. Lezan. dict. cap. 11. num. 3. Sicut, &
in omni patronatus t alienatione, P. Sua. 13
rez de simon. lib. 4. cap. 28. num. 15. Gra-
tian. discept. Forens. cap. 177. à num. 3. Ioan.
Aloys. Ricc. decis. Cur. Archicp. Neap. 224.
num. 1. part. 1. Georg. Mundius cons. 17. num.
163. 213. & seqq. vol. 1. Guzman de euictio-
nib. quæst. 30. num. 20. Marin. resol. iur. libr.
1. cap. 222. & seq. doctiss. amicus noster D.
Faria ad D. Couarrub. lib. 2. variar. cap. 18. à
num. 117. D. Olea de cession. iur. tit. 2. quæst.
5. num. 3. Gauant. in manual. Episcop. verb.
Ius Patronatus, num. 16. & cap. seq. à numer.
20. dicam.

Quo casu Ordinarius intelligitur etiam
Vicarius Generalis, Sedevacante t ad id fa-
cultatem habens, Lambertin. dict. libr. 1. p.
1. quæst. 2. art. 9. P. Sanchez mox referendus,
Tondut. d. §. 9. n. 16. dummodò sit Ordina-
rius loci, in quo Ecclesia ædificatur, vel do-
tatur; quoties enim dicimus ad fundationem
vel alienationem patronatus, Ordinarij re-
quiri consensum, intelligimus de Ordinario
t loci, non de alio, Viuian. n. 30. Barbos. d. 15
allegat. 70. num. 23. & penult. Lezana nu-
mer. 3. locis vbi proxime, idem Barbos. dict.
cap. 12. num. 41. Massobr. de prax. habend.
concurr. prælud. 7. dub. 7. Pauin. de potest.
stat. Capitul. Sedevacant. part. 5. cap. 2. nu-
mer. 5. non tamen procedit hoc cum Vica-
rio Episcopi, nisi habeat ad id speciale t 16
mandatum, latè Barbos. dict. cap. 12. num.
20. & dict. allegat. 70. num. fin. & alleg. 54.
num. 74.

Qui Ordinarius, si suum consensum
præstare recusauerit, poterit iure optimo
t ad hoc à suo superiore compelli, Pat.
Azor. institut. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 3.
quæst. 10. Viuian. libr. 2. cap. 1. à num. 19.
Lezan. dict. num. 3. in fin. ex cap. Nullus 17.
vbi Abb. de iur. Patr. fac gloss. in cap. penult.
verb. Teneantur, de rescript. in 6. Roch. de
Curt. de iur. Patron. verb. Pro eo, quod, n. 12.
Ioan. Selv. de Benefic. part. 1. quæst. 6. n. 24.
Lambert. dict. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 20.
Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 182. n. 12. Bo-
tillier. de success. ab investit. cap. 2. theo-
rem. 64. numer. 11. Deficiente verò ta-
li consensu, nullatenus poterit Patro-
natus t acquiri, aut alienari, dict. 18
cap.

cap. Nobis 25. Lambertic. dict. lib. 1. quest. 2. art. 3. P. Sanchez consilior. Moral. libr. 2. cap. 3. dub. 48. num. 7. Barbos. Vbi suprà. & allegat. 71. nu. 23. cum alijs relatis; quibus repellitur Vrrutigoit. de Eccles. Cathedr. cap. 16. num. 59. afferens, ex sola Capellæ constructione absque consensu Episcopi acquireti patronatum. ex Duran. decis. 147. num. 1. & Tondut. resol. benefic. I. par. cap. 73. nu. 4. qui id non dicunt.

Nisi ex post facto consensus superveniat; iuris enim certi est, post ædificationem, fundationem, aut alienationem sat est 19 se, t̄ accedere Ordinarij approbationem, vel ratificationem, dict. cap. Cura 11. ibid. Aut Diocesan Episcopi habuerit postea consensum, de iur. Patr. nat. vbi glossa, & DD. omnes, Nauarr. cons. 2. num. 18. lib. 3. sub tit. de iur. Patron. Roch. dict. verb. Pro eo, quod, num. 7. Lambertin. dict. lib. 1. quest. 2. art. 12. & 14. P. Sanchez dict. dub. 48. num. 8. Viuian. commun. opin. dict. lib. 1. tit. 4. num. 34. Reuenter. decis. 123. numer. 2. Tondut. Vbi suprà. 3. part. cap. 192. num. 16. Garc. 12. part. de Benefic. cap. 2. nu. 209. Gabant. Vbi suprà. num. 11. & cap. seq. à num. 30.

In his verò Indiarum Regnis ad Ecclesiæ rum ædificationem, amplius desideratur, 20 nempè Regis nostri gratia, t̄ & consensus; immò hic totam, non Prælati, tribuit facultatem. Cōcessum enim est Catholicis nostris Regibus à Santa Apostolica Sede, vt eis in consultis, ædificari nequeat Ecclesia, vel Monasterium aliquod in Bulla Regij Patronatus tradita suprà cap. 1. à num. 89. in illis verbis. Quod nulla Ecclesia, Monasteria, aut locuspis, sám in predictis iam acquisitis, quām alijs acquirendis Insulis, & locis, absque eorundem Ferdinandi Regis, & Ioanna Reginæ, ac Regum Castellæ, & Legionis, pro tempore existentium consensu erigi, aut fundari possint, &c. Et deinde D. Garcia Perez Araciel in memor. sobre las vacantes de las Indias. sub num. 4. Consult. Supremi Indiar. Consilij in eadem re art. 2. post liter. I. D. Solorç. de Indiar. iur. libr. 2. cap. 20. & de Gubern. India. lib. 3. cap. 23. à n. 31. optimè P. Auendau. in Thesaur. Iudic. tit. 3. cap. 21 16. à num. 154. Vbi quodd̄ t̄ circa hoc Pro reges dispensare non possunt; de quo latius alio loco dicemus. Adde Regias Schedulas 19. Martij 1593. primo Junij 1574. §. 1. pag. 84. tom. 1. instruction. Proreg. cap. 7. pagin. 309. eod. tom. I. impress. Ultim. Decemv. 1635. & 30. Martij 1636.

Ad quod obserua Regiam Schedulam 20. Martij 1532. ab Imperatrice guber nante t̄ expeditam, quæ extat pag. 83. tom. Tom. I.

1. impress. Vbi agens de quodam rescripto Apostolico, quo ius patronatus certis in locis Marchioni del Valle concedebatur, sic concludit: Y porque como veis (Regia Audiencia Mexicanæ loquitur) esto podria ser en perjuicio de nuestro Patronazgo Real, y el no lo debio obtener sin expresso consentimiento de su Magestad, le embio a mandar, &c.

An autem idem sit feruandum, quandò particularis aliquis Capellam construere cupit, dubitari rectè poterit, ex amplissima in ea Bulla contenta prohibitione, cùm tamen communiter obtentum sit, patronum in Ecclesia patronata Capellæ constructionem impedire t̄ non posse, vt sic Diuinus 23 cultus recipiat incrementum, Lambertin. dict. lib. 1. p. 1. q. 3. art. 17. Lezan. insumm. Regular. par. 3. verb. Sepultura. nu. 15. Tondut. Canonic. quest. & resol. 1. part. cap. 73. num. 8. & 2. par. cap. 1. §. 10. nu. 10. Mich. Anton. Frances de Vrrutigoit. de Eccles. Ca thedalib. cap. 16. à nu. 68. vbi docet, etiam inuito Rege t̄ nostro in Indiarum Regnis 24 procedere; in quo certè dicitur.

Immò, vt ædificantes Ecclesiæ, Monas teria, & Hospitalia (Regio præcedente consensu) patronatum acquirere possent, necesaria t̄ fuit Regia facultas, & permisso, 25 quemadmodum dum legimus in Regia Sche dula 9. Septembbris 1595. quæ talis est: El Rey. Por quanto por parte de vos el Reuerendo en Christo Padre, Obispo de la Iglesia Catedral de la Prouincia de los Charcas, se me ha suplicado mandasse, quando alguna persona de su propria hacienda quisiese fundar algan Monasterio, o Hospital, Hermita, o Iglesia, o otra obra de piedad en la dicha Prouincia, mi Audiencia Real de ella no se entremetiesse en querer ysar del Patronazgo, y lo dexassen libre al Prelado, y fundador. Y visto por los de mi Consejo de las Indias, lo he auido por bien: y por la presente declaro, quiero, y es mi voluntad, que en las obras pias sobredichas, o qualquiera dellas, que de aqui adelante se instituyeren, y fundaren en la dicha Prouincia de los Charcas, se cumpla la voluntad de los fundadores, y que en aquella conformidad tengan el patronazgo de ellas las personas a quien nombraren, y llamaren, y vos la juridicion que os permite el Derecho: Y man do a la dicha mi Audiencia de los Charcas, que contra lo suso dicho no vaya, ni passe en manera alguna. Fecha en San Lorenzo a 9. de Setiembre de mil y quinientos y nouenta y cinco. Ex qua, & alia 27. Maij 1591. desumitur l. 47. titul. 4. libr. 1. sum mar. de hac ultima Regia Schedula vigesimo septimo Maij mentionem agunt. Dom.

Vega in cap. Quanto 3. de Iudic. num. 17. & post eum, D. Solorçan. ubi suprà, libr. 3. cap. 3. numer. 52. quibus in locis hoc ipsum, 26 quod t̄ nos firmamus, docuere; & iterum D. Solorçan. cap. 15. nu. 22. supponit etiam id ipsum Regia Schedula 31. Maij 1631. cuius verba refero suprà cap. 1. n. 6. Adde l. 46. tit. 4. eod. lib. de Cathedralibus In- diarum loquentem.

Definit tamen in casibus superioribus ac- quiri patronatus, quando edificantis, do- tantiive ad sit expressa patronatus remissio, 27 non verò hoc casu t̄ tacita præiudicabit, Rota diuersor. decis. 167. num. 4. par. 2. & in antiquis, decis. 5. de iur. Patronat. Lambert. dict. lib. 1. par. 1. quæst. 2. art. 5. nu. 12. Rota apud Tamburin. post. tract. de iur. Abbat. tom. 3. decis. 29. nu. 2. & tom. 1. de iur. Abb. disp. 7. quæst. 5. num. 18. Tondut. dict. 2. part. cap. 4. §. 9. à num. 12.

28 Vtrum autem, illa tria t̄ copulatiuè, vel disiunctiuè concurrere, sufficiat ad ius patronatus obtinendum, nempè fundatio- nem, constructionem, dotationem, & terri- torij dationem; disputat cum multis Ascan. Tambur. dict. quæst. 5. à num. 16. & d. tom. 3. decis. 28. à num. 1. ubi nu. 2. Affi- mat Ro- 29 ta, aliquid t̄ ex his concurrere, esse suffi- ciens ex magis communi sententia; D. Greg. Lopez in l. 1. tit. 15. par. 1. gloss. 5. maxime, quoad ius patronatus honorificum; non ve- 20 rò quoad ius t̄ eligendi, præsentandique, ex dict. cap. Nobis 25. docent Lambert. dict. lib. 1. part. 1. quæst. 11. art. 7. nun. 5. Leo in Thesaur. For. Ecclesiast. par. 2. art. 16. num. 72. Mantic. decis. 244. num. 1. Vvesenbec. con- sil. 48. à num. 9. vol. 1. Georgius Mundius conf. 17. nun. 219. vol. 1.

In ædificante tamen, dotante, &c. neces- faria non est iuris patronatus expressa re- servatio ad illud acquirendum; cùm ip- sum quæsitum intelligatur per ipsam 31 t̄ ædificationem. Ordinarij consensu, & li- centia factam, D. Greg. Lop. in d. l. 1. gloss. 6. in fin. Menoch. conf. 90. num. 10. Gonçal. ad regul. o. Fan. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 9. Themud. decis. 282. n. 4. p. 3. Ricc. collectan. 1680. & decis. Cur. Archiep. Neap. 224. n. 10. p. 1. Garc. de Benefic. 5. p. cap. 9. n. 55. Clem. Merlin. decis. 31. num. 1. & decis. 60. n. 1. Si- mon Barbos. in repertor. verb. Ius Patrona- tus, pag. 205. Tondut. d. cap. 73. n. 4. Duran. decis. 147. num. 1. Marin. resol. iur. lib. 1. cap. 224. à num. 13.

32 Quod operatur ius ipsum t̄ à tempo- re incepti operis, ex cap. Significavit 41. de testib. Paris. de confid. Benefic. prohib. q. 28. n. 231. Rot. in antiqu. & diuersor. ubi suprà.

Lambertin. d. lib. 1. q. 2. art. 4. nu. 12. Sta- phil. de liter. gratiæ, cap. de prærogat. iur. Pa- tron. n. 5. Garc. d. cap. 9. num. 45. & seqq. Ant. Nigr. de laudem. tom. 2. d. q. 22. num. 10. Tondut. d. 3. part. Canon. Benefic. quæst. cap. 144. num. 3.

Eodem modo, per illud medium edificationis, scilicet, aut dotationis in Regu- larium Ecclesijs potest plenum ius Patro- natus acquiri, si cum hoc concurrat simul t̄ Apostolicum priuilegium, non aliter,³³ d. cap. Nobis 25. §. 1. iunct. gloss. verb. De sua iurisdictione, de iur. Patron. ubi Abb. nun. 9. Hostiens. col. 2. & Ancharr. num. 16. D. Couarr. in regul. possessor. 2. p. §. 10. nu. 3. ubi de communi testatur, Lambert. lib. 2. part. 1. q. 5. art. 1. à num. 10. Put. decis. 356. num. 3. lib. 2. Peña decis. 436. num. 3. (ubi docet ex hoc patronatu t̄ non quæri ius³⁴ eligendi Abbatem, Priorem, vel alium) Fa- rinat. decis. 421. nu. 2. part. 2. recentior. Fer- entill. in not. ad Burat. decis. 1. num. 15. Tamburin. de iur. Abbat. dict. tom. 1. disp. 7. quæst. 5. num. 2. Tondut. ubi proxime, 3. part. cap. 192. Quæ procedunt, quando de acquirendo in tota Regularium Ecclesiæ patronatu tractatur: secus, si tantum in ali- quo Altari, vel Capella prætenditur; eo namque casu sufficiens erit Regularium t̄ 35 interuenire legitime consensum, Paul. Pa- ris. conf. 35. num. 10. lib. 4. & resolutum re- fert Ferentill. ubi proxime, num. 17. Tam- burin. d. quæst. 5. num. 15.

An autem, ex reædificatione hoc ipsum ius possit quæri, dubitari posset, & verius est, ex ea acquiri, qua iterum Ecclesia, vel locus pius penitus dirutus, construitur, & redintegratur de novo, non ex alia, hac in- fieriore; voluntate t̄ Ordinarij interue- uiente, gloss. in cap. Quoniam 3. verb. Fun- daiores, de iur. Patronat. D. Greg. Lopez in dict. l. 1. gloss. 3. in fin. Gratian. discept. Forens. cap. 177. à n. 25. Garc. d. cap. 9. n. 51. Cæsar. Caren. resol. Forens. resol. 28. num. 1. Beltramin. in not. ad Ludouis. decis. 397. n. 5. Barbos. de offic. & potest. Episc. dict. allegat. 70. à num. 6. Vbi plures cumulat, & de uni- uers. iur. Ecclesiast. d. cap. 12. n. 32. Noguer. allegat. 28. n. 13. & deinde Mart. vot. 29. n. 5. Ricc. collectan. 1559. Ioann. Baptist. Thor. in compend. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 1. part. verb. Ius Patronatus, in fin. 1. p. com- pend. decis. Cabed. ubi supr. cap. 30. num. 4.

Quæ & in Monasterijs accidere, & pro- cedere possunt; nàm si ità dirutum propo- natur, & egens Monasterium, vt nullo mo- dò conservari, & reædificari valeat, ni- si nouo admisso fundatore, & conseruatori, be-

benè poterit ius patronatus induci, & ad
mitti t à primo distinctum, si aliud ha-
beat; vt notarunt Emmam. Rodrig. tom. 2.
Regul. quæs. 49. art. 7. Peyrin. apud Lezan.
quæst. Regul. tom. 2. verb. Monasteria Regula-
ria, num. 28. Cabed. à num. 5.

Sic etiam requirendus est, vt suprà te-
tigi, Ordinarij consensus, vt ad alium t
ius patronatus transeat, & transferatur P.
Suarez de Religion. libr. 4. de simon. cap. 23.
num. 15. Ferret. confil. 343. à nu. 2. P. Azor.
2. part. Moral. institut. lib. 6. cap. 20. quæst.
5. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. dict. 3.
part. all. gas. 71. à num. 12. Viuian. commun.
opinion. dict. lib. 1. tit. 4. à num. 8. P. Sanchez
confil. Moral. lib. 2. dict. cap. 3. dub. 76. nu-
mer. 3. Francisc. Marc. decis. 1136. part. 1.
Alex. Raudens. variar. cap. 19. num. 2. & 4.
Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. disput. 9.
quæs. 23. num. 5. Ricc. collectan. 754. Thor.
in compend. decis. Cur. Archiepisc. Neapolit.
dict. 1. part. ve b. Donatio. Francisc. Reuert.
decis. 123. num. 2. vbi Donat. Anton. de Ma-
rin. nun. 1. Tondut. Canonic. resolut. 1. part.
cap. 54. num. 7. vbi docet, aliter factam in
39 alium translationem nullius esse t mo-
menti, ex cap. Quid autem s. cap. Illud 8. de
iur. Patronat. Gracian. dict. cap. 177. à num.
3. Sic etiam, vt emphyeutis, vel feudum de
vno in alium transferatur, domini consen-
sus t attenditur, & requiritur, Ciriac. con-
trou. 4. tom. controu. 568. numer. 26. 27. &
controu. 549. num. 22.

Quapropter in hac omni materia has
duas observa generales conclusiones. Pri-
mam, quod quoties ius patronatus princi-
paliter, & per se, inter viuos, vel ultima
voluntate in alium confertur, requirenda
est Episcopi licentia, nec aliter facta va-
41let t translatio, dict. cap. Illud 8. de iur.
Patronat. cap. 3. nico, eod. in 6. Abb. ind. cap.
Illud. vbi Cardinal. D. Gregor. Lop. in l. 8.
tit. 15. part. 1. verb. Otorgamien o, Ferret.
confil. 133. & seq. Marin. Frecia de subfeud.
lib. 3. verific. Tertia formula, num. 10. pag. mi-
bi 407. Lambertin. dict. lib. 1. par. 2. art. 17.
quæst. 5. nu. 5. D. Molin. de primogen. lib. 1.
cap. 24. num. 13. latè P. Sanchez dict. cap.
3. dub. 76. num. 3. Giurb. decis. 84. num. 13.
Tondut. de pension. cap. 17. num. 19.

Rationem reddit P. Sanchez, qui lai-
cus ius patronatus habere non potest per
42 se; cum t participeret quid spiritua-
litatis, cui est annexum, cap. Quanto 3. de
iudic. l. 56. tit. 6. part. 1. Anastai. Germon.
de sacror. immunitat. lib. 3. cap. 4. num. 48.
& cap. 19. num. 61. P. Petri. Gambacurt.
de immunitat. Eccles. libr. 7. cap. 6. numer. 5.

Tom. I.

in fin. Lambertin. dict. lib. 1. quæst. 1. artic.
2. sub numer. 5. Rota decis. 2. de iur. Pa-
tronat. in antiqu. Alexand. Sperell. decis. 180.
num. 42. Farinac. in prax. quæs. 8. num. 20.
Garc. de Benefic. 5. part. cap. 9. num. 6. Ciar-
lin. controvers. Forens. lib. 1. cap. 17. num. 90.
Alvarez de Valazco de priuileg. miserab.
personar. 2. pars. quæst. 8. num. 296. Tambu-
rin. post tractat. de iur. Abb. tom. 3. decis.
106. num. 6. Reuerter. decis. 346. numer. 2.
in fin. Valeton. de transact. tit. 3. quæst. 6.
num. 40. Sim. Barbos. in repertor. verb. Ius Pa-
tronatus, pag. 203. Illustriss. D. Episcop. Qui-
tens. in suo Itinerario para Parrocos de In-
dios, lib. 1. tract. 1. sess. 4. num. 5.

Ideoque Episcopi desideratur assensus,
in quo consistit gratia, qua t median. 43]
te laicus patronatus efficitur capax, l. fin.
dict. tit. 15. part. 1. ibi: Sufre Santa Iglesia, e
consiente, que los legos ayan algun poder en
algunas cosas espirituales, assi como en po-
der presentar Clerigos para las Eglésias, que
es cosa espiritual, o allegada con espiritual,
esto fizó por fazerles gracia, e merced. D.
Gregor. dict. verb. Otorgamiento. Lambertin.
de iur. Patronat. lib. 3. quæst. 10. princ. artic.
1. Viuian. eod. tract. 1. part. lib. 1. cap. 3. num.
23. Alexand. conf. 75. num. 35. in fin. lib. +.
Francisc. Marcus decis. 1133. num. 3. part. 1.
P. Sanchez dict. numer. 3. & 6. Cabed. de
Patronat. Reg. Coron. cap. 1. nun. 4. Peña de-
cis. 255. num. 8. Alexand. Sperell. dict. decis.
180. num. 41. Ciarlin. dict. cap. 17. numer.
90. Carol. de Tap. decis. 18. num. 4. & 5. D.
Araci in memorial sobre las Vacantes de las
Indias, numer. 44. Andr. Vallens de Benefic.
lib. 1. tit. 4. n. 9. Mich. Ant. Frances de Vr-
rutigoit. de Eccles. Cathedral. cap. 16. numer.
113. Sic etiam vnire beneficia laico, nisi
ex priuilegio Apostolico, non t com. 44]
petit. cap. Sicut vnire 8. de excessib. Prælat.
Silver. Bernart. in respons. iur. pro Regio Pa-
tron. 1. par. 5. num. 23. in fin.

Secundam verò, quod si ius patrona-
tus alicui accessoriè, veluti cum vniuer-
sitate bonorum vendita, donata, &c. con-
cedatur, non petatur Ordinarij licen-
tia, t & consensus, cap. Ex literis 7. 45]
cap. Cùm seculum 13. de iur. Patronat.
cap. Cùm Beroldus 18. de sentent. & re iudic.
l. 8. d. tit. 15. p. 1. cap. 1. de iur. Patron. in 6.
Reuerter. decis. 123. numer. 2. vbi Mari-
nis in observation. numer. 1. & resolut. iur.
libr. 1. cap. 221. à num. 1. Hermofill. in
l. 15. tit. 5. par. 5. gloss. 4. à nu. 2. noster
D. Faria ad D. Couarrab. lib. 1. variar. cap.
13. à n. 17. & lib. 2. cap. 18. n. 104. Thomi.
Delbe. de immun. Eccl. to. 2. cap. 17. dub. 14.

C 3. num.

num. 4. D.Olea de cession. iur. tit. 3. quæst. 8. num. 26. D. Araciæ in memor. sobre las Vacantes de las Indias, num. 31. Cuius ratio ea est ab omnibus redditæ, quia quando ius patronatus accessoriè in animum conferatur, super eo non videtur aliquis initus contractus, sed solum super omni vniuersitate temporali. Vnde quemadmodum ad principale transferendum astensus non creditur + necessarius, ita neque ad accessorium, ita Panormitan. in dict. cap. Ex litteris 7. D. Couarrub. lib. 2. variar. cap. 18. num. 6. D. Gregor. Lopez in dict. l. 8. gloss. 4. & per tot. Lambertin. qui testatur de communii dict. lib. 1. quæst. 1. art. 2. D. Molin. dict. cap. 24. à numer. 8. P. Sanchez dict. dub. 76. num. 2. & in pœcept. Decalog. lib. 2. cap. 19. à num. 5. Decian. consil. 17. à num. 5. volum. 3. Peragrin. consil. 87. num. 3. volum. 3. & consil. 18. à num. 2. vñiam. 5. Morot. consil. 33. numer. 5. Francisc. Marc. decis. 145. num. 2. part. 1. Anton. Fabr. ad cit. cod. de pignor. desinit. 11. num. 6. Hermosilla in l. 15. tit. 5. part. 5. gloss. 4. & 5. Ciarlin. dict. cap. 17. num. 92. Ioann. Griuell. decis. D. Istan. 37. num. 16. Giurba decis. 84. dict. numer. 13. & ad Messanens. cap. 1. gloss. 2. num. 47. vbi suo more, multos congesit, Maceratens. libr. 1. variar. resolut. 29. n. 19. & resolut. 40. nu. 5. Alexand. Raudens. variar. resolut. cap. 19. num. 28. Anton. Nigro de laudem. tom. 2. quæst. 33. num. 5. & quæst. 20. num. 91. Barbos. de potestat. Episcop. 3. part. allegat. 71. à n. 1. 7. & sequentib. & in Clementin. 2. de sentent. & re iudicat. numer. 11. Ricc. Spin. Cald. Surd. Azor. Garc. Cened. & Mart. apud Simon Barbos. in report. verb. Ius Patronatus, pag. 205. Tamburin. de iur. Abb. tom. 3. disput. 9. quæst. 23. numer. fin. Noguerol. allegat. 36. numer. 26. Gauant. in Manual. Episcop. verb. Ius Patronatus, numer. 20. D. Salgad. in Labyrinth. creditor. 3. part. cap. 5. à num. 1. D. Olea de cession. iur. tit. 3. quæst. 8. num. 26. D. Roxas decis. 99. num. 10. & decis. 223. numer. 12. Valeron. de transact. dict. quæst. 6. num. 41. & seq. Andr. Vallens. vbi suprà num. 9. Cabed. de Patronat. Reg. cap. 7. à num. 7.

Addit etiam Valeron, vbi proximè, cum vniuersitate bonorum rectè de Patronatu transfigi posse, non verò de eo, aliquid quo + temporali interueniente, quin sapiat simoniam cap. Preterea 9. de transact. P. Ioseph. Gibalic. de simon. quæst. 20. consecutar. 15. numer. 2. Verific. Terrie, pro iure Patronatus, P. Suarez de simon. cap. 51. à n. 6. Lambertin. dict. lib. 3. quæst. 9. artic. 6.

Flamin. Paris. de confident. benefic. prohib. quæst. 28. nu. 187. Padill. in l. Iubemus. C. de transaction. à num. 14. Valeron vbi suprà. num. 40. Ciarlin. controv. forens. lib. 1. controv. 107. num. 82. & seq.

Ex quibus sequitur, vendito Castro, in emptorem trahere ius Patronatus, +⁴⁸ Castro annexum, dict. cap. Ex litteris 7. de iur. Patronat. Vbi Innoc. l. 9. tit. 15. p. 1. D. Gregor. in dict. l. 8. gloss. 8. & in l. 68. tit. 18. part. 3. gloss. 8. D. Couarrub. dict. cap. 18. num. 8. D. Molin. dict. cap. 24. num. 18. P. Suarez tom. 1. de Religion. dict. lib. 4. de simon. cap. 28. à num. 12. Cardin. Mantic. de contract. lib. 4. tit. 12. commun. opin. lib. 1. dict. tit. 4. de iur. Patronat. numer. 19. Lambertin. eod. tractat. dict. lib. 1. quæst. 5. art. 15. nu. 3. Boer. decis. 322. nu. 14. Ricc. decis. 116. p. 4. Thor. in compend. decis. Cur. Archiep. Neapol. verb. Ius Patronatus, in 3. p. comp. decis. sect. 2. Ant. Monach. decis. Florent. 72. n 30. 40. & seqq. Rota Roman. post tractat. Statut. Pac sic. de Saluan. interdict. decis. 100. num. 1. Anton. Nigro de Linden. tom. 2. quæst. 20. numer. 91. Lezan. tom. 1. Regal. d. ct. cap. 11. num. 8. Tamburin. dict. tom. 3. de iur. Abbat. disput. 9. quæst. 23. num. 4. Gibalin. de vniuers. negotiat. libr. 4. cap. 4. consecutar. 7. num. fin. Marin. vbi suprà. à num. 5. Cabed. vbi suprà, cap. 3. num. 3.

Datis in dotem bonis, quibus inhæret ius patronatus, dari patronatum, & trahere + in maritum, D. Melin. dict. cap. 24. num. 3. Spin. de testament. gloss. 4. ⁴⁹ num. 113. Azeued. in l. 7 tit. 3. lib. 6. Recopil. & in l. 9. tit. 5. lib. 1. num. 43. Giurb. ad Messanens. dict. gloss. 2. numer. 51. Baeza de non meliorand. filiab. ration. dot. cap. 26. num. 1. & de decim. sus. cap. 23. à numer. 18. Parlador. quotid. different. 120. nu. 22. Marescot. variar. lib. 1. cap. 30. num. 15. Griuell. decis. 37. à num. 21. Fontanell. de pœctis nuptial. claus. 6. gloss. 1. part. 3. à num. 3. Creditori traditis bonis iure pignoris, in eum. + transferri Patronatum, maxime nostro iure, dict. l. 9. tit. 15. part. 1. vbi gloss. 2. notat etiam gloss. fin. in dict. cap. Cum Bertoldus. de re iudic. Pinell. in l. 2. c. de rescind. vendit. part. 2. cap. 2. num. 2. Hugo de Cels. cons. 23. num. 1. Vincent. de Anna allegat. 109. Hermosilla in l. 15. tit. 5. part. 5. gloss. 5. num. 6. & 9. Ricc. decis. 12. part. 1. num. 4. Parlador. rer. quotid. libr. 2. cap. fin. 5. part. §. 4. à numer. 54. Barbos. de vniuers. iur. Eccles. libr. 3. cap. 12. numer. 237. Anton. Nigro dict. tom. 2. quæst. 9. art. 2. num. 25. ex Iasson. in l. Creditori, ff. de non. oper. nuntiat. facit l. Si pignori 30. fan.

ercisc. Zenallos commun. contr. commun.
quest. 740. à num. 1. commun. opinion. vbi
suprà. num. 28. D. Amay. in l. 2. Cod. de De-
curion. lib. 10. numer. 52. Fontanell. de paet.
claus. 7. gloss. 3. part. 5. num. 38. Nouar. libr.
1. Forens. quæs. 146.

Licet, iure communi attento, aliud di-
51 cendum videatur, videlicet, ut + pe-
nès debitorem patronatus exercitium re-
maneat, ut cum D. Greg. Lopez vbi proximi-
mè, Ioseph. Ludouic. de iur. Patronat. con-
clus. 42. fall. 3. docent Giurb. dict. gloss.
2. num. 44. Griuell. vbi supr. num. 5. & 8.
Fontanell. claus. 6. gloss. 1. part. 3. numer. 2.
ex cap. Bertoldus, de re iudicat. Garc. de Bene-
fic. 5. part. cap. 5. num. 10. & cap. 6. num. 7.
Reynoso obseruat. 37. num. 37. Addit, rur-
sus Giurb. num. 43. cum multis, in maritum
ius patronatus fundo dotali inhærens,
minimè transire, cùm solum ad eum re-
rum dotalium commodum reale spectet,
Abb. in cap. fin. d. concess. Præbend. num.
8. Felin. in cap. Cum olim, de maiorit. & obe-
dient. num. 2. D. Molin. dict. cap. 24. numer.
32. Camill. Borrell. controu. 61. à num. 10.
Sed contraria sententia est communior,
52 scilicet, + ut marito ius patronatus ac-
quiratur, quoties rebus dotalibus adhæ-
ret, taliter, ut solus ipse præsentet, Roch.
de Curt. de iur. Patronat. verb. Ipse, vel is,
quest. 28. Spin. de testam. gloss. 4. à numer.
112. Gutierrez. de tutel. 3. part. cap. 29. nu-
mer. 3. Sahagun. in cap. Quarto 3. de iudic.
à num. 11. Lara de Anniuers. & Capellan.
libr. 2. cap. 3. numer. 29. Parlador. dict. dif-
ferent. 120. num. 22. D. Castill. de usufruct.
cap. 36. num. 36. D. Sarmient. seleçtar. libr.
3. cap. 3. in fin. latè Garc. de Benefic. 5. part.
cap. 9. §. 1. à num. 177. & numer. 179. res-
pondet: Fundamento suprà in contrarium
tradito, quòd cùm maritus sit rerum do-
talium dominus, debent ad eum perti-
nere, non solum fructus commoditatem
53 realem afferentes, sed etiam + omnes
alij, Mantic. de tacit. & ambig. conuention.
lib. 2. tit. 30. num. 27. Barbos. in l. Diuor-
tio 8. §. Si viro, num. 57. ff. solut. matrim.
Ioann. Griuell. dict. decis. 37. num. 21. vbi
distinguit, & recte, inter ius patronatus
54 + ratione personæ competens, & illud,
quod rei, vel territorio inhæret; ut pri-
mum non transeat in maritum, fideicom-
missarium vniuersalem, & alios, secun-
dum verò transeat, ità etiam distingunt,
D. Molin. dict. cap. 24. numer. 3. & 32. vbi
Addentes, Gutierrez dict. cap. 29. num. 3.
ad med. optimè Fontanell. dict. claus. 6.
glos. 1. p. 3. à princ. & cap. seq. à n. 5.

Quid autem dicendum sit in ea que-
stione à multis ventilata? vtrum scilicet
confiscatis bonis, ius patronatus in eis
comprehensum, confiscatum censeatur?
Plures tenent eo cau non confiscari ius
patronatus, si confiscatio fiat à iudice lai-
co; + ea ratione, quia hic non potest
de re spirituali disponere, ita P. Azor.
Inst. tur. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 20. Lam-
bertin. de iur. Patronat. lib. 3. quest. 8. Iul.
Clar. in prax. crimin. libr. 5. §. fin. quest.
78. numer. 8. vbi Baiard. Farinac. in prax.
quæs. 25. numer. 151. Guid. Pap. decis. 341.
Iacob. Simanc. de Catholic. institut. tit. 9. à n.
95. P. Ioseph. Gibalin. de vniuers. negotiat.
lib. 6. cap. 2. num. 16. vbi agit de eo casu;
nempè quando + patronus, cuius bo-
na confiscantur, habet compatronos, vel
aios post se vocatos; ad quod est gloss.
in Clementin. Pastoralis, de re iudic. & cap.
Filijs 16. quest. 7. Peregrin. de iur. Fisc. li-
br. 5. tit. 1. de publicat. bonor. numer. 72. &
121. & cons. 87. num. 1. volum. 3. & cons.
157. num. 6. volum. 5. Giurb. ad Messanens.
dict. gloss. 2. num. 46. ferè innumeri apud
P. Sanchez in præcept. Decalog. dict. lib. 2.
cap. 19. num. 5. Sebaſt. Guazin. de confiscat.
bonor. conclus. 13. limitat. 32. per tot. Petr.
Caball. resolut. crimin. cas. 40. à numer. 1.
Vincent. Carroc. de excus. bonor. quæsit. 1.
quest. 10. principal. à numer. 1. Carpan. ad
nouas Constitut. Mediolan. cap. Omnia,
num. 429. vbi ita decisum refert Martin.
Laudens. de Fisc. quest. 4. Plot. consil. 30.
num. 18. Cabed. de Patronat. cap. 33. à nu-
mer. 2.

Id ipsum docent quamplures, etiam
si + confisatio bona mobilia, & im-
mobilia comprehendat, Baiardus d. quest.
78. num. 26. Peregrin. dict. num. 72. Guazin.
vbi suprà. num. 4. Giurb. dict. num. 54. in fin.
quia, vt ait num. 41. ius patronatus bono-
rum + appellatione non continetur, nec
etiam est in bonis, Bald. consil. 1. volum. 3.
& consil. 32. volum. 1. Rota consil. 3. numer.
34. Abb. in dict. cap. Ex literis, numer. 12.
Anton. Fabr. ad tit. Cod. de pignorib. d. finit.
11. num. 6. Neque in eorum + diuisio-
ne attenditur, cap. 1. de iur. Patronat. Al-
douin. consil. 8. numer. 3. Peregrin. consil. 32.
num. 6. & consil. 34. num. 3. vol. 1. & consil.
18. num. 2. vol. 5. Felicius de societat. cap.
29. num. 82. Giurb. d. num. 41.

Cum fit + individuum, dict. cap. 1.
de iur. Patronat. ubi gloss. & in cap. Pie
mentis 16. quest. 7. 1. Quædam mulier 42.
in fin. ff. famil. erescund. Et iterum in l.
fin. ff. de iur. Patronat. Bald. in dict. cap.
Quan-

Quanto 3. de iudic. numer. 2. D. Co-
uarrub. libr. 3. variar. cap. 19. num. 5.
Ioseph. Ludouic. de iur. Patronat. con-
clus. 42. in fin. Lambertin. de iur. Patro-
nat. 1. part. libr. 1. quest. 3. artic. 1. nu-
mer. 2. Henric. Rosental. de feud. cap. 6. nu-
mer. 3. Polidor. Rip. tractat. de indiuid.
& diuid. sect. 22. num. 10. Gonçalez ad
Regulam octau. Cancellar. gloss. 45. §. 1.
num. 65. Francisc. Matc. decis. 145. num.
1. part. 1. Giurb. dict. gloss. 2. num. 40.
Ciarlin. controvers. Forens. lib. 1. cap. 17.
numer. 96. Saltem quoad substantiam, li-
cet quoad + ius presentandi, & eius
exercitum diuiduum sit, Clementin. plu-
res, de iure Patronat. Bald. D. Couarrub.
& alij relati Ioann. Corras. in commentar.
ad l. Vix. ff. de seruitutib. numer. 11.
Marc. Anton. Genuens. practicabil. Ec-
cles. quest. 393. Marin. resolut. iur. libr.
1. cap. 229. numer. 14. Statal. Pacific.
de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 2. num.
606. Reuerter. vbi infra, num. 5.

Alij contrarium docent, videlicet,
quod confiscatis bonis, indirecte, & ac-
cessoriè publicatur ius patronatus, cum
bona + transeant cum sua causa, l.
Via constitui 23. §. Si fundus, ff. de jer-
uit. rusticor. predior. l. Alienatio 67. ff. de
contrah. emption. l. Marcellus 3. §. fin. ff.
ad Senat. Consult. Trebellian. Camill. de
Medic. consil. 4. numer. 19. Arias de Me-
sa lib. 1. variar. cap. 3. num. 10. Hanc
sententiam fundant D. Molin. dict. cap.
24. num. 26. Mieres de maiorat. 3. part.
quest. 11. num. 9. Guazin. vbi supra, nu-
mer. fin. Peregrin. dict. tit. 1. numer. 72.
in fin. & numer. 121. P. Sanchez dict.
cap. 19. num. 10. vbi plures refert, &
num. 8. Caball. dict. cas. 40. num. 5. & 9.
Carpan. in dict. cap. Omnia, num. 433.
Giurb. dict. gloss. 2. num. 54. Medic. dict.
num. 19. Ioseph. Ludouic. dict. concl. 42.
declarat. 13. Ioann. Baptist. Thor. in com-
pend. decis. verb. Ius Patronatus, part. 1.
Tondut. de pensionib. cap. 35. numer. 24.
Reuerter. decis. 123. num. 3. vbi Marin.
in obseruat. num. 2. Ricc. in prax. iur. Pa-
tronat. resolut. 196. Quod verius, & se-
curius est, quo casu ius patronatus non
transit in Fiscum, sed Ecclesia remanet
libera ab eo onere, sub Prælati po-
testate, D. Molina dict. cap. 24. num. 27.
D. Gregor. Lopez in dict. l. 8. gloss. 8.
Simanc. d. tit. 9. n. 95. & alij apud Sanchez
dict. cap. 19. num. 16. Guazin. vbi supra,
num. 17. & alij ex relatis pro contraria
sententia, qui similiter docent, aliud es-


se, quando ab Ecclesiastico confisatio
celebratur, tunc enim etiam specificè de
patronatu facta procedit, & tenet gloss.
in dict. cap. Filijs 16. quest. 7. D. Molin.
num. 26. Spin. num. 115. Giurb. numer. 54.
locis vbi supra, & alij.

Limita tamen in emphyteusi Ecclesia-
stica, quæ non confiscatur, confiscatis bo-
nis + in quibus sita est, sed reuertitur⁶⁴
ad Ecclesiam, ad liberam ipsius disposi-
tionem, iuxta Barth. in l. si finita 15. §.
Si, de vestigalibus, quest. 2. vbi Roman.
de damn. infect. per text. in Authent. de
alienat. emphyt. §. 1. facit optimus
textus in cap. Fœlicis, versc. Si que-
rò feuda, de pœn. in 6. Luc. de Penn. in
l. 1. Cod. de petit. honor. sublat. libr. 10.
Affict. decis. 282. num. 13. & in cap. 1.
§. Præterea, si vassall. gloss. 3. num. 88.
quest. prima caus. benefic. amitt. Gigas de
crimin. lœse. Maior. libr. 2. quest. 6. Me-
dic. consil. 166. numer. 71. Cabed. cap. 33.
num. 8.

Dixi. Ecclesiam remanere liberam, quia
dum est patronatu affecta, dicitur quasi ser-
ua, cum sit patronatus + seruitus que-
dam, DD. in cap. Significauit 41. per text.
ibi, de testib. Sanct. Concil. Trid. sess. 25. de
reformat. cap. 9. Bald. cons. 26. libr. 1. Alex.
cons. 16. vol. 1. Lambertin. dict. libr. 1. quest.
6. in princ. num. 3. & art. 3. à num. 3. & fa-
cit, quest. 1. art. 11. à num. 1. Roch. verb. Et
dotauit, num. 2. Menoch. cons. 90. n. 1. Ma-
card. deprobat. concl. 585. na. 2. Did. Valdès
alleg. iur. pro Eccles. Cathedr. Palansin. so-
bre retener el Breve, que se concedió al Almi-
rante de Castilla, parapoder presentar en las
Canongias della, num. 52. Simon Barbos. in
repet. verb. Ius Patronatus, pag. 203.

Sic etiam remanet libera + Ecclesia⁶⁵
à patronatu, decendentibus omnibus de li-
nea, ad quos spectabat, Farinac. decis. 53. n.
5. part. 2. recent. Ricc. in prax. 4. par. resolut.
345. Fr. Hyatinth. Donat. rerum Regul. tom.
1. trat. 14. quest. 80. Mich. Anton. Fran-
ces de Vrrutigoit. de Eccles. Cathedr. cap. 16.
à num. 195. & cap. 25. num. 450. ex Barth. in
l. Inter stipulantem, §. Sacram. num. 11. vbi
Iass. numer. 30. ff. de velor. obligat. & Ric-
ciull. lucubration. Ecclesiast. libr. 1. cap. 20.
in fin. docet, beneficium annexum + con-
fraternitati, hac destructa, liberum rema-
nere, sicut remanent alia iura rea-

lia, D. Roxas decis. 99. nu-
mer. 18.



S V M M A R I V M.

- 1 IUS Patronatus transit in Fideicommissarium vniuersalem.
- 2 Sed contraria sententia est communior: distingue, ut num. 4.
- 3 Ex testanties iudicio Ordinarij accedente consensu, transit Patronatus in Fideicommissarium.
- 4 Ius Patronatus vxori, ratione propriæ personæ competens, non transit in matrimonium.
- 5 Regina Regni proprietaria præsentat, non maritus, quando ratione Regni competit Patronatus.
- 6 Ius Patronatus, constante matrimonio quæstum, communicatur inter coniuges, ideoque soluto matrimonio uterque coniux consequitur partem, & numer. 8.
- 7 Verum eo durante maritus patronatum administrat, sicut alia bona.
- 8 Ius patronatus, quod alter coniugum antè matrimonium obtinebat, non communicatur.
- 9 Vxor, seu vidua tenutaria, post annum lucrus pleno iure bona mariti p̄emortui pro securitate dotis possidens, potest præsentare; secùs intrà annum luctus, qui à pleno iure non possidet, & numer. 12.
- 10 Patronatus à Barone, vel possessore maioratus, feudi, &c. institutus, ipsius familiæ, non Baroniæ, vel maioratui acquiritur, si hic in aliam familiam transeat, nisi aliud ex mente fundatoris Patronatus appareat.
- 11 Tutor, curator hæreditatis iacentis, sequester, usufructuarius, &c. an posse sint præsentare.
- 12 Impubes, & septennio maior possunt præsentare, & ab ipsis nominatus, præfertur præsentatio à tute, & numer. 16.
- 13 Quoties constat, quis sit verus Patronus, tunc ab eo præsentatus præfertur præsentatio à quasi possessore; secùs si vere non constet.
- 14 Præsentatus à quasi possessore, non remonetur, licet postea ius eius euincatur.

- 19 Collatio facta ab eo, qui est in quasi possessione conferendi, tenet.
- 20 Quanlò Patronatus permutatione, vel alio titulo in Ecclesiam transfertur, non requiritur Ordinarij consensus, & num. 21.
- 21 Secùs si ab una Ecclesia in aliam transeat; quia tunc est necessarius, & reditum ratiō.
- 22 Item quando unus Patronatus cum alio permittatur, & num. 24. 25.
- 23 Inter duas Ecclesias est licita permutatio de ipsarum bonis, dato Rectorum consensu; quod limita, si aliquid interveniat temporale, qui à tunc sapit sermonam, & num. 27.
- 24 Similiter potest in compatriorum transferri Patronatus, sine Episcopo.
- 25 Consensus ab ordinario requisitus potest præstari etiam extra Diocesim; item ex postfacto durante vita transferentis, non tamen eo mortuo, & num. 31.
- 26 Quæ tamen procedunt respectu laicalis Patronatus, non respectu Ecclesiastici, qui non potest donari.
- 27 Raymundas Aragoniæ Rex alias Ecclesias, decimas, & primitias Cathedrali De tosæ, concessit.
- 28 Hoc ipsum de alijs fecit primò Sanctius Rex; traditur hunc Regem sagitta per eussum in obſidione Hosensi perijſſe.
- 29 Rex Iacobus I. hoc omne firmavit postmodum,
- 30 Ecclesiarum nomine hoc loco intelligitur ius Patronatus, & num. 38. 39.
- 31 Sic intelligenda donatio à Regina Petronilla Ildephonso filio facta, & numer. 39.
- 32 Ex dictis hoc ius Regium Patronatus videbatur esse Ecclesiasticum, sed contrarium, ut verius defenditur, & numer. 41.
- 33 Reges nostri, ubi decimæ non sufficiebant, proprijs bonis Ecclesias dotarunt, ac construxerunt.
- 34 Laicalis Patronatus creditur, etiam à Clerico, & bonis Ecclesiasticis institutus, si laicus in possessione inuenitur, & perseverat præsentandi.
- 35 Reges nostri, ut laici Patroni in administratione iuris patronatus Indiarum, sunt versati.
- 36 Ad cognoscendam Patronatus naturam multum subsequita obſeruatio, & praxis influit.
- 37 Patronatus per priuilegium Apostoli, cum laico concessus in aliquibus laicis, in alijs Ecclesiasticus appetat.

ARGVMENTVM.

IVS Patronatus, an fideicommissarium vniuersalem transeat; aliqua traduntur de Patronatu coniugibus antè, vel post matrimonium, spectante; an tutor, sequester, vsusfructuarius, impubes, &c. præsentare valeant; quandò in Ecclesiam, vel compatronum transfertur, an Ordinarij licentia requiratur? Regius Indiarum Patronatus est laicalis, non Ecclesiasticus.

C A P. V.

Alia præcedenti proxima est dubia quæstio; utrum scilicet ius Patronatus t. in fideicommissarium vniuersalem transeat? Ludovic. Roman. in l. Si Patroni, ff. ad Senat. Consult. Trebell. quem sequitur, & ab aliorum impugnationibus defendit. D. Molin. dict. libr. 1. de primog. Hispanor. cap. 24. à num. 18. ubi Addentes, num. 7. Peregr. de fideicommissar. artic. 6. num. 37. Ioann. Aloys. Ricc. in prax. iur. Patronat. decis. 179. num. 142. & decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 101. part. 3. Ioan. Baptist. Tho. in compend. decis. Cur. Archiepisc. part. 2. verb. Ius Patronatus, in 3. part. compend. decis. sect. 2. & plures apud Zevallos commun. contr. commun. quæst. 717. à num. 1. Francisc. Marcus decis. 1134. numer. 1. part. 1. P. Molin. de iustit. & iur. tractat. 2. disput. 188. in fin. Gutierr. detul. 3. part. dict. cap. 29. num. 15. cum alijs docent, in fideicommissarium vniuersalem transire, cum in eum transeant iura omnia realia, & personalia; & hoc ius soleat cum bonorum vniuersitate transire, ut supra fundam.

Sed contraria sententia t. est communior, & ferè ab omnibus approbata, ex autoritate textus, in l. Quia proinde 42. §. Restituta, ff. ad Senat. Consult. Trebell. restituta hæreditate, inquit Paulus iura sepulchrorum apud hæredem remanent. Hanc defendant Barthol. Alberic. Paul. Castrens. Alexand. Iass. Curt. Iun. Dec. Cagnol. Imol. Rip. Bolognet. Crauet. Abb. Eman. Acosta. Gill. Benedict. Gemin. Curt. Sen. Ferret. Decian. Roch. de Curt. Lambertin. Anton. Gomez. Guid. Pap. Dom. Couarrub. Polit. Odd. Trentacinq. Simon de Pratis. Crass. Peregrin. & Intrigliol. relati, & sequuti à Vincent. Fufar. de substitut. quæst. 634. num. 2. quem perperam pro sua adducunt sententia, Ad-

dent. ad D. Molin. dict. num. 7. alios quamplures refert, & sequitur Giurb. d. gloss. 2. num. 45. & 53. Barbos. in cap. 1. à num. 10. de iur. Patron. Ioann. Ayllon. ad Anton. Gomez 1. part. variar. cap. 5. num. 31. Amicus noster D. Faria ad D. Couarrub. lib. 2. variar. cap. 18. à num. 117. Nicol. Garc. de Benefic. 5. part. cap. 9. à num. 17. & numer. 19. ubi ait, ex testantis iudicio t. & voluntate, Episcopi accidente licentia recte in fideicommissarium posse ius Patronatus transire, refertque aliquas Rotæ decisiones communem probantes sententiam, adde D. Gregor. Lopez in dict. l. 8. tit. 15. part. 1. gloss. 4. Zeuall. ubi supra, num. 3. Spin. de testament. gloss. 24. num. 15. Mieres de maior. 3. part. quæst. 11. num. 9. Ioann. Bott. conf. 3. num. 32. Peregrin. ubi supra, à num. 35. commun. opinion. lib. 1. tit. 4. de iur. Patron. num. 36. Galp. Anton. Thesaur. quæst. Forens. lib. 1. quæst. 11. num. 5. Ioann. Griuell. dict. decis. 37. numer. 6. & 9. quam pulchram appellat Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 1. par. 3. num. 13. remissiù D. Olea de cession. iur. tit. 3. quæst. 8. à num. 20. Caldas consil. 7. num. 38. Loter. de re Benefic. libr. 2. quæst. 11. à num. 29. Ciarlin. controvers. 1. à num. 40. Noguerol. allegat. 28. à num. 60. Maldonad. & Prado ad D. Molin. libr. 1. cap. 24. à num. 5. distinguit tamèn, & recte Griuell. num. 21. ut supra notavi; quod aut t. est ius Patronatus, quod per se possit stare, & competit ratione personæ, & non transit in fideicommissarium; aut competit ratione rei, & territorij, & tunc transit cum ipsa re, vel territorio. Ergò hæc sententia tanquam magis communis in hoc casu admittenda, & sequenda erit, cap. præced. num. 54. dixi.

Ex quibus sequitur, ius patronatus vxori, ratione propriæ personæ t. competens, ad maritum non pertinere, debe reque ipsam præsentationes concedere, non maritum. D. Molin. dict. cap. 24. num. 5

32. & seqq. ubi Addentes Cabed. de Patronat. Reg. Cor. cap. 27. à num. 5. Barbos. in d. l. Diuortio 8. §. Si vir. num. 57. Palac. Rub. in cap. Per vestras. in princ. §. 43. numer. 10. 6. Vbi, quod Regina Regni proprietaria + debeat praesentare, non Rex. P. Sanchez consil. Moral. lib. 2. dict. cap. 3. dub. 71. numer. 29. Gutierr. dict. cap. 29. num. 4. Garc. dict. cap. 9. num. 24. & 185. Sahagun. in d. cap. Quanto 3. numer. 26. Burgos de Paz in proem. legum Taur. num. 5. Lara de Anniversar. & Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 29. ex Abbat. & Immol. in cap. fin. de concess. Præbend. Didac. Perez in l. 4. tir. 4. lib. 5. Ordin. vers. Sexto fundatur, Sanchez ubi suprà. num. 30. Baeza de decim. cap. 23. num. 21. Giurb. dict. gloss. 2. num. 47. Fontanell. d. gloss. 1. var. 3. num. 12. Sim. Barbos. in repertor. verb. Ius Patronatus, pag. 204.

Acquisitum vero, constante matrimonio, inter coniuges + communicatur, Ioan. Garc. de coniugal. à quæst. num. 165. Dom. Matienç. in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. gloss. 4. num. 5. Giurb. ad Messanens. dict. gloss. 2. num. 37. Gutierr. dict. cap. 29. num. 5. Baeza de non meliorand. filiab. ration. dot. cap. 26. num. 2. & de decim. dict. cap. 23. à num. 17. Nam licet sit individuum, ut dicebam, superiori cap. numer. 60. exercitium tamen eius individuum est, ideoque soluto matrimonio uterque coniugum + suam consequetur partem, D. Couarrub. lib. 3. variar. cap. 13. num. 5. Spin. de testament. gloss. 4. num. 63. Palac. Rub. in rubric. de donation. inter, §. 62. num. 23. P. Sanchez dict. dub. 71. num. 31. Garc. Baez. & Matienç. ubi proxime.

Matrimonio autem durante, marito, 9 qui alia bona + administrat competit patronatum exercere, ex Garc. Palac. Rub. & alijs. P. Sanchez ubi proxime, numer. 32. Ferr. Manriq. de preced. quæst. 34. numer. fin. Anton. Nigro de laudem. tom. 2. quæst. 9. art. 2. numer. 3. Quid autem dicendum de Patronatu, quem alter ex coniugibus, ante matrimonium obtinebat, an hoc sequuto communicetur? Non communio cari, + ex supra relatis constat, docetque in specie Marius Muta ad consuetudin. P. normit. num. 78. Contrarium tamen docet Giurb. dict. gloss. 2. num. 47. ubi ita decisum refert; tu interim cogita, & si vis, non recedas à prima sententia, quæ cum superioribus convenit.

Obiter hoc loco observa, mulierem post annum luctus, pleno iure mariti prædefuncti bona, quoisque ipsi dos solvatur, possidentem, fructusque suos facientem,

iuxta aliquorum Regnum Coronæ Aragonæ Foros, quo casu + tenutaria appellatur; Beneficia Vacantia, de iure patronatus in bonis mariti, praesentare posse; scilicet intra annum luctus, cum tunc pleno iure + non possidebat, fid Thom. Mies res in constitution. Hac nostra, numer. 292. quem refert, & sequitur Acaz. de Ripoll. variar. cap. 10. num. 55. & 401. Francisc. Ferrer. in eadem constitut. Hac nostra, tempor. 1. num. 24. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 3. var. 5. num. 38.

Potest etiam disputari, an patronatus à feudi possessore, vel alio simili fundatus, feudo an familiæ ipsius fundatoris, casu, quo ad alium, extræ familiam deueniat feendum? Et dicendum est, à feudatario, Barone, aut alio quoquis constitutum, seu institutum patronatum, tanquam à particulari quæsitum, iudicandum, ita ut familiæ fundatoris spectet; nisi alius + appareat ex ipsius mente, ita ex Andr. de Isern. in cap. 1. de contract. inter mascul. & femin. ubi Afflict. docet Marc. Anton. Genuenf. practicabil. Eccles. quæst. 351. à princip. Marin. resol. iur. lib. 1. cap. 221. à num. 8. & seqq.

An autem, & quando possint praesentare tutor, curator + hereditatis iacentis, sequester, usufructuarius, custos bonorum, depositarius, &c. Vide D. Molin. dict. cap. 24. num. 4. P. Sanchez dict. dub. 71. num. 32. Felin. in cap. Cum Bertoldus, de sentent. & re iudic. num. 30. Innoc. in cap. Examinata, de iudic. Silver. Bernart. in resp. iur. pro Reg. Patronat. 1. part. §. 16. num. 29. & seq. Roch. de Curt. verb. Ipse, vel i., quæst. 32. numer. 71. Francisc. Marc. decis. 4. numer. 2. & decis. 443. num. 1. part. 1. Petr. Gregor. syntagma. iur. lib. 23. cap. 3. num. 14. Gutierr. de tute. cap. 7. à numer. 16. Vbi ita iudicatum tradit Garc. de Benefic. 5. part. cap. 6. à num. 1. Sahagun in cap. ultim. de sequest. poss. num. 64. ubi ita se vidisse testatur, Reynol. obseruat. 37. num. 38. Barbos. de vniuers. iur. Ecclesiast. dict. libr. 3. cap. 12. à num. 230. Ferro Manriq. de preced. dict. quæst. 34. numer. fin. Sim. Barbos. in repertor. verb. Iuris Patronatus, pag. 205. column. 1. ubi plus.

Nota tamen unum septennio maiorem bene posse praesentare, eoque casu + ab ipso nominatum praesentato à tute præferri. Vide Paul. de Citadinis in tractat. de iur. Patron. part. 7. num. 20. Ioann. Franc. San. Felic. decis. 176. num. 3. Gutierr. dict. cap. 29. num. 7. Ricc. in prax. iur. Patronat. resolut. 194. num. 11. Mantic. decis. 140. num. 11. Ioann. Baptist. Ciarlin. controu. Forcns. biv.

lib. 1. cap. 1. num. 82. Cald. Pereyr. in l. Si curatorem, verb. Cum non ab similis, numer. 34. Cod. de in integr. restitut. minor. & de nominat. emphyt. quæst. 4. num. 7. Garc. de Benefic. 5. part. cap. 9. numer. 186. Cened. ad Decretal. collect. 5. num. 6. Gauant. in manual. Episcop. verb. Ius Patronatus, num. 63. Narbon. de ætat. ad omnes actus requisiſ. ann. 7. quæſt. 22. num. 9. & seqq. cum multis Simon Barbos. dict. verb. Iuris Patronatus, pag. 204. col. 2. Sic similiter potest 36 impubes præsentare, omisso tuteore, ex cap. Decernimus 16. quæſt. 7. docent Lara in compend. vitæ homin. cap. 18. numer. 51. Barbos. in cap. Ex eo 32. num. 5. de electione. vbi Mich. Moez de Iturbide num. etiam 5. Narbon. de ætat. ad omnes actus requisiſ. ann. 7. quæſt. 22. à numer. 10. Cabed. vbi infr. cap. 27. à num. 4.

Adverte etiam, quod quoties verè conſtat, aliquem esse legitimum patronum, ab eo præsentatum præferri nominato à quasi possessori iuris patronatus; tuncque dici proprietatem absorbere posſessionem; alias obtinere debere t à quasi possessori præsentatum, cap. Que clam 24. de electione, cap. Cum olim 7. & cap. Cum Ecclesia Sutrina 3. cum alijs, de causa possess. & propriet. cap. Consultationibus 19. cap. Ex litteris 7. de iur. Patron. Abb. in dict. cap. Consultationibus, nu. 9. Dec. consil. 127. numer. 1. Rot. diversor. decif. 167. num. 10. part. 2. Alexand. Raudens. variar. cap. 19. num. 20. Farinac. decif. 735. num. 1. & decif. 180. per tot. 1. part. posthum. & decif. 374. num. 4. 1. part. & decif. 274. num. 7. 2. part. in nouiss. Garc. dict. 5. part. cap. 5. num. 4. Ferdinand. Brancia, apud Donat. Anton. de Marinis allegat. 60. num. 7. Reynoso obſervat. 66. 4. Clem. Merlin. decif. 110. num. 5. & decif. 356. à num. 2. Vbi, quod non removetur præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, licet postea 18ius t eius euincatur, Alexand. consil. 75. num. 46. lib. 4. Menoch. consil. 90. num. 125. Roland. consil. 47. num. 28. libr. 1. Reynoso dict. obſervat. 66. num. 14. Cabed. de Patronat. cap. 34. numer. 8. Adde ex Sanct. Trident. Concil. ſeff. 25. de reformat. cap. 9. Ricc. in prax. iur. Patronat. decif. 153. num. 47. Gonçalez ad Regul. octau. Cancell. gloss. 18. num. 23. Tondutum Canonic. resolut. part. 1. cap. 87. numer. 8. Simon Barbos. in repertor. verb. Iuris Patronatus, pag. 205. col. 1. & verb. Præsentatus, pag. 275. Sic eriam, vt præsentatio, 19tenet collatio facta t ab eo, qui est in

quasi possessione conferendi. Rota in an-
tiq. decis. 14. alias 575. de iure Patronat. D. Did. Anton. Frances de Vrrutigoit. in tractat. de intrusion. quæſt. 28. numer. 17. & seqq. Ferdinand. Brancia apud Mar-
tin. allegat. 60. num. 6. & 7.

Illud autem, quod superiore cap. num.
12. fundai nempè ad translationem iuris
patronatus in alium, Ordinarij requiri
consenſum, limita etiam, quandò in Ec-
clesiam, vel pium locum fit translatio;
tunc namque Prælati non est necessaria
facultas, cùm eo t casu res redeat ad 20
propriam naturam, vt ex dicto cap. quod
autem 5. cap. illud 7. de iur. Patronat. &
cap. unico eod. in 6. patet; & docent com-
muniter Abb. in dicto cap. illud num. 7.
Roch. de Curt. dict. verb. Ipſe, vel is, &
quo num. 30. Geminian. & Franc. in dicto
cap. unico, D. Gregor. Lopez in dict. leg.
8. tit. 15. part. 1. gloss. 6. Layman. moral.
part. 2. lib. 6. cap. 20. quæſt. 5. Lamber-
tin. de iur. Patronat. part. 2. lib. 1. quæſt.
1. art. 2. & 3. commun. opin. lib. 1. tit.
4. de iur. Patronat. num. 9. Francisc. Marc.
decis. 1136. part. 1. P. Sanchez dicto cap.
3. dub. 76. num. 3. D. Molin. dicto cap.
24. num. 13. Ferret. consil. 343. num. 5.
Gratian. discept. forens. cap. 177. num. 3.
Burgos de Paz consil. 31. num. 17. Bar-
bos. de offic. & potest. Episcop. 3. part. al-
leg. 71. num. 11. & 26. Duran. decis.
463. lib. 2. Tondut. Canon. resolut. 1.
part. cap. 54. num. 13. & 2. part. cap. 4. §.
9. num. 17. Tamburin. de iur. Abbat. tom.
1. disput. 9. quæſt. 2. num. 1. & tom. 3.
disp. 9. quæſito 23. num. 6. vbi, quod
etiam per permutationem potest in Ec-
clesiam t transferri ius patronatus finezzi.
Episcopi licentia, & interuentu, cap. ne-
mini 16. quæſt. 7. Roch. vbi suprà num. 28.
P. Azor. dicto cap. 20. quæſt. 5. & 6. Ciar-
lin. dicto cap. 1. num. 22. nouis. D. Rojas de-
cis. 99. num. 10. & decif. 223. num. 12.
Gauant. vbi infrà num. 23.

Quæ limitatio locum non obtinet, quan-
dò ab una Ecclesia in aliam fit translatio;
quoniam, licet verum sit, quod ex eo, quod
hæc fiat in locum pium, non sit Episcopi
necessaria authoritas, & consensus, iuxta
ea, quæ proximè fundai, requiritur ta-
men ex parte Ecclesiæ alienantis, vel alio
titulo transferentis; cùm non possit t in- 22
consulto Prælato, alienare, ita in indiui-
duo. Lambertin. dicto quæſt. 1. art. 10. num.
9. P. Sanchez dicto dub. 76. num. 5. Barbos.
de offic. & potest. Episcop. dict. 3. part. alleg.
71. num. 27. Gauant. in manual. Episcop.
ver-

verb. *Ius Patronatus*. num. 24. dixi dict. superiore cap. à num. 12.

Quemadmodum, quando unum ius patronatus cum alio (temporali aliquo non interveniente) permutatur; ob eandem rationem Praelati debet + accedere consensus. P. Filliuc. de stat. Clericor. tract. 45. cap. 11. numer. 26. P. Ioseph. Gibalin. de simon. quest. 20. conlectar. 15. numer. 4. nouissimè doctus Eniman. Roman. Valeron. intractat. de transaction. tit. 3. quest. 6. num. 8. ubi ait: Quod licet simoniae cesseret scrupulus, quando spirituale pro alio æquè spirituali creditur, aut commutatur, non tamen hæc beneficij, aut iuris spiritualis, vel spiritualitati annexi permutatio + valet, citrè Episcopi autoritatem fieri, cap. Quæsumus 5. ubi DD. cap. Cum olim 7. de rer. permuat. cap. Maioribus 8. de Præbend. Extraaug. Cum detectabile, de simon. Pat. Suarez lib. 4. de simon. cap. 32. P. Azor. Institut. Moral. dict. part. 2. libr. 6. cap. 20. quest. 4. & 7. P. Sanchez dict. cap. 3. dub. 38. per rot. & dub. 88. & seq. P. Gibalin. ubi supra, ques. 13. num. 5. Lambertin. dict. lib. 1. part. 2. quest. 3. art. 2. num. 9. Garc. de Benefic. 11. part. cap. 4. num. 56. Spin. de testim. gloss. 7. num. 33. Barbos. de vniuers. iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 15. à nu. 173. alter Barbos. frater in repertor. verbo, *Ius Patronatus*, pag. 203.

Eo itaque casu licita est permutatio, & 25 transactio præfata solemnitate + interveniente, non aliter, vt iure expressum habemus in cap. Ad questiones 6. cap. fin de rer. permuat. cap. Constitutus 6. de Religios. domibus, cap. Quam pio 1. quest. 2. cap. Matthæus, de simon. cap. Hoc ius 2. §. Item sibi invicem 10. quest. 2. cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. & notant P. Suarez dict. lib. 4. cap. 51. & princip. Anastas. Germon. de Sacror. immunitat. lib. 3. cap. 19. num. 43. Petr. Gregor. de Benefic. cap. 41. nu. 2. obieter D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 2. cap. 14. num. 58. Barbos. in cap. Constitutus, de transact. num. 2. Ricc. in prax. decis. 7+ num. fin. Mantic. decis. 201. num. 2. Ciarlin. dict. lib. 1. cap. 39. num. penult. Valeron. d. quest. 6. à num. 6.

Immò, iuris rigore inspecto, inter duas Ecclesiast. vel Ecclesiarum Rectores de ipsarum bonis, licita est permutatio, utriusque dato + consensu dict. §. Item sibi invicem, Ricc. dict. decis. 74. n. 3. Barbos. de offic. & porest. Episcop. 3. n. all. g. 95. n. 55. ubi id posse authoritate ordinaria, affirmat, latius P. Gibalin. de vniuersa negotiation. libr. 4. cap. 8. conlectar. 9. numer. 3. P. Azor. Institut.

Tom. I.

Moral. dict. lib. 6. cap. 20. quest. 6. Tambur. de iur. Abb. dict. dispuz. 9. quæfit. 23. numer. 6.

Non verò tenet quandò aliquid interuenit temporales; tunc namque permutatio, aut transactio + simoni am sapit, cap. Prae-27 terea 9. de transact. dict. cap. fin. de rer. permuat. dict. cap. Constitutus, de Religios. domib. Mar. Mutu decis. 41. num. 9. P. Sanchez dict. cap. 3. dub. 23. & passim P. Castro Palao 3. par. Moral. disp. 3. de simon. punt. 19. à princ. P. Dian. 4. part. Moral. tract. 4. resol. 157. Thom. Zerol. in prax. Episcop. verb. Simonis, à princ. Valeron. dict. quest. 6. num. 7. & à princ. Tondut. Canonic. resol. i. part. cap. 96. num. 25 & de pension. cap. 18. num. 6.

Denique, Episcopo, aut alio non vocato vel requisito, potestius patronatus in compatriorum donationis, cessionis, aut alio titulo transferri; cum tunc novum grauamen + Ecclesie non inferatur, gloss. in cap. Ex 28 insinuatione, de iur. patronat. & in Clement. Plures, verb. Libere, eod. tit. & in cap. Nemini 16. quest. 7. Cald. Pereyr. consil. 7. num. 54. Anton. Nigr. de land m. 10. n. 1. quest. 12. art. 1. num. 11. Gratian. discept. Forens. cap. 577. n. 37. Lambert. de iur. Patron. 2. part. lib. 1. q. 1. princip. art. 12. Achil. de Grass. decis. 10. de iur. Patronat. Rot. Roman. apud Pacific. post tractat. de Saluian. interdict. decis. 174. Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 230. à num. 4. Batbos. in cap. unico, de iur. Patronat. in 6. vide Burgos de Paz consil. 31. à num. 15. D. Olea de cession. iur. tit. 2. quest. 5. num. 3. aliud rimantes, sed non rectè Sim. Barbos. in repertor. verb. ius Patronatus, pag. 205. col. 2.

In casibus verò, in quibus Ordinarij assensus requiritur observa, hunc + posse præstare Episcopum, etiam extrà propriam Diœcesim existentem, vt decisum refert Ioann. Aloys. Ricc. decis. 7. num. 1. part. 3. & ex eo, Ioann. Baptist. Thor. in compend. decisionum Cur. Archiep. Neap. 2. par. verb. Assensus, in 3. par. compend. decis. sect. 2.

Item, ex post facto, similem assensum præstare posse Ordinarij donationi, & alij alienationi, viuente + tamen donante, aut alio titulo alienante, Marc. Anton. Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 63. num. 21. Ricc. decis. 224. part. 1. Thor. in dict. compend. decis. Cur. Archiep. 1. part. verb. Assensus, in 1. part. compend. decis. dixi capite precedenti, num. 19. Ceterum, eo mortuo, neùquam + interponi posse, vt cum Camerar. Surd. & alijs docet doctiss. Cap. Galeot. controvers.

D

lib.

lib. 1. controu. 1. num. 107. & 122. Hec autem respectu laicalis patronatus procedunt, non vero in patronatu Ecclesiastico, qui donari non potest, Melch. Phœb. decisi. 185. num. 3. part. 2. & eo relato Simon Batbos. verb. Ius Patronatus, in repert. pag. 203. col. 3. quos videas.

Donationis titulo (ut obiter id attin-
gamus) aliquas Ecclesias una cum decimis, & primicijs, quas Apostolico obtinebat, priuilegio, Ecclesiae Pontificali Dertosæ vnitas, donatas, & concessas à Rege, vel potius tunc Principe Aragoniaæ tantum, Raymundo anno 1151. constat, ex instrumento à Silverio Bernart. tradito in respons. iur. pro Regio Patronu. 1. part. §. 7. num. 4. ibi: Concedi (inquit Raymundus) Domino Deo, & Ecclesie sanctæ Deigenitricis Mariæ, quæ quondam apud Dertosan celebris Sedes Pontificalis fuit, & omnes decimas, & omnes primicias omnian fructuum, & animalium.

Quod etiam prius, quoad aliquarum Ecclesiarum valorem, fecerat eius pater Sanctius Rex (hic obfideone Hoscenti sagitta percussus, viriliter obiit, Beuter. in Chronic. lib. 2. cap. 8. Carbonell. in Chronic. libr. 1. cap. Del Ry Don S.cho, è de sos fets, que fea) Hieron. Zurit. lib. 1. Annal. Aragon. cap. 31. idem Silver. dict. 1. part. §. 1. num. 4. D. Araciel in memor. sobre las Vacantes de las Indias, sub nome: 6. ubi late in margin. Totumque hoc approbavit, & confirmauit Magn. Rex Iacobus huius & nominis pri-
mus, extat instrumentum apud Silver. d. 1. part. §. 9. num. 2. per hæc verba: Item con-
cedimus, &c. cum lezdis, pedaticis, salinarijs, & ripaticis cum Ecclesijs, infra iam dicta lo-
ca constratis, & construendis cum decimis, &
primicijs. & cum omni iure Ecclesiastico, &c.
Dat. in o'stione Perinsule 3. onis Septem-
bris 1225. referunt Beuter. dict. lib. 2. cap. 1. Bernardin. Miedes in Histor. Iacob. Reg. lib. 1.
cap. 16.

Hinc nota, donationis Ecclesiarum no-
mine, contineri, & intelligi ipsum ius patro-
natus; qui enim Ecclesiam donat, ius, quod in
ea obtinet, patronatum & nempè, concede-
re, & transferre creditur, Lambertin. de iur.
Patron. dict. p. 2. libr. 1. quest. 1. princ. art. 9.
à num. 1. & 17. iuxta textum in cap. Si plu-
res 16. quest. ultim. notat Silver. dict. 1. par.
§. 11. num. 22.

Quo lucem & accipit donatio facta à
D. Regina Petronilla, vidua præfati Regis
Raymundi Berengarij, Comitis Barcinon.
filio suo Ildephonso, Aragonum Regi, Bar-
cinon. 14. Kalend. Iul. 1164. millis verbis:

Ego Petronilla, Dei gratia, Aragonensis Re-
gina, & Barcinonæ Comitissa, vxor que fui
Venerabilis Raymundi Berengarij, Comitis
Barcinonenſis, & Principis Aragon; dono, &
concede tibi dilecto filio meo Ildephonso, Re-
gi Aragonum, & Comiti Barcinon. qui in
testamento eiusdem viri mei (Raymundi Be-
engarij) vocaris Raymundus, & omni poste-
ritati tuae, omne Regnum Aragonum integri-
ter, Ciuitates quoque, & Caſtas, Villas, &
Ecclesijs, & Monasteria, terras, &c. Silver.
d. 1. p. §. 7. n. 4. Carbonell. in Chronic. cap.
De la donacio fera per Dona Petronella Regina
de Aragó, &c. Ergo in hac donatione, loco
Ecclesiarum, & Monasteriorum, intellige,
iura Patronatus, & quibus in illis vtebatur 38.
Regina, ut iterum notauit Silver. dict. n. 4.
ibi: Et aduerte circa predicta, quod Ecclesia in
huiusmodi instrumentis adductis in praesenti
§. sumitur pro iure Patronatus, quia, prout
supra in §. 4. deduximus, in priuilegio Urba-
ni, de quo agimus, Ecclesia pro iure Pa-
tronatus sumitur, & ponitur in eo, & ea
propter donationem hanc Petronillæ, & alia
similia instrumenta facta, & firmata per
prædecessores eiusdem, continentia in se ver-
bum Ecclesiarum, solùm intelligere debemus
dispositionen iuriis Patronatus earum indu-
cere dictum verbum.

Hec Silverij nota alia prædecessorum
Regum similia supponit instrumenta, & re-
cte; sunt enim plura, præcipue illud Ra-
mimi Regis Petronillæ patris, quo Ara-
gonum Regnum una cum eadem Petro-
nilla in præfatum Raymundum Berenga-
rium, Comitem Barcinon. fuit transla-
tum, nuptijs celebratis; reservatis tamen
Regi concedenti supremo in Ecclesijs
nonnullas dominio, & alijs iuribus, ut
patet ex eo instrumento, in illis ver-
bis: Empero retengo para mi el Señorio
Real sobre todas las Iglesias de mi Reyno,
sobre el Monasterio de San Salvador de
Leyre, al qual d'yo graciosamente aquella mi-
tad de aquel mi olluar de Arasines, (ò Aras-
mas) por el espaldas que allí tomé, que era de
Lope Ioan; y sobre el Monasterio de San
Iuan de la Peñz, y sobre el Monasterio de
San Vitorian, y sobre todas las Iglesias
Parochiales, y mas propriamente sobre San
Pedro de Ceresa, con sus pertinencias de
Pertusa, de San Urbin, y de Santa Cecilia;
y aunque te dé el Reyno, empero no
dexo mi dignidad. Hecha la carta en Iaca,
&c. De hoc agunt Beuter. in Chronic. lib. 2. cap.
11. Siluer. d. §. 7. n. 3. Zurit. lib. 1. cap. 53. qui
affirmant, hoc instrumentum hodiè servari
in Archivo de Monte-Aragon.

Ex hucusque traditis in hoc, & superioribus capitibus, iam inferri, & deduci videtur, quid dicendum sit in principali questione, quoad Regium ius Patronatus; quamvis enim videbatur concludendum ad Ecclesiastici patronatus na-
turam hoc referendum t' esse, præcipue id Regia illa Schedula anni 1574. tom. 1. impress. pag. 83. contenta, expressè docente, ibi: *Como sabeis el derecho de el Patronazgo Ecclesiastico nos pertenece en todo el Estado de las Indias.* Cum qua aliae multæ concordant, & etiam, quia à Summo Pontifice, vt à supremo Ecclesiastico potestatis fonte, proueniat, sicut ea-
dem Regia Schedula exprimit, ibi: *Como por auersenos concedido por Bulas de los Santos Pontifices, vt dixi supra cap. 1. iuncto Ioann. Andr. in cap. 2. de Prelend. in 6. vbi dicit, ius patronatus laico ex pri- uilegio à Sancta Apostolica Sede conces- so, pertinens, esse Ecclesiasticum; adde que tradunt D. Solorçan. de Indiar. Gu- bernat. lib. 3. cap. 3. num. 67. & per tot. D. Palafox in deserv. Canon. 4. part. num. 29. Ex quibus, id tenere Mag. Aragon. 2. 2. quest. 62. art. 2. afferit D. Episcop. Zapata de iustit. distribut. 2. part. cap. 14. num. 15. quamuis in eo id ego inuenire non potui nouiss. Betancurt. in memor. so- bre que prefieran en las Prelacias los natu- rales de las Indias, proposit. 3. §. 5.*

Nihilominus tamen, contrarium vi- detur verius, & communius; præcipue expensis fundamentis t' & rationibus in superioribus iactis, vt de simili Regio Pa-
tronatu loquentes, & differentes, docent Siluerius Bernart. in respons. iur. pro Regio Patronat. 1. part. §. 4. num. 16. Georg. Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 1. nu-
mer. fin. D. Salced. de Leg. Politic. lib. 2. cap. 7. num. 29. & de hoc nostro Indico id sentiunt D. Solorçan. dict. libr. 3. cap. 3. num. 7. D. Zapata dict. cap. 14. à num.
42 16. qui addunt, Reges nostros t' Ca-
tholicos, non solùm ex redditibus deci-
marum Ecclesiæ omnes dotasse, & con-
struxisse; Torquemad. in Monarch. In-
dian. lib. 19. cap. 30. & seqq. Herrer. in
descript. Indiar. pag. 79. D. Palafox en el
memor. de los diezmos, liter. B. Sed etiam
sepiissimè, vbi illæ non supersunt, ex
proprijs suæ Coronæ bonis redditus an-
nuos in stipendium, & sustentationem Ec-

clesiarum, & ministrorum, assignare; Thom. Bozius de sign. Ecclesie Dei, lib. 4. cap. 2. & lib. 2. sign. 87. 89. cap. 8. Martin Delrio in adagial. Sacr. cum alijs relatis à Dominis D. Anton. de Castro, & D. Pe- tr. Fernandez Mifiano in allegat. iur. por la Iglesia de Toledo, sobre el crecimiento de la sal, n. 25. iunctis Crescen. decis. 9. Achil. de Grassi. decis. 1. sub tit. de iur. Parr. Put. decis. 228. lib. 2. & decis. 90. lib. 3. Mo-
heda. decis. 9. in fin. de iur. Patron. Peña decis. 653. num. 8. vbi D. Didac. Ant. Fran-
ces de Vrrutigoit. in not. marginal. Paul. Duran. in discurs. seu decis. 285. n. 64. Mas-
card. de probat. concl. 960. n. 12. Clem. Merlin. decis. 87. num. 8. Joan. Maria Bellet. dis-
quisit. Cleric. 1. p. tit. de bonis Cleric. §. 10. n.
9. Petr. Francisc. Tondut. Canonic. quest. 1.
part. cap. 87. num. 11. Afferentibus, laica-
le præsumi t' ius patronatus, etiam à Clerico fundatum, & ex bonis Ecclesia-
sticis; quoties laicus invenitur, & perse-
uerat in possessione præsentandi. Addit
etiam D. Solorçan. cum D. Zapata vbi pro-
xime Reges nostros Catholicos, in huius-
modi Regi; Patronatus exercitio, & admi-
nistratione, vt laicos patronos t' semper
fuisse versatos, sicut etiam quotidiana do-
cet praxis; per haecque observantiam, &
perseuerantiam, declaratum iam esse se-
cularem; in hac enim materia multum in-
fluit, & prodest, subsequuta obseruantia,
ad dignoscendum t' patronatus naturam,
& qualitates, vt late fundant Stephan.
Gratian. discept. Forens. cap. 521. num. 19.
Farinac. decis. 482. à num. 6. par. 1. recent.
Ioan. Baptist. Ciarlin. controuers. Forens. lib.
1. cap. 1. num. 17. cum alijs. Cæs. Catena re-
sol. Forens. resol. 10. numer. 1. 19. & 22.
Paul. Rub. resolut. practicab. cap. 86. num.
91.


Licet non ineptè dici posset cum Cæs.
Lambert. de iur. Patronat. 1. part. libr. 1.
quest. 10. princip. artic. 3. num. 1. ius pa-
tronatus, per priuilegium Apostolicum
laico t' concessum, in aliquibus præto-
gatiis Ecclesiasticum, in alijs laicale, cen-
teri; ex quibus responderi posse arbitra-
bar Regiæ Schedulæ, & alijs supra tradi-
tis, præcipue cùm dicatur hoc ius patro-
natus Ecclesiasticum, ex eo quod ipsius
administratio, & exercitium verze-
tur circà materias Ec-
clesiasticas.



S V M M A R I V M.

- 1 Ex Episcoporum electionis formæ, vñque hodie servatæ, traduntur.
- 2 Canonici, & Religiosi Episcopos eligebant, secundum quintam electionis formam, & num. 8.
- 3 Metropolitanus, Rege certiorato, Cathedrals vacanti deputabat visitatorem, qui de electione Prælati curaret, & num. 15. 36. 37.
- 5 Rex, quemnam cuperet visitatorem delegari, parefaciebat.
- 6 Hic visitator etiam intercessor vocabatur.
- 7 Expenditur in hoc Africanae Ecclesiæ Canon.
- 8 Ad hanc electionem Clerici Ciuitatis, Monasteriorum, & rusticarum Parochiarum concurrebant.
- 9 Cives, & nobiles laici præsentes esse debebant.
- 10 Visitator ad omnes orationem habebat pro electione.
- 11 Electus Metropolitano exhibebatur pro examine suscipiendo, & n. 12. 13.
- 14 Iterum celebrabatur electio, dato impedimento in electo.
- 16 Petrus II. Aragonum Rex hanc electionis formam emendandam, ante alios, decreuit, & num. 18.
- 17 Rex iste Romæ ab Innoc. III. fuit co-

- ronatus anno 1206.
- 19 Iussit tamen Rex, electum Regi in signum fidelitatis praesentari, & n. 21.
- 20 Innocenc. III. approbauit hanc formam, referuntur eius literæ.
- 22 Regum nominatio per Papam confirmanda, loco præsatæ electionis supposita est.
- 23 Sed in Germania, & alijs Ecclesijs, adhuc ille mos servatur.
- 24 Rex Catholicus nominat ad Cathedrales, & Papa confirmat, & num. 25. 26. 27. 30.
- 28 Romana Ecclesia magno prosequitur favore Regem Catholicum, propter suam, & suorum Ministrorum Religionem & num. 29.
- 31 Rex Catholicus in Hispania regulariter non praesentat ad inferiora Beneficia.
- 32 Papa, non solet reprobare à Rege in Episcopos nominatos, & num. 35.
- 33 Rex Catholicus ad nominationem magna adhibita deliberatione procedit, & num. 34.
- 36 Regius assensus ex iure antiquo, etiam cessante privilegio, requirebatur, in Episcoporum electionibus, & num. 3. cum seqq. & 37.
- 38 Romana Ecclesia semper solet Regium assensum expectare.
- 39 Reges, eo iure, etiam bona Episcopalia interim detinebant, quod à Remensi Concilio coercitum fuit.
- 40 Nominatus à Papa, vel alio, potest non admitti, si sit suspectus, & num. 41. 42. 43.
- 44 Quid agendum, si à Rege nominatum Papa non admisserit.



A R G U M E N T U M.

Episcopi à Clericis, & Religiosis (secundum quintum tempus) eligebantur ; traditur forma, qua hæc electio celebrabatur ; eius loco Regum nominatio , per Papam confirmanda , supposita est. Rex Catholicus, ita nominat ad Cathedrales Ecclesijs Hispaniæ.

C A P. VI.

Episcoporum electiones , à primis nostræ Redemptionis temporibus , varias , & diuersas fuisse , facile est animaduertere. Sex enīa refert tempora † do-

ctus Petrus Rebuffi. in quibus distincta , & omnino diuersa electionis , & nominationis observabatur forma , in notat. ad Conord. Francie , tit. de election. derogat. in princip. quam transcritit , & refert P. Anton. Dian. 10. part. Moral. trait. 1. resol. 8. in fin. Ergo alijs omissis , quintum tempus (hoc enim , &

& sextum, ad nostrum pertinet institutum) Canonicis Cathedralium, & Religiosis Archiepiscoporum, & Episcoporum t. concedebat electiones, cap. Sacrorum 34. & seq. 63. distinct. cap. Episcopo 3. & 4. cap. Plerique 8. quest. 1. cap. 1. de elect. & passim.

Igitur vacante Ecclesia, Regeque certiorato, Metropolitanus, vel ex suffraganeis antiquior Episcopus, Metropolitanana vacante iuxta tradita infra cap. 8. à num. 36. interim monitus, eidem deputabat Episcopum visitatorem, qui protinus, inter alia, curaret de noui successoris quanto tò t. citius electione; formam autem in hoc servandam, ex alijs latè tradit Pat. Dian. vli proxime resolut. 2. & eo non citato, nouiter describit eandem, dicitissimus, ac doctiss. Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca in concord. Sacerdotij, & imperij. lib. 6. cap. 3. §. 4. & 11. & libr. 8. cap. 15. §. fin. & cap. 22 à princip. quam, quia recta dispositione delineatam, aspicio, ad iuriumque intelligentiam satis aptam, referam, talis est.

Sede igitur t. vacante (inquit Marca) Clerus Ciuitatis Regem admonebat, eam vacare, quò libertatem eligendi ab eo imparavet; literæ præterea scribebantur ad Metropolitanum pro eadem causa, qui precibus itidem suis Regem adibat, simulque poscebat, ut t. Rex patesceret, quemnam Episcopum delegari cuperet visitatorem in Ecclesia vacante. Origo huius instituti, nimirum, ut Episcopus quidan ad Ecclesiam vacantem dirigatur, qui electionem quantocuyus fieri procuraret, petenda est à Concilio Africano, ubi Episcopi illi vocantur t. Intercessores, quos verò Sanctus Gregorius Visitatores, nominat (en verba Canonum Africanæ Ecclesiæ in Codic. Canonum Afric. Eccles. diuersor. Concilior. Can. 74. tom. 1. Concilior. pag. 945. Item t. constitutum est, ut nulli intercessori licetum sit Cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere; sed dare operam, ut intrà annum eisdem Episcopum prouideat, quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alias tribuitur.)

Data eligendi licentia (prosequitur Marca) Clerus, & populus illius Ecclesiæ conueniebant ad celebrandam electionem Cleri autem vocabulo comprehenduntur, non solum Clerici Ciuitatis, sed etiam Clerici Monasteriorum, t. Presbyteri rusticarum paroeciarum, qui Vicarios suos mittebant cum litteris, quæ consensu suos testaren-

Tom. I.

tur, ac illorum, qui in eorum paroecis habitabant, Ciues quoque, & nobiles t. laici Ciuitatis in hoc cœtu praesentes esse debebant, Vnde eruitur interpretatio horum vocabulorum, alioqui obscurorum, quæ leguntur in decretis Celestini, & Leonis Pontificum Romanorum, qui ad hoc, ut elec^{tio} legitima censi possit, volunt, ut in eam consentiant vota ciuium, desideria populorum, Honoratorum arbitrium, electio Clericorum, Ordinis consensus; id est, consensus Cleri, & populi totius Diocesis, qui heic describitur secundum varias hominum conditiones.

Visitator à Metropolitanano delegatus orationem ad eos t. habebat, & coram legi iubebat, Canones, & Decreta Pontificum Romanorum, in quibus forma electionum continetur, & cuiusmodi homo debeat esse is, qui eligendus est. Post factam electionem, presente Visitatore, decretum eius scripto tradebatur, & ab omnibus Electoribus subscribebatur; ac deinde die à Metropolitanano indicta ad eum deferabatur, à certo electorum numero, qui si dem ficerent eorum, quæ acta erant, & Metropolitani presentie fissere se debebat t. electus pro examine: Interim apud Regem id agebatur, ut ipse consensum suum praestaret in gratiam electi.

Metropolitanus datis ad Compronimiales Episcopos, ad Electum, & Vicarios electorum literis, utrosque ad diem, quam edicebat, & ad certum locum, euocabat, ad examinandum decretum, & virtutes t. Electi; quodsi in varias personas se vota partium diuisissent, Metropolitanus eum præferebat, qui maioribus studijs iuabatur, & meritis; id est, eum quem maior pars eligebat, & qui capax in primis videbatur. Dein Electum examinabat, ut inteligeret, an aliquo t. impedimento Canonicoprohiberetur eius electio, utrum ea doctrina prædictus esset, quæ Episcopo necessaria est, & utrum in professione Fidei Catholicæ crederet, si quod in eo impedimentum t. reperiretur, electio repudiabatur, & Electores iubebantur, nouam electionem celebrare. Hæc Marca dict. libr. 6. cap. 3. §. 4. ex Hinckmar. in formul. 11. in calce, tom. 2. Concilior. Gallicæ; quod spectant, quæ deinde dicit. cap. 22. §. 1. ex ordinatione Caroli Calvi, ibi tradita, resultant; dicit enim Regis mandatum ita: Si aliquis Episcopus t. interim obierit, Archiepiscopus ipsi sedi Visitatorem secundum Sacros Canones deputet, &c. quibus addendi sunt, de hoc ipso

D3

trat.

tractantes, l. 17. sit. 5. p. 1. vbi D. Gregor. Lopez, Corset. de potestat. Reg. quæst. 11. versic. Item valet, P. Marian, lib. 24. Histor. cap. 16. in fin. Anton. Thesaur. decis. 131. num. 11. in fin. Palac. Rub. de Benefic. in Curia vacantibus, §. 8. in fin. & §. 9. in princip. Nicol. Garc. de Benefic. 5. par. cap. 1. à num. 216. Bursat. cons. 126. vol. 2. Betancurt. in memor. sobre que las Prelacias de las Indias se d'en a Capitulares de ellas, proposit. 3. §. 1. in fin. Cabed. de Patron. cap. 37. numer. 3. Prudent. de Sandoual in Chron. Reg. Alphons. VII. Imper. Hisp. cap. 54. D. Salgad. de Reg. Protect. 3. part. cap. 10. num. 235. Mich. Anton. Frances de Vrrutiguit. de Eccles. Cathedralib. cap. 3, num. 165. Hieron. Zurit. apud Barbos. de iur. Eccles. vniu. lib. 1. cap. 8. à n. 79. & alij.

Quem Episcoporum electionis modum, relaxato interim alio superioribus temporibus, aliquibus in paribus, minus rectè observato; in quo omnino assensus, & Consilium Regum debebat præcedere, quo deficiente, non permittebatur electio; omnium primus introduxit, obser-
16 uauitque magnus ille noster + Aragonum
17 Rex, Petrus II. qui post peractam + Ro-
mæ sui Coronationem ab Innocentio III.
anno 1206. de qua extat Bulla, seu con-
stitutio huius Summi Pontificis VIII. in or-
dine, pag. 86. tom. 1. Bullar. æterna lege san-
cuit, vt deinceps in Regnis suis libera-
18 Episcoporum esset electio, assensu + Re-
gio minimè requisito; id est, in expecta-
ta etiam eligendi licentia: ne tamen ius
illud prorsus abijceret, edixit, vt post-
quam facta fuerit electio; Regi in sig-
19 num fidelitatis Regiæ exhiberetur + elec-
ctus, præsentareturque. Quod factum adeò
Pontifici Innocentio gratum fuit, vt præ-
fatum eximij Regis edictum literis ad Epis-
copos vniuersos in Aragonum Regnis
constitutos expeditis, confirmauerit in hunc
modum.

20 **I**nnocentius, &c. Archiepiscopis, + Epis-
copis, & alijs Ecclesiærum Prælatis, &
vniuersis Clericis in Regno Aragonensi con-
stitutis. Solet annuere, &c. vsque impartiri.
In literis siquidem charissimi in Christo filij Pe-
tri, Illustris Regis Aragonensis, sic de verbo ad
verbū perspeximus contineri. Petrus Dei
gratia, Rex Aragonensis, Comes Barchino-
nensis, & Dominus Montis Pessulanæ, Ve-
nerabilibus in Christo Tarragonensi Archiepiscopo,
& vniuersis Episcopis, Aboatis, cæte-
risque Ecclesiærum Prælatis, & eorum Conven-
tibus in R. gno, & dominio nostro constitutis
æternam in Domino salutem Regi Regum,

per quem Reges regnant, reuerentiam de-
bitam exhibentes, & sponsæ eius San-
ctæ, videlicet Ecclesiæ, integrum liber-
tatem conservare volentes, pessimam consue-
tudinem à Nobis hæc tenus obseruatam, qua
electionem Prælatorum sine nostro consilio,
& assensu procedere non permittebamus amo-
re Dei, & Sanctæ Ecclesiæ, & pro reme-
dio animæ nostræ, & parentum nostrorum, re-
laxamus; vobisque, & vniuersis successori-
bus vestris, & Conuentibus in omni iuri-
dictione nostra constitutis, liberam eligendi
facultatem per Nos, & per omnes successo-
res nostros, assensu Regio minimè requisito,
in perpetuum indulgemus. Hoc solum Nobis,
& successoribus nostris reservantes, vt libe-
rè, & canonice electus + in signum Regiæ
fidelitatis, Nobis, & successoribus nostris
debeat præsentari, &c.

Nos igitur devotionem Regiam in Do-
mino commendantes, & approbantes, in hac
parte statutum ipsius, illud autoritate
Apostolica confirmamus, & præsentis scrip-
ti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c.
nostræ confirmationis, &c. si quis autem,
&c. Datum Corneti 3. Kalend. Nouemb. ann.
decimo, &c. Hæc rectè observavit Stephan.
Balazius in addit. ad Petr. de Marca, dict.
lib. 8. cap. 10. in fine, qui affirmat, rege-
stum Innocentij III. à Francisco Bosque-
to, Episcopo Monspeliensi sibi ostensum,
vidisse, obiter Abb. Ioan. Bris. Martinez
in histor. Regum Aragon. seu Sancti Ioan-
nis de la Peña, lib. 4. cap. 20.

Cæterum, quia praxis illa nimis scrupu-
losa, ambitionique erat exposita, nouissimis temporibus abrogata, & aboli-
ta fuit, illiusque loco, Regia supposita
+ nominatio, seu presentatio, per San-
ctissimum Romanum Pontificem appro-
banda, confirmandaque (exceptis Germa-
niæ, & nonnullis alijs Ecclesijs, in quibus
adhuc hodie antiquus seruatur mos, Col-
legia enim Canonicorum eligunt Episco-
pum, electumque + confirmandum Pontifi-
ci Maximo exhibent, Anastas.) Germon. de
sacror. immun. lib. 3. cap. 12. num. 40. P.
Azor. institut. moral. lib. 3. part. 2. cap.
28. quæst. 3. Roderic. Acuña in cap. 2. di-
stinct. 23. num. 8. Iul. Labor. var. lucubrat.
tom. 1. tit. 4. cap. 15. num. 23. Paul. Lay-
man. de Prælat. Eccles. elect. cap. 15. quæst.
161. P. Dian. dict. tract. 1. resol. 7. in fin.
Barbos. dict. cap. 8. num. 73. vt latè refe-
rentur Petr. Rebuff. dict. tit. de election. deroga-
rat. à princ. P. Dian. dict. resolut. 8. in fin.
Petr. de Marca dict. lib. 6. cap. 9. §. fin.
Barbos. vbi proxime à num. 74. conducit,

D. Greg. Lopez in leg. 18. tit. 5. part. 1. gloss. 1. Palac. Rub. vbi supra, §. 8. infin.

Talis est, qua Reges nostri Catholici in Regnis, & Prouincijs suis in Prelatorum nominationibus, fruuntur. Nominant tamen, & præsentant ad omnes Metropolitanas, & Cathedrales Ecclesiæ, personas sibi benè visas, ex eis maxime, quas ipsis Senatus Regij proponunt, illasque postmodum Summo Pontifici Romano confirmandas, & approbandas, exponunt; ut latè de hac materia ex professo agentes, tradunt quamplures, quos nouissimè congesit Illustris. & omni æuo celebrandus, venerandusque Salmantinus Preceptor, Senator, & Regis nostri Magister D.D. Francisc. Ramos del Mançano in humili ad Sanctis. D.N. Alexandrum Papam VII. supplicatione, pro nominatione Episcoporum Regnum Lusitanie, Catholico Regi nostro competenti, proposit. I. à num. 1.

Verum, quoniam illa supplicatio doctissima non est omnibus obvia, licet à nullo non desideretur, auctoritates in ipsa traditas referam. Igitur primò ponit sapientissimus Senator eas, quæ de iure patronatus Ecclesiastici Lusitanie, & nominationis Episcoporum agunt ita; Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 37. Pereyr. de man. Reg. tom. 1. concord. 28. numer. 76. Barbos. in cap. Cum terra 14. numer. 7. de electione. & de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 8. num. 82. & de offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. n. 29. Roderic. Acuña in cap. Qui Episcopus 2. n. 8. 23. distinct. & in cap. Rheatina 16. n. 1. cap. Cum longe 25. n. 1. & seqq. 6. 3. dist. Anton. Dian. 10. p. tract. 1. resol. 8. Michael Rousellius in Hist. Pontif. iurisdict. lib. 2. cap. 6. num. 26. Vers. Portugaliae, Ludouic. Muñoz in vita Bartholom. Martyrum, Archiepiscop. Bracarens. libr. 1. cap. 9. & seqq. & Magni illius Ludouic. Granatens. lib. 1. cap. 9. cum seqq.

Deinde illas, quæ ad ius patronatus, & nominationem ad Episcopatus Hispanie tamen in communi, in hunc modum; post dict. cap. Cum longe 25. vbi gloss. & DD. 63. distinct. Palac. Rub. Couarrub. & alios Balboa in cap. Cum Eccles. Sutrina, numer. 33. & 50. de caus. possess. & propriet. Barbos. in dict. cap. Cum terra 14. numer. 7. & de offic. & potestat. Episcop. dict. 1. part. tit. 1. cap. 3. numer. 29. & in dict. cap. Cum longe, numer. 2. & dict. lib. 1. de iur. Ecclesiast. cap. 8. num. 74. Salgad. de Reg. protect. 3. part. cap. 10. num. 223. & seqq. Salced. de Leg. Politic. lib. 2. cap. 11. numer. 25. & 31. Pareja de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol.

3. num. 12. & 32. Solorçan. tom. 2. libr. 3. cap. 4. num. 28. & seqq. Ramirez de Prado in not. ad Luitprand. Cronic. numer. 97. Alphonse de Soto in Schol. ad regul. 40. num. 12. Beroius in cap. Quoniam 3. num. 16. & seqq. de iure Patronat. Praeses Castejon de Primat. Toletan. 2. tom. in Archiepise. Fonseca, pag. 952. Scobar de Pontific. & Reg. iurisdict. cap. 8. num. 7. & seqq. Laudmeyerius de Cleric. Monarch. lib. 2. cap. 29. Michael Rousellius in Histor. Pontific. iurisd. lib. 2. cap. 6. num. 26. & seqq. & cap. 7. numer. 34. Abbas Pyrrhus in notitijs Sicilian. Eccles. tom. 1. cap. de election. Praeful. num. 9. Gaspar. Schifordeguer. ad Fabr. lib. 3. tractat. 30. quest. 3. & 4. ex Historicis Marian. lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 5. Zurita tom. 4. lib. 20. cap. 23. 31. & 55. Lazar de Mendoça de origin. Dignit. Hispan. lib. 1. cap. 6. & 9. Dauila de Ecclesia Salmantic. in Theatr. Ecclesiast. & cap. 9. & 11. & libr. 3. cap. 18. Baron. tom. 8. Annal. ann. 681. num. 69. Hucvsque Ilustr. Ramos.

Quibus, si libet, addere tamen poteris, l. 18. tit. 5. part. 1. & ibi D. Gregor. Lop. gloss. Antigua costumbre, vbi testatur, se Apostolicas literas, & concessiones, super hoc vidisse, l. 3. titul. 3. l. 2. titul. 6. lib. 1. Ordinam. vbi Didac. Perez l. 1. tit. 6. l. 13. tit. 3. lib. 1. Recopil. vbi Azeued, Cassan. in Catalog. Glor. Mund. 5. part. consid. 24. speit. 99. Cæf. Contard. i. templ. iudic. lib. 1. cap. 2. numer. 15. Restaur. Castald. de Imperat. quest. 100. num. 16. Ioan. Selv. de Benfic. 2. part. quest. 23. num. 44. P. Azor. Instit. Moral. 1. part. libr. 5. cap. 14. & 2. part. lib. 10. cap. 7. quest. 4. Carol. de Grassal. de Regal. Franc. lib. 2. iur. 3. Scobar. à Corro de paritat. & nobilitat. 1. part. quest. 7. num. 84. D. Alfaro de offic. Fiscal. gloss. 2. à num. 17. Ioann. Cochier. ad regul. 2. Cancellar. numer. 17. Nauarr. in cap. Nullam 18. quest. 2. Emman. Rodrig. tom. 2. Regul. quest. 122. art. 3. & 4. & in Summ. 1. part. cap. 106. à num. 1. Quintan. Dueñas in suo Ecclesiastico. libr. 1. cap. 5. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 18. nu. 215. & 223. & 141. D. Salced. dict. lib. 2. cap. 17. à num. 46. & cap. 13. à num. 1. & cap. 14. à num. 21. Zeuallos commun. contra commun. quest. 897. num. 307. & seqq. 379. 397. 401. 465. 475. & 1000. Vazquez Mench. controvers. illustr. libr. 1. cap. 22. à num. 14. & lib. 2. cap. 51. num. 38. Gutierrez. practic. lib. 3. quest. 13. num. 72. & anonic. lib. 2. cap. 11. num. 2. nост. P. Mend. de iur. Academic. lib. 1. num. 159. quest. 7. §. 5. D. Ara-

Araciell. in memor. sobre las Vacantes, num. 70. 154. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 50. Garcia de Loays. in not. ad Concil. Toletan. XII. cap. 6. Spin. de testam. gloss. 4. num. 13. Corset. de potest. Reg. quæst. 55. Mart. de iurisd. 2. part. cap. 40. num. 13. vbi ait, quod Ecclesia Romana mag-
28 no fauore prosequitur Regem & nostrum Catholicum, qui propter suam, & suo-
rum ministrorum Religionem, ea maiori
fruitur potentia, ditione, & magnitudi-
ne, quam nemo hucusque Rex, vel Im-
perator fuerit consequutus, & 4. part. cent.
1. cas. 40. num. 7. Lambert. de iur. Patron.
1. part. quæst. 11. limit. vbi de priuilegijs
Apostolicis alijs Regibus concessis, Bald.
in leg. rescripta 7. Cod. de precib. Imperator.
offerend. Anastas. Germon. de sacror. im-
munitat, lib. 3. cap. 12. à num. 30. & de in-
dult. Cardinal. §. in quibuscumque à num.
5. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 3.
part. allegat. 57. num. 88. Francisc. Peña,
decis. 436. num. 15. vbi D. Vrrutigoit. in
not. relato Zurita tom. 1. annal. lib. 2. cap. 51.
P. Dian. dict. tom. 10. moral. tractat. 1. re-
sol. 7. Magist. Lezan. tom. 1. regular. part. 2.
cap. 11. num. 17. Gonçalez. ad regul. octau.
Cancell. gloss. 24. à num. 153. Garc. de be-
nefic. 5. part. cap. 1. à num. 718. Rennat.
Coppin. de doman. Franc. lib. 2. tit. 8. num.
7. & de sacra politia in præfat. à num. 10.
Cened. quæst. Canonicar. quæst. 22. numer.
27. Oliuan. de iur. fisc. cap. 13. num. 49.
Betancurt. in memorial. sobre que las Prela-
cias de las Indias, se dèn à Capitulares dellas,
proposit. 3. §. 4. D. Moscoso. vbi infra num.
30. Did. Valdès. in alleg. iur. pro Ecclef. Ca-
thedral. Palantin. sobre retener el Breue de su
Santidad, en que concedió la presentacion de
las Canongias della al Almirante de Castilla,
num. 2. 25. & 38. D. Palafox en el memo-
rial sobre no deuer concurrir los Ecclesiasticos
a la pagada de los millones, num. 67. Ioan. Bap-
tist. Iñigo en el memorial de la justificacion,
que assisse a la Metropolitana de Zaragoza
en los pleyos con la Iglesia del Pilar, impresso
anno 1556. §. ultimo, litt. NN. & OO.
Simon Barbos. in repertor. verb. Reges His-
panie, pag. 333. Mich. Anton. Frances de
Vrrutigoit. de Ecclef. Cathedral. cap. 3. num.
165. & cap. 7. num. 51. & cap. 25. à num.
142. D. Louaton. in disc. iuridic. sobre no
auer obedecido las Cedulas Reales el Arçobis-
po de Granada, num. 10. not. 72. & num.
35. not. 89. Martin Maguer. de aduocat. ar-
mat. cap. 9. num. 658. & cap. 11. num. 24.
vbi ex Auctore relationis de Hispania in
Thesauro politico Italica lingua edito, ita-

Regis nostri Catholici potestatem, & mag-
nitudinem refert ibi.

Della grandezza & del Rè Di Spagna bastarà
à dire questo solo, che con una sola parola²⁹
(piace) puo in un punto conferire senza alcun
danno suo, o di alteri cinquanta, seffanta.
cento, e fino cento cinquanta mille scuti deen-
trata, nominando alcuno Arcivescovo di To-
ledo, Seuiglia, o Vicario de Burgos o di altra
Chiesa importante, cosa che non puo far altro
Principe, &c. D. Moscoso, vbi infra num.
203. Aduerte tamen, quod, licet Reges
nostri Catholici in Hispaniarum partibus
ius & habeant ad nominationem, & præ-
sentationem Archiepiscopatum, Episco-
patum, & his similium, ex Pontificum
Romanorum priuilegijs, vt multi ex iam
relatis Doctoribus notant, ex cap. Messa-
na 56. cap. Sacro Sancta 51. de election. iun-
ctis Joan. Andr. in cap. 2. de prebend. in 6.
num. 7. Speculator. tit. de prebend. §. re-
sist. num. 7. Mart. dict. cap. 40. num. 18.
& dict. cas. 46. num. 7. Palac. Rub. in in-
troduc. rubr. de donat. inter num. 24. Ca-
bed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 37. num.
fin. Garc. dict. 5. part. cap. 1. num. 217.
Scob. de pontific. & Reg. iurisdict. cap. 8.
num. 25. P. Marian. dict. lib. 24. cap. 16. in
fin. D. Salgad. dict. cap. 10. à num. 233. D.
D. Christophor. de Moscoso, & Cordo-
ua Supremi Castellæ Senatus celebrandus
Senator in allegation. iur. sobre las vacan-
tes de las Indias, iam diu edita à num. 22.
cum alijs, qui asserunt, priuilegia hec Six-
tum IV. & Hadrianum VI. Pontifices Maxi-
mos concessisse Roderic. Mendez Silua en
su Catalogo Real, fol. 124. vbi ait, hoc ius
Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisa-
beth, à Sancta Sede Apostolica fuisse in-
dultum ann. 1482. iunctis traditis sup. cap.
1. à num. 4. Non tamen regulariter & ad 31
alia inferiora beneficia præsentant, quorum
respectu non dicuntur patroni, nec habere
ius patronatus, Gonçalez, vbi supra gloss.
10. num. 13. & ex eo, Barbos. dict. allegat.
57. num. 89.

Hasque personas à Regibus nostris Ca-
tholicis in Episcopos designatas, appro-
bat semper, & confirmat Apostolica San-
cta Sedes, vt indies experimur, nec & re-
probare, respuerere que solet, aut debet, ni-
si vrgens adsit, & concurrat causa, vel de-
fectus, ita D. Ramos, vbi proxime num.
19. in id referens Alphons. Sot. ad regul.
40. num. 12. Dominic. Soto, de instit. &
iur. lib. 30. quæst. 6. artic. 2. conclus. 8. Re-
buff. ad concordat. Franc. sub. tit. de Regia
ad prælatur. nominat. pag. 556. Innoc. in
cap.

cap. quod sicut, de electione. Cardinal Paleot. de consultat. Saer. Confessor. 4. part. quest. 1. §. secundò sciendum, Michael Realiellius lib. 2. Hislor. Pontific. iurisdict. cap. 6. à num. 20. & lib. 5. cap. 3. num. 29. Salced. lib. 2. de leg. Politic. cap. 11. à num. 43. P. Sanchez consilior. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 8. à num. 8. Scobar. dict. cap. 8. à num. 19.

Nec mirum; magna siquidem adhibita deliberatione, & personarum diu penitatis, & perpensis meritis, ad nominationem nem t' accedunt Reges nostri, ut benè obseruauit Anastasi. Germon. dict. lib. 3. de sacror. immunit. cap. 12. num. 40. in illis verbis: *Vtinam omnes tale ius (nominandi) habentes, tales nominationes facerent, vt Philippus Hispaniarum Rex, & verè Catholicus; non enim statim nominat, neque ad cuiuscumque preces; sed natura adhibita deliberatione, habitoque personarum delectu; tales offert viros Pontifici Maximo, non in Hispanijs solùm, sed etiam in Indijs, & in Neapolitano, & Sicilianensi Regno; qui Episcopali dignitate meritò ab omnibus digni existimentur, & ob hanc unam potissimum causam, semper putavi, omnia t' illi potentissimo Regi fæliciter succedere; refert eum Zeuall. commun. contra commun. quest. 897. num. 475. & post ipsum, Barbos. de vniuers. iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 8. num. 89. D. D. Andreas Riaño, en el memorial sobre la contribucion del Estado Ecclesiastico en las feras, sub num. 106. adde leg. 12. tit. 2. lib. 2. sum. & meritò, dictum Clementis Papæ VIII. in laudem huius Catholicissimi Principis D. D. Philippi II. prolatum in Consistorio, auditæ ipsius morte. Ninguno supo jamas (inquit) hazer mercedes con tanta igualdad, y repartir lo que Dios le auaia dado tan bien, como se parecio en las prouisiones, y presentaciones de las Iglesias, y Obispados; pues entendiendo, quanto importa al servicio de Dios, que semejantes personas tuviessen merecimientos para ello, los auaia nombrado sin ningun respeto, mas de lo que mercian sus buenas partes, Balthas. Porreño en los dichos, y hechos deste Rey, cap. 9. fol. 73.*

Tum etiam, ex alia ratione à P. Pedro Gamba curta adducta, nempè t' quia Sancta Sedes Apostolica longe posita præsentatorum vitam, ac mores minus perspectos habere solet, inque informationibus ad eam missis quiescens, eos, quos illi Reges nominant, ferè probare, ac confirmare consuevit; nisi aliquando aliunde aliud illi constet, id quod contingit raro,

Gambacurt. de immunit. Ecclesiast. lib. 6. cap. 9. num. 8. & ex eo D. Solorçan. de Indiar. gubernation. lib. 3. cap. 7. n. 9.

Immò, quod plus est, quo cumque etiam cessante nominationis priuilegio, ex more vetere, iam diu t' in Catholica Ecclesia, 6 recepto, Regis assensus in Episcoporum electione necessarius erat, (iuxta tradita supra num. 16.) ex text. in cap. quia igitur 9. cap. Principali 15. cap. Reatina 16. cap. Leétis 18. cap. Cun longè 25. 63. dis. cap. Cun terra 14. in fin. cap. Cum inter 18. cap. Innotuit 20. cap. Quod sicut 28. de elect. cap. Nobis 25. de iur. Patronat. ionctis leg. 2. tit. 6. leg. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinan. leg. 18. tit. 5. leg. 1. in fin. tit. 15. part. 1. quos congregavit D. Ramos, vñi supra, proposit. 2. num. 11. relatis præterea Gregor. Magn. lib. 1. Epist. 35 & Ieq. Graian. in cap. Hinc est 39. 16. quæs. i. Ioanne VIII. Epistol. 260. Innoc. III. lib. 1. Decret. ad Aden. Episcop. Ioun. Carnotens. Epist. 54. 60. 89. & 104. Diu. Bernard. Epistol. 282. ad adamic. Reg. Francor. Boetio Episcop. lib. 1. heroicar. quest. de iur. Sacror. tit. de Regatib. num. & seqq. Filefaco de sacra Episcopor. auctorit. cap. 7. §. 6. & 7. Francisc. Turret. ad Epistol. 104. Iuonis Carnotens. in not. ad illa verba, non vult electioni assensum prætere, Hugon. Menard. in not. ad Sacrament. Diu. Greg. pag. 302. Innocent. Cyronio in paratitl. de electione. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 11. num. 20. & cap. 12. Iul. Labor. lucubration. 1. tom. tit. 4. cap. 15. à num. 23. Mario Cutell. lib. 2. de immunit. Ecclesiast. quest. 63. D. Salgad. de Reg. protect. 3. part. cap. 10. num. 229. D. Salced. de leg. Politic. lib. 2. cap. 11. num. 8. Pyrrho Abate Netino de assens. Reg. in utriusque Sicilia Episcopatib. tom. 1. notit. Sicil. Eccles. cap. De electione. præsul à num. 4.

Extant etiàm de hoc assensu fundamen-
ta t' aliqua apud Angel. consil. 23. Anton.
Thesaur. decis. 131. Menoch. in comment. 37.
nondum editis de iurisdict. Ecclesiastic. &
secular. tom. 2. lib. 3. cap. 29. Marc. Anton.
Montium in allegat. pro Reg. & economatu. Ioseph. Ripamontium lib. 10. histor. patriæ,
pag. 756. & decis. 4. lib. 2. pag. 162. Cabreram in D. Philippo II. lib. 7. cap. 11. & 12.
& lib. 9. cap. 22. Herrer. in controvers. Me-
diolan. cap. 6. facit Ponte in manuscript. de
iurisdiction. tit. 10. Robit. ad pragmat. 4.
de citat. cap. 5. Vincent. Anna all. 59.
Amat. varia. resolut. 72. num. 27. D. Solor-
çan. lib. 3. de Indiar. gubernat. cap. 11. à
num. 33. & cap. 12. à num. 8. Gutier. practi-
car.

car. lib. 3. quest. 13. num. 72. Hæc D. Ramos, vbi eum num. præcedenti retulimus, ad-diditque, Romanam Ecclesiam assensum
38 Regium, vel Principum semper t expe-
 stare solitam in Episcoporum electionibus,
 ex Innoc. III. lib. 1. epistol. Decret. ad Eden.
 Pictauens. Episcop. Diu. Bernard. epistol.
 282. & ex text. in cap. petitio 31. de iure
 iurand. quoad rem vtitur Hostient. in summ.
 de election. §. quis possit, post num. 5. vers.
 Ideo dixi, quia si à Principe temporali:

Addé diligentissimum nec spernen-
 dum Petrum de Marca in concord. Sacerdos.
 & Imper. dict. lib. 8. cap. 10. in princ. & cap.
 22. §. 1. vbi Iuonis Carnotensis referens
 verba dict. epistol. 104. ad Paschalem Pa-
 pam, super electione Galeonis pro Episco-
 patu Beluacensi, ibi: Rex non vult electioni af-
 sensum præbere, nec electo bona Episcopalia di-
 mittere, ait tunc temporis nec solum Regum
39 consensum requiri, sed apud t eos Epis-
 copalia bona interim detineri; donec hoc
 à Rhemensc Concilio sub Calixto, coer-
 citum fuit, & vide Stephan. Baluz. in addit.
 addict. cap. 10. & ad cap. 21.

Quo in casu, quando nempè Regius
 assensus tantum desideratur, potest à Prin-
 cipe, electus, & nominatus à Papa, aut alio,
 non admitti, si ipso suspectus t infidusque vi-
 detur, D. Ramos vbi proximè, num. 10. ex
 Tristan. Calcho, lib. 16. hist. patriæ, Io-
 seph Ripamontio lib. 2. hist. à patr. & in
 hist. Ecclesiast. Mediolanens. 2. part. lib. 5.
 Gomez Toletan. in vir. Cardinal. Ximenez,
 lib. 6. facit leg. 3. ff. de offic. Prefect. vigil.
 leg. interclaras 5. Col. de Summ. Trinitat. &
 Fid. Cathol. & iuxta Diu. Greg. in cap. graui-
 bus 5. 3. quest. 7. exempla apud Paul. Io-
 uium lib. 2. hist. pag. 39. & lib. 43. pag.
 526. Zurit. tom. 5. lib. 1. c. 36. in prin. & tom.
 6. lib. 6. cap. 6. Francisc. Belcarum Episc.
 Meteni. lib. 5. rerum Gallicar. n. 32. Cabrer.
 in Philip. II. lib. 12. cap. 28. & lib. 13. cap.
 12. & iunge extraq. Super gentes de consue-
 tud. inter commun. vbi Barbos. num. 3. & de
 offic. & potest. Episcop. 3. part. allegat. 50. nu-
 mer. 234. secund. Lugdunens. impref. & de
 iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. num. 14.

Et magis in specie (prosequitur D. Ra-
41 mos) quod Rex possit t non admittere
 Episcopos sibi suspectos, Innoc. in cap. su-
 per his 17. num. 8. in fin. de accus. vbi Pa-
 normit. & in cap. 1. & cap. quod sicut 28. de
 election. adde gloss. verbo Diuersorum Regno-
 rum, in extrauagant, execrabilis Ioann. XXII.
 de preb. nl. Salgad. 3. part. de Reg. protest.
 cap. 10. num. 240. & de supplicat. 1. part.
 cap. 2. num. 50. Salced. de leg. Politic. lib. 2.

c. 8. n. 31. & c. 11. n. 10. quibus adde Martin.
 Vranium in cap. petition. 3. de testib. Barbat.
 consil. 11. n. 4. & 9. lib. 1. Afflict. ad constitut.
 Regni in prelud. quest. 18. num. 7. Prob. de
 iure Regalia, ques. 35. num. 10. Schrader. de
 feud. part. 9. cap. 5. num. 43. Suarez alegat. 8.
 num. 14. Rebuff. ad concord. Franc. tit. de
 Reg. nominat. pag. 560. vers. Sed si semel, &
 consil. 189. num. 6. Hieron. Gigas de crimin.
3. Et 8. part. moral. tract. 4. resolut. 1. Et 3. Et per tot. tract. Camill. de Laratha consil. 5. num. 11. Ioan. Baptist. Ciatlin. controu. forens. lib. 1. cap. 46. num. 10. Andr. Valenç. de benefic. lib. 1. tit. 10. num. 1. Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disput. 1. n. 360. circa fin. Bottilier. de success. ab intestat. cap. 2. theorem. 64. num. 4. Barthol. Gauant. in Manual. Episcop. verbo Capitulum Sede vacante, num. 51. Ludou. Sarau. de iurisdiction. adianctor. quest. 17. num. 13. Pius Viues in discurs. Apologet. pro immunit. Ecclesiast. lit. A. pag. 69. Quintanadueñas post quintum Ecclesiæ præcept. singul. 2. num. 4. D. Araciell. ubi infra, num. 152. D. Fermosin. de Sed. vacant. tract. 1. quest. 1. à num. 4. Simon Barbos. in reperior. verbo Capitulum, Sede vacante, pag. 43. Reynos. obseruar. 8. à num. 38.

Quæ etiam in his Indiarum partibus obseruantur, in quibus, quoad hoc commune tibi ius, & Sanctum Tridentinum Concilium procedunt, latè D. Solorzan. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 13. à num. 2. D. Vega locis ubi proxime, Machad. de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 6. num. 2. Christophor. Roa Albaracin Cuzquens. Canonicus, in questio- nib. Canonic. cap. 1. num. 12. P. Auend. in Thesaur. Indic. tit. 19. num. 31. Et 39.

Et à ratione, & respectu communiter dici solet, Capitulum Sede vacante tibi Prælatum Episcopi præmortui esse, ut aduer- tit D. Fermosin. dict. tractat. 1. quest. 15. num. 5. iuncto Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 15. num. 4. Et lib. 2. quest. 110. num. 3. Et 14.

Intellige tamè Capitulum succedere in iurisdictionalibus, quoad ea, quæ solum tibi sunt meræ necessitatis, non quæ libera- litatis, atque hic est unus ex casibus à iure expressis, in quibus, scilicet in quo, Capitulum, Sede vacante, vicibus non fungitur Episcopi, iuxta gloss. in dict. Clement. 1. de hæretic. verbo Capituli, Abb. in cap. His, quæ, num. 3. in fin. de maiorit. Et obed. Lambertin. ubi suprà, lib. 1. quest. 2. prin. part. 9. num. 4. 5. Et 13. Azeued. dict. consil. 11. num. 14. 15. Et 26. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 23. Garc. dict. cap. 7. à num. 51. latè Rot. Roman. apud Tondut. ubi suprà à num. 40. Barbos. dict. allegat. 132. num. 22.

Non verò succedit in delegata iurisdic- tione, quæ specialiter tibi ex priuilegio, aut commissione Pontificis, spectabat Episcopo, & Prælato, cap. 2. de stat. Monachor.

cap. *Pastoralis* 11. §. *Præterea de officio Ordnar. gloss. in dict. Clement. 1. verbo Capituli, & notant Abb. in dict. cap. Cum olim quæst. 5. de maior. & obedient. & in dict. cap. At si Clerici 4. §. De adulterijs, num. 16. de iudic. Roman. consil. 506. à num. 4. Marc. Anton. Genuens. in prax. Archiepisc. Neapol. cap. 87. num. 7. & 29. Sahagun in cap. *Quoniam Abbas*, de officio delegat. in respons. ad 3. argum. Ioan. Petr. Monet. de commut. Ultim. voluntat. cap. 8. num. 186. & seqq. Meroll. tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 1. n. 15. relati à P. Dian. 5. part. Moral. tract. 14. resolut. 29. & dict. tract. 4. resolut. 2. Vbi, ex eo id etiā probat, quia Roma
7 na Curiæ stylus t semper dirigit dispensationes matrimoniales Episcopo viciniori, non Capitulo, ut etiā obseruat D. Fermosin. dict. tract. 1. quæst. 2. num. 10. & 13. quibus addendi sunt Francisc. Marc. dict. decis. 92. num. 2. (Vbi num. 1. ex cap. Verū n. 7. de for. compet. docet, Capitulum Sede
8 vacante t non succedere in temporali iurisdictione) & decis. 44. num. 7. & dict. decis. 560. num. fin. part. 2. Ric. collectan. 2487. & decis. Cur. Archiep. Neap. 38. & 44. part. 1. Ioan. Baptist. Thor. in compend. decis. Cur. Archiepisc. part. 1. verbo *Vicarius, Gauant.* Vbi suprà, Garc. dict. cap. 7. à num. 39. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 5. D. Valenç. dict. consil. 107. num. 10. & seq. Franc. Leo in *Thesaur. for. Eccles.* tit. de *Vicar.* part. 1. cap. 10. num. 8. versic. Capitulum. Azeued. dict. consil. 11. à num. 4. & 8. Ciarlin. dict. cap. 46. num. 16. Albarracin. dict. cap. 1. num. 24. Barbos. dict. lib. 1. de *vniuers. iur. Eccles.* cap. 32. num. 58. Vbi declarationem Sacrae Congregationis adducit, Sarau. dict. quæst. 17. à n. 1. & 8. idem Barb. de officio. & potest. Episcop. 2. part. allegat. 36. num. 10. & dict. 3. part. allegat. 92. num. 17. & dict. cap. 42. de *Canon.* num. 104. & in cap. Illa 2. num. 26. n^o Sed. vacant. Botillier. Vbi suprà, cap. 2. theoremata. 64. num. 6. Simon Barbos. Vbi suprà, pag. 43.*

Nisi sit iure communi specialiter concessa, in hac enim recte t succedit Capitulum, cum id iure singulari ex privilegio, & commissione speciali, non competit Episcopo, sed à communi iure, licet specialiter, Petr. Cened. ad sextum collect. 4. num. 3. & in *practic. Canon.* quæst. 26. num. 28. D. Solorz. num. 12. Garc. num. 38. Vbi suprà, Euaman. Rodrig. tom. 1. Regular. quæst. 61. artic. 9. Piafec. in prax. Episcop. tit. de electione. num. 6. Francisc. Leo, Vbi suprà, num. Genuens. dict. cap. 8. 87. num.

30. Sbroz. dict. lib. 1. quæst. 16. num. 1. & lib. 2. quæst. 135. num. 4. Pauin. de potest. cap. Sede vacante. 1. part. prin. quæst. 10. P. Dian. dict. 8. part. tractat. 4. resolut. 66. in fin. & resolut. 7. vers. Nec obstat, D. Fermosin. Vbi suprà, & quæst. 10. à numer. 12.

Nequè etiā succedit in potestate t concedendi beneficia ad liberam Prælati collationem pertinentia, cap. 2. ne Sed. vacante. ibi: Cum nusquam inueniatur cautum in iure, quod Capitulum vacante Sede fungatur vice Episcopi in collationibus Præbendarum, cap. 1. §. Cum vero eodem in 6. cap. Quantò 5. & cap. Eanoscitur 6. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capitul. cap. 1. de insitut. leg. 19. in fin. tit. 16. part. 1. gloss. in cap. Hi, quæ, de maiorit. & obed. P. Molin. de iustit. & iur. tract. 5. disput. 11. num. 11. tom. 6. Pauin. Vbi suprà, 2. part. prin. quæst. 1. Zerol. in prax. Episcop. verbo Capitulum. §. 5. Francisc. Marc. decis. 93. & decis. 801. num. 6. & decis. 972. in prin. part. 1. Francisc. Leo in *Thesaur.* 1. part. cap. 10. num. 8. Gonçal. ad *Regul. octau. Cancellar.* in proem. §. 4. num. 35. & gloss. 9. §. 1. num. 77. P. Dian. dict. tract. 4. resolut. 1. in prin. & resolut. 25. & seq. Barbos. dict. lib. 1. de iur. Eccles. cap. 32. num. 109. & depotest. Episcop. alleg. 72. num. 182. Christophor. Suelues consil. 31. num. 3. part. 2. semic. 1. D. Fermosin. dict. tract. 1. quæst. 23. à num. 2. 14. 16. & 925. à num. 3. P. Auedañ. in addit. ad prim. tom. *Thesaur.* Indic. num. 91. Donat. Anton. de Marin. resolut. iur. lib. 2. cap. 13. num. 1.

Conferre enim in hoc t casu, donare est, 11 cap. *De multa* 28. §. 1. ibi: *Ad quem prioris spectat donatio; de Præbend. & Dignitat. cap. fin. de officio. Vicar.* in 6. Vbi gloss. verbo *Liber.* cap. Post electionem 7. §. *Ipsius igitur, de concess. Præbend. cap. 1. & 2. ne Sede vacant. cap. Vnic.* Ut *Ecclesiæ. Benefic.* Andr. Vallens. de *Benefic.* lib. 1. tit. 11. num. 1. & lib. 2. tit. 20. num. 13. vers. *Quia collatio.* Philip. Cammerat. respons. decisio. 17. num. 2. P. Dian. dict. resolut. 1. in fin. & dict. resolut. 25. Capitulum autem, Sede t vacante, do-12 nare non potest, Azeued. consil. 9. num. 1. & 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 303. à num. 10. Barbos. de offici. & potest. Episcop. dict. 3. part. allegat. 71. num. 24. P. Dian. dict. tract. 4. resolut. 54. in fin. princip. idem Barbos. de iur. Ecclesiæ. Vniuers. dict. lib. 1. cap. 32. num. 111. neque enim permittitur donationis munus exercere, cui liberat ad-13 ministratio conceditur, leg. Cont. à 29. §. Si filius. ff. depat. leg. *Filius fam.* 7. §. 1. ff. de do-

donat. ex dict. gloss. verb. Libera, Azued. dict. consil. 9. num. 5. Donat. Anton. de Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 121. num. 11. Pinell. de bon. matern. 3. part. num. 56. Scobar de ratiocin. cap. 24. à num. 4. Paul. Galerat. de renuntiat. tom. 1. lib. 3. cap. 4. Guiuerr. de tutel. 2. part. cap. 6. D. Olea de cession. iur. tit. 2. quest. 6. num. 24.

Sic simili ter præsentare, certo modo, respectu præsentati dicitur t̄ donatio, vt notant Roch. de Curt. de iur. Patronat. in rub. num. 9. Abb. in dict. cap. fin. de concess. Præbend. num. 5. Lambertin. de iur. Patronat. 1. part. lib. 2. quæst. 1. prin. art. 3. Siluer. Bernart. in respons. iur. pro Rg. Patronat. 1. part. §. 4. num. 4. P. Fragoi. de regimin. Republic. lib. 7. disput. 14. §. 8. num. 9. Marin. dict. 121. num. 11.

An autem possit Capitulum t̄ Sede vacante, deuoluta beneficia conferre? Dubia est quæstio, Abb. in cap. 2. n̄e Sede vacant. Zerol. in prax. Episcopor. verb. Capitulum, 5. in fin. & alij videntur tenere, posse conferre; sed hodiè ex constitut. Pij Tapæ V. & Regul. 2. Cancellar. contrarium procedit, & omnia vacantia t̄ beneficia Episcopo reseruantur, vt ex ipso Abb. in cap. Cūm olim 2. de maiorit. & obed. vbi Felin. Ioan. Monach. in cap. Quamquām, de election. in 6. & alijs multis, docet Garc. de benefic. 5. part. cap. 7. num. 53. Andr. Vallens. dict. lib. 1. tit. 10. num. 3 & lib. 2. tit. 20. num. 13. Similiter Capitulum, Sede vacante, non poterit præsentare beneficia iuris patronatus t̄ Episcopo competentis, vt optimè aduentunt Meroll. tom. 2. disput. 7. cap. 7. dub. 11. num. 135. & eo relato P. Dian. dict. tract. 4. resol. 29. in fin. quos sequitur D. Fermosin. de Sede vacant. dict. tract. 1. quæst. 24. num. fin. ex alijs Ioan. Petr. Moneta de commut. ultim. ir. voluntat. cap. 10. num. 393.

Limita tamē, suprà tradita, quandō Capitulum in possessione inuenitur conferendi hæc beneficia, ad liberam Episcopi collationem spectantia, tunc namque t̄ recte ea poterit conferre, ipsi suffragante possessione, Cardin. Seraphin. decis. 237. Paris. de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 23. num. 40. & seq. vbi dicit, ex vnica collatione effectum t̄ sortita, conferendi possessionem acquiri, gloss. in cap. Cūm Ecclesia, verb. Trium, de caus. possess. & propriet. Abb. in cap. Bonæ memorie 4. de postulat. Prælator. Dec. consil. 126. Ferret. consil. 2. Gauant. in manual. Episcop. verb. Ius Patronatus, num. 9. Marin. vbi suprà, lib. 2. cap. 13. num. fin.

Sic etiam præsentandi possessio, quoad

manutentionem t̄ ex vnica præsentatione 20 effectum sortita, quæritur, argum. leg. 1. §. Quod autem, ff. de aqua quotid. & aestiu. gloss. in cap. Si Verbi 12. de iur. Patron. & in dict. cap. Cūm Ecclesia Sutrina, verb. Trium, de causa possession. & propriet. vbi Innoc. & Abb. num. 22. Rip. num. 91. Rebuff. num. 10. Cardin. num. 3. Calderin. consil. 13. de iur. Patronat. D. Couarrub prætic. cap. 14. num. 2 & in Regul. possess. 2. part. in prin. num. 6. Roch. vbi suprà, verb. Competens, num. 34. Gutierrez. prætic. lib. 3. quæst. 42. num. 46. Garc. 5. part. de benefic. cap. 5. num. 59. Put. decis. 192. lib. 1. & decis. 136. in fin. lib. 3. Borrell. in fin. m. decisionem, tit. 32. num. 216. Treuilar. decis. 54. part. 2. Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 6. in prin. Gonçal. ad Regul. octau. Cancellar. gloss. 18. à num. 85. & gloss. 45. num. 37. Petr. Sua in prætor. competent. num. 65 vbi ex Tiberio Corneto in prætic. indicat. lib. 3. cap. 3. num. 24. refert decisionem Seraphin. 4. Inlij 1567. Zeuall. commun. contra commun. quæst. 717. num. 4. Ricc. decis. 6. num. 6. part. 3. & collectan. 1454. Thor. in compend. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 2. part. verb. Juris præsentandi in 4. part. compend. decis. se 7. 2. Paul. Zachias quæst. Medico legal. lib. 10. decis. 64. num. 11. Paul. Christin. decis. 131. num. 6. vol. 4. Carol. Marant. controv. tom. 3. respons. 44. num. 34. & respons. 46. num. 6. Alexand. Raudens. variar. cap. 19. num. 18. Noguerol. allegat. 28. num. 137. Posth. de manuten. obseruat. 32. num. 16. Barbos. in cap. Consultationibus 19. à num. 5. de iur. Patronat. & in dict. cap. Ecclesia Sutrina, num. 10. & de iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 188. Gratian. disceptat. forens. cap. 310. num. 76. & cap. 368. num. 19. Reynos. obseruat. 66. à num. 8. & obseruat. 62. num. 14. Donat. Anton. de Marin. in not. ad Reuter. decis. 485. n. 1. Pareja de instrum. edition. tit. 2. resolut. 3. num. 20. Capic. Latro consultat. 153. num. 42. Rota apud Ioan. Paul. Melium, post ad. dition. ad Castill. de aliment. decis. 35. à num. 2. D. Ramos in supplicat. ad Sanctis. propos. 1. num. 5. Farinac. in posthum. decis. 256. num. 2. part. 1. & decis. 179. num. 2. & in nouis. 1. part. decis. 224. num. 2. & 6. & part. 2. decis. 174. num. 1. & decis. 726. num. 3. & decis. 758. num. 4. Clem. Merlin. decis. 4. num. 3. & decis. 450. num. 3. & decis. 492. num. 3. & decis. 641. num. 5. & decis. 407. num. 8. vbi dicit, sufficere, & 6 in quadraginta t̄ annis casus non euenerit, Barbos. dict. cap. 12. num. 82. & in cap. Cūm d. Beneficio, de Træbend. in 6. num. 15. vbi Rotæ de-

cisionem tradit D. Vrrutigoit. de competent. quæst. 72. num. 29. & plures præsentationes effectum t̄ fortitæ probant patronatum, Barbos. vbi proximè, nun. 80. Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 127. nun. 2. & decis. 6. Cur. Archiepiscop. num. 6. part. 3. multiplicatæ t̄ autem dicuntur, ad minus duæ, vt docent Caualcan. decis. 17. nun. 2. part. 2. Maceratensi. lib. 1. variar. resol. 109. num. 37. Ricc. dict. resolut. 127. in fin. Barbos. dict. cap. 12. num. 81. & 114. & de offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat. 72. num. 31. Alphons. de Leon de offic. Capellan. 2. part. quæst. 4. num. 48. Noguerol. dict. allegat, 28. num. 8. nèc villo alio modo præsentandi possessio acquiritur, quām per præsentationem, cap. Querelan 24. vbi DD. de election. Narr. consil. 3. de iur. Patronat. Cabed. vbi supra, num. 2. in fin.

In materia, namque præsentationis, & 24 collationis vltimus t̄ semper attenditur status, Abb. consil. 54. part. 1. Federic. de Semis consil. 334. Put. decis. 190. & 193. lib. 2. Burfat. consil. 324. à num. 3. Roland. consil. 47. num. 26. lib. 1. Lambertin. de iur. Patronat. part. 2. lib. 2. artic. 6. quæst. 10. Capic. Latro dict. consil. 153. num. 8. Reuerter. decis. 485. num. 2. Aliud dicendum erit, si lis mota t̄ super patronatus proprietate proponatur, ex cap. Consultationibus 19. de iur. Patronat. cap. Querelam 24. de election. gloss. in dict. cap. 19. vbi Abb. num. 1. & 4. Innoc. Anan. & repetentes, Garcia dict. 5. part. cap. 5. num. 7. Anton. Merend. controversial. iur. lib. 24. cap. 35. à num. 6. & 14.

An autem Capitulum, Sede vacante, 26 succedat in iure incarcandi t̄ Canonicos, & Dignitates, alias ve personas eiusdem Capituli, dubitari rectè potest, Ioan. Papon. in decisionib. Franc. lib. 1. tit. 3. arrest. 3. affirmat, non succedere; ex eo quod ad id Episcopi est necessarius consensus, refertque decisum contra Capitulum Niuercense, quod Canonicum absque Episcopo detrudit in carcere, & meminit Aloys. Ricc. decis. 880. verl. Limita secundò, in collestan. Quod tamèn procedit quoad Gallicanas Ecclesias, in quibus Sanct. Trid. Concil. non est vsu receptum, non verò quoad Nos, vt benè aduertit Ludou. Sarab. de iurisdict. adiunctor. dict. quæst. 17. num. 4. & 28. & quæst. 33. num. 13.

Igitur apud Nos, certum, & indubitatum est, Capitulum, Sede vacante, in iurisdictione procedendi cum adiunctis t̄ succedere, cum id Episcopo non speciali commissione, & priuilegio, sed ex Sacrosancto Tridentino Concilio, quod est veluti

commune ius, competit; vt ex Sacrè Congregationis declaratione, de qua Farinac. ad Concil. Tridentin, sess. 24. cap. 16. §. Dubitatum fuit, & Marcill. lib. 4. tit. 3. cap. 3. lit. K. docet Sarau. dict. quæst. 17. num. 35. & quæst. 23. & quæst. 32. num. 5. in fin. Iacob. Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 145. seu in addit. ad dict. quæst. 145. Barbos. de Canon. & Dignitat. cap. 28. num. 12. D. Solorzan. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 14. à num. 84. & num. 88. ait, Beneficio adiunctorum t̄ non potiri Canonicum, qui simul Rector est, si vt Rector delinquat, D. Episcop. Francisc. Araujo in suis decisionib. Moralib. de stat. Ecclesiast. tractat. 2. quæst. 20. & dub. 6. facit D. Montemayor in decisionib. Hispaniolæ, vigil. 2. per totam.

In hac materia adiunctorum, obiter obserua, toto Capitulo delinquentे, contrà illud Episcopum solum t̄ procedere posse nullis adhibitis adiunctis; cum supponatur totum Capitulum deliquisse, Cardinal. Seraphin. decis. 1050. num. 6. qui licet addat, eo casu ad superiorem, propter scandalum, remittendam causam, loquitur quandò totum Capitulum delinquit contrà Episcopum, nè fiat iudex in causa propria; secùs quandò t̄ cùm eo non est lis, vt per totam 30 decisionem firmat, adde Farinac. ad session. 25. Concil. Triden. cap. 6. vers. In dicto, Marcill. dict. lib. 4. tit. 7. cap. 20. lit. N. Sarab. vbi supra, quæst. 5. num. 4. sed quid agendum, si adiunctus delinquat; & tunc alium t̄ non delinquentem ab Episcopo in adiunctum vocari, docet Sarab. quæst. 6. num. 11. in fin. & dict. quæst. 17. à num. 1. & 8. iunctis Borrell. in summ. decisionum, 1. part. tit. 43. num. 2. Gaspar. Valasc. in leg. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic. vol. 1. n. 282. Vrrutigoit. de Eccles. Cathedralib. cap. 30. num. 170. vbi quod hoc priuilegium est ampliandum.

Verùm, licet Capitulum, Sede vacante, non succedat in potestate concedendi beneficia ad liberam Episcopi collationem pertinentia, vt dixi supra num. 10. succedit tamèn in iurisdictione, & facultate concedendi ea, quæ necessariam important institutionem, hæc sunt illa omnia, quæ iuris patronatus nuncupantur, & ad aliorum præsentationem t̄ conferuntur: Ergò in hac iurisdictione succedit Capitulum, cap. 31. de Sed. Vacante in 6. latè Calderin. consil. 3. Abb. in cap. Cùm olim de maiorit. & obed. vbi Felin. Rebuff. in prax. benefic. tit. de deuolue. num. 57. Camill. Borrell. controversial. 70. à num. 20. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. 38. part.

part. Farinac. cum alijs, decis. 166. à num. 5. part. I. in posthum. Andr. Vallens. de benefic. lib. I. tit. 5. à num. 3. & seqq. & tit. 10. à num. 1. & 6. Ioan. Petr. Monet. de com- mut. ultimar. voluntat. cap. 10. num. 398. Barbos. de iur. Eccl. s. vniuers. lib. 3. cap. 12. num. 209. & lib. 1. cap. 32. num. 95. D. Fer- mosin. dict. quest. 23. num. 9. 19. & seq. Si- mon Barbos. in repert. verb. Capitulum Sede vacante. Vnde hæc beneficia, licet Sede va- cante, videntur non referuantur, sicut alia, quia in his aliter dicitur concordatum & ex sola iuris patronatus concessione, ut alias ratiocinatur Ioan. Cochier. ad Regul. 2. Cancellar. num. 9. & 17. & Petr. Franc. Ton- dut. quest. Beneficial. 2. part. cap. 3. §. 3. num. 2. & 3.

Ad cuius clariorem intelligentiam ad- uertendum est, liberè Episcopi collationis beneficia esse, quæ ipi independenter & ab alio competunt, quæque iure suo vtens, cui vult confert; quo in casu actus ille propriè collatio dicitur: Necessariè vero institutio- nis dicuntur ea beneficia, quorum prouisio- nes à tertio; veluti à patrono, & nominante, incipiunt; nec prouisio tota ab Episco- po, aut Ordinario Ecclesiastico pendet, vt 35 infra dicam; qui actus verè & institutio appel- latur, cap. I. de institut. in 6. Abb. in cap. Ex frequentibus, num. 7. ad med. & in cap. auctoritate, num. 7. in prin. eod. tit. in Decre- talib. Garc. de benefic. 4. part. cap. I. num. 4. Farinac. decis. 308. num. 8. part. I. re- cent. Matth. Burat. decis. 551. num. 7. vbi Ioan. Francisc. Ferentill. in not. num. 14. Clem. Merlin. decis. 36. num. 2. & alij in- frā.

Licet promiscuè, & minus propriè per 36 & sapè collatio dici soleat, institutio præ- sentato facta, Mart. de iurisdiction. 2. part. cap. 40. num. 19. & 24. D. Valençuel. consil. 87. num. 20. Quo in sensu frequenter dici solet, Regem nostrum Catholicum in aliquibus suorum Regnorum parti- bus, beneficia & conferre, pro eo quod est præsentare, nominareve, Mart. vbi pro- ximè, Duard. in Bull. Cœnæ, lib. 2. Canon. 15. num. 59. P. Dian. 1. part. Moral. tractat. 2. resol. 63. in fin. D. Salced. de leg. Politic. lib. 2. cap. 13. num. 43. contrarium tamen, ex cap. H'nc est 16. quest. 1. cap. Dilectus 19. de Præbend. cap. Adrianus 63. distinet. & alijs, sic intelligendis, & Boetio Episc. heroi- car. quest. de iur. Sacro, lib. I. tit. 1. de Regul. à num. 6. docet D. Garcia Perez Araci in all. gal. iur. sobre las vacantes de las Indias, num. 59.

Ergo quoties præsentationis fit mentio,

ad ius patronatus & animum dirige; propriè enim præsentare ad patronos spectat, & in Beneticis iuris patronatus, ipsius significa- 38 tio verificatur, cap. Consultationibus 19. cap. Nobis 25. de iur. Patronat. cap. Filiis 3 I. cap. Decernimus 32. 16. quest. 7. Lambertin. de iur. Patronat. 2. part. lib. 2. art. 1. quest. 3. prin. à num. 1. Siluerius Bernart. in respons. iur. pro Reg. Patron. 1. part. §. 11. num. 20. & §. 15. num. 39. Clem. Merlin. vbi suprad., qui addit verbum & instituere propriè præ- 39 sentationi, seu prouisioni ad patronorum præsentationem factæ conuenire; instituere verò ad Ordinarium Ecclesiasticum & spe- 40 ciat, in personas, à patronis nominatas, & præsentatas, cap. Præterea 4. cum seqq. de iur. Patron. Abb. in cap. I. de institut. Ma- ximilian. Faust. in consil. pro ærar. class. 4. ordin. 357. in fin. Andr. Vallens. de benfi- dict. lib. 1. tit. 5. a prim. Duaren. eod. tractat. lib. 3. cap. 1. & 4. tom. 1. part. 2. Carol. de Tapia decis. 18. num. 1.

Hæc itaque institutio, quæ à Rege no- stro, vel alio, ex iure patronatus præsenta- to, competit, debet omnino ab Ordinario Ecclesiastico ministrari, & concedi, statim, ac præsentatus offertur & exhibetur, se- 41 cundum text. in cap. Monasterium 33. dict. caus. 16. quest. 7. illic: Liceatque illi, cui vo- luerit, &c. iuncta gloss. verb. Malus. D. Co- uarrub. in regulapeccatum 2. part. §. 7. num. 4. D. Zapata de iustit. distribut. 2. part. cap. 12. num. 7. & 9. Azeued. consil. 9. num. 11. & alij.

Ideò dicitur actus iste collatio & necel- 42 saria, cum coactè reluctantque Prælato, ad patroni instantiam, & diligentiam debeat institui, dict. cap. Decernimus, Sanct. Trident. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 18. P. Pe- tr. Aragon. 2. 2. quest. 63. de accept. personar. artic. 2. versic. Quinta conclusio illi, ad quos, Lap. allegat. 95. in fin. Ioan. Andr. & Domini- nic. in cap. Si confirmationem, de election. in 6. Mag. Bañez in Theolog. Moral. tom. I tra- ctat. 11. quest. 21. in fin. Iulian. Viuian. de iur. Patronat. part. 2. lib. 12. cap. 2. num. 1. & seqq. Azeued. dict. consil. 9. num. 10. & 12. Zerol. in prax. Episc. verb. Capitalum, §. 6. Barbos. de offic. & potest. Episcop. 3. part. al- legat. 72. num. 175. & 178. D. Solorzan. de Indiar. gubern. dict. lib. 3. cap. 12. num. 33. P. Dian. dict. 8. part. Moral. tractat. 4. resolut. 25. per totum, & resol. 26. D. Salg. de Reg. pro- tekt. 3. part. cap. 10. num. 235. Andr. Vallens. dict. lib. I. tit. 10. num. 5. vbi dicit, illam col- lationem & necessariam dici, ad quam Ordi- 43 narius tenetur, & potest compelli, quæque incipit à tertio, veluti à patrono, aut man- dan.

dante, vel nominante, non autem, quando totus actus dependet ab Ordinarij potestate. Anton. Merend. controvrs. iur. lib. 13. cap. 4. num. 5. ad med.

Et in hoc casu, suppositis suprà traditis, institutio hæc dicitur + actus iustitiae, quia velit, nolit Ordinarius, vnum semper habilem repertum, & idoneum tenetur instituere, Ventrighiol. in prax. rerum notab. part. 2. annot. 14. §. 1. num. 15. cum alijs relativis à P. Castr. Palao, tom. 2. tract. 13. de Benefic. Ecclesiast. disp. 2. punct. 30. num. 4. Philip. Cammerat. respons. decisiu. 17. num. 3. Donat. Anton. de Marin. resol. iur. lib. 2. cap. 13. num. 1. in not. ad decis. 485. Reuertery, num. 1. Cæsar Argell. de acquirend. possess. quest. 20. art. 4. à num. 25. Tondut. resolut. Beneficial. 1. part. cap. 87. num. 2. vbi addit, quod stante Patronorum laicorum præsentatione, habet + Ordinarius tantum iuris, quantum Papa in Beneficijs reservatis, sicquè omni mora omissa debet concedi immissio, ex Argell. vbi proximè, Barthol. Gauant. in manual. Episcop. verb. Capitulum Sede vacante, num. 34.

Proximè traditis, de necessaria institutione danda loquentibus, addendi sunt P. Azor 2. part. institut. moral. lib. 6. cap. 22. quest. 1. Farinac. decis. 481. num. 6. in fin. part. 1. recent. Math. Burat. decis. 547. numer. 6. vbi Ferentill. lit. A. procedere affirmat, maximè quatuor + concurrentibus necessarijs requisitis; vacatione scilicet, Beneficij, existentia iuris Patronatus, habilitate præsentati, & præsentatione, tempore legitimo facta, ex dict. cap. Monasterium, dict. cap. Decernimus, cap. Bertholdus, vbi Abb. num. 12. de reiudic. cap. Dilectus, vbi gloss. vers. Plus iuris, de offic. delegat. Farinac. decis. 337. num. 1. part. 2. recent. & decis. 674. num. 3. in fin. & decis. 256. num. 1. part. 1. & decis. 181. num. 1. part. 2. nouis. Merend. vbi proximè, P. Auend. in Thesaur. Indic. tit. 19. num. 42. & ita decisum à Rota, præter casum à Farinac. traditum, in Burgi S. Sepulch. Benefic. 4. Iulij 1625. coram R. P. D. Merlino, & in Barchin. Benefic. tradit. Donat. Anton. de Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 69. num. 6. alias Rotæ decisiones inuenies apud Ferentill. dict. lit. A.

Nec male infertur, & deducitur, institutionis expensa, & attenta natura, ac definitione, per quam dicitur; quod sit + translatio iuris non libera à superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto, ita Abb. in dict. cap. Autoritate, à num. 5. iunct. gloss. in cap. 1. de regul. iur. in 6. Viian. dict. lib. 12. cap. 1. Parlador. differentiar. quotidiana. diffe-

rent. 1 20. num. 7. Garc. dict. 4. part. cap. 1. num. 4. Barbos. d. et. allegat. 72. num. 1. 174. & seq. & de iur. Ecclesiast. vniuers. dict. lib. 1. cap. 32. num. 96. in fin. vbi ait, hanc institutionem, similiter + confirmationem P. Azor dict. lib. 6. cap. 27. quest. 1. Ascan. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. disput. 9. questio 22. num. 1. Andr. Vallens. dict. lib. 1. tit. 6. num. 1. & tit. 4. num. final. in prin.

Quæ omnia satis manifesta sunt iure nostro inspecto. Ergo materia hæc in generali Regij iuris Patronatus Schedula. anni 1574. §. 4. pag. 84. tom. 1. impress. sic traditur: Auenciales presentado la prouision + original de nuestra presentacion, sin dilacion alguna le harà prouision, y Canonica institution, y le mandará acudir con los frutos. In hac Argentina Cancellaria aliam specialem habemus 1. Nouembris 1583. qua caueatur, vt Ordinarius Ecclesiasticus, pretextu, quod Canonicus præsentatus ad Magistralem Canonicatum idoneus non videbatur, cuius qualitatis dicebatur esse Præbenda, nihil opponat super idoneitate, sed statim cum admittat, ibi: Por la qual os rogamos, y encargamos, que veais el titulo, y presentacion, dado al dicho Antonio Baptista, y en virtud d'el le recibais à ella en lugar del dicho Alonso de Arceo, sin ponerle en ello impedimento alguno, ni hazer nouedad, so color de ser Magistral la dicha Canongia, porque assi es nuestra voluntad, &c.

Nisi aliquid in personam obijciatur præsentati, quod legitimè valeat institutionem impedire, aut differe; quo in casu + recte poterit Episcopus, vel alius Ecclesiasticus 50 Ordinarius, eam suspendere, vel denegare, Aloys. Ricc. in prax. iur. Patron. resol. 142. à princ. D. Salgad. vbi infra, num. 303. Philipp. Cammerat. respons. decisiu. 18. num. 10. Tenebitur tamen + id impedimentum probare verè, gloss. indict. cap. Monasterium, verb. Malus, Magist. Aragon. vbi supra, dict. vers. Quinta conclusio illi ad quos, D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 3. num. 36. (vbi etiam agit, & querit quisnam erit + competens iudex ad impedimenti obiecti cognitionem) D. Zapata dict. num. 7. D. Salgad. de Reg. protect. dict. 3. part. cap. 10. numer. 214. D. Villarroel en el Gouern. Ecclesiast. 2. part. quest. 19. artic. 3. pertot. Sic debet non + admitti linguae imperitus, vt notat D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 15. num. 86. & nos alibi.

Ex quibus necessario sequi videtur, Episcopum, vel alium quemlibet Ordinarium, Canonicam + institutionem denegantem, de-

denegationis teneri exprimere, & manifestare causam: tūm, vt eam probare, & iustificare compellatur: tūm etiam, vt pars grauata opportuno sibi valeat vi remedio, vt dicemus *infra*, cap. 32. & sequentib. & probat aperte Regia Schedula 6. Octobris 1639. *infra* cap. 36. in fine relata, illic: *El Arçobispo se auia escusa do de darles la possession, sin auer dicho lo que le auia mouido.* Quibus omnino 55 conciuitur sententia + nostratis Dom. Episcopi Barbastrensi. D. Didac. Anton. Frances de Vrrutigoit, in tractat. de competent. quæf. 36. numer. 19. nullo tanè fundamento docentis, Episcopum non teneri causam denegatae collationis in Beneficio Patronatus aperire, & renuntiare.

Itaque, in hoc casu sufficiens videatur impedimentum, ad presentato institutionem denegandam, si non + sit idoneus, & capax, cap. Ex literis 7. ibi: *Dummolo alias sit idoneus, cap. fin. illic: Si ei aliquod non obstat impedimentum, de iur. Patronat. cap. fin. de institut. in 6. Sanct. Trident. Conc. sess. 25. cap. 4. de reformat. ibi: Ad hoc liceat Episcopis præsentatos à Patronis, si idonei non fuerint, repellere, gloss. in cap. Nullus 17. de iur. Patronat. Ricc. in prax. iur. Patronat. decis. 159. num. 73. & seq. & eo relato D. Salgad. dict. cap. 10. num. 214. & seq. D. Solorzan. dict. cap. 15. à num. 86. vbi numer. 87. ait, circā præsentatorum idoneitatem in nostro casu, non facile institutionis denegationem practicari; quia semper + examinati, & approbati præsentantur, & nominantur, Dom. Villarroel dict. artic. 3. num. 6. & seq. vbi causa coniectat, in quo bene possit Ordinarij approbatio, & examen + concurrere, & eiusdem post præsentationem, reprobatio, quæ ego admitterem respectu præsentatorum ad Beneficia curata, quæ per concursum conferuntur; non in eis, quæ absque concursu dantur, maximè 59 cùm hi præsentati valeant + examen subire, latè Paul. Fusc. de visitat. Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 10. & in Regijs ad Canoniciatus, & Dignitates titulis apparet.*

Ad superiora habemus de iure nostro prefatam Regiam Schedul. ann. 1574. §. 5. quæ sic decidit: Excepto teniendo 60 + aliqua excepcion legitima contra la persona presentada, y que se le pueda probar, y si sin excepcion legitima, o opiniendo alguna que legitima sea, no se la aprobando el Tom. I,

Prelado le dilatar le prouision, è institution, è possession, sea obligado à le pagar los frutos, y rentas, costas, è interesses, que por la dilacion se le recrrecieren, vnde defumpta est l. 12. tit. 4. lib. I. Summar.



S V M M A R I V M.

- 1 **V**icarius Capituli, Sede vacante, debet ab eo mandatum habere, ad institutionem concedendam.
- 2 **C**apitulum, Sede vacante, *infra* dies octo tenetur Officiale, seu Vicarium eligere.
- 3 **H**is diebus decursis, antè electionem, devoluitur hæc ad Superiorem mortaliterque peccat Capitulum.
- 4 **A**n possit Capitulum purgare moram? & num. 5.
- 5 **S**i electus sit minus idoneus, poterit Metropolitanus alium deputare Vicarium.
- 6 **L**icet Tridentinum, casum tantum mortis exprimat, idem dicendum, et si per translationem vacet Ecclesia.
- 7 **C**apitulum succedit in iurisdictione per mortem Prælati, vel per alium vacationis casum.
- 8 **S**i Prælatus à Paganis detineatur, vel dum in remotis agit, eius Vicarius decedat, succedit Capitulum in iurisdictione, & num. 10. vbi limitatio traditur ad præcedentia.
- 11 **C**apitulum procedit ad electionem Vicarij, postquam translatus præstat translatioi consensum.
- 12 **E**piscopo excommunicato, non succedit Capitulum in iurisdictione, neque Metropolitanus, sed ad Pontificem devoluitur, & num. 13.
- 14 **S**ed probabile est, ad Capitulum pertinere.
- 15 **C**apitulum potest restringere, limitare, aut dividere iurisdictionem inter plures, tempore electionis Vicarij.
- 16 **C**apitulum potest, ad libitum, Vicarium, vel Vicarios nominatos, remouere.
- 17 **C**apitulum intrà annum vacationis non potest literas dimissorias ordinandis concedere, & num. 18. 22. 23. post annum potest, & num. 29.

- 19 *Arctatis potest intrà annum ; & quis dicatur arctatus , & num. 20. 21.*
- 24 *Capitulum potest intrà annum licentiam extero Episcopo concedere , ut ordines conferat.*
- 25 *Dimissoriæ literæ à Capitulo concessæ vim obtinent , etiam post aduentum Episcopi , re integræ.*
- 26 *Capitulum intrà annum testimoniales literas de idoneitate concedit , quibus standum est , & num. 28.*
- 27 *Literæ dimissoriæ , & testimoniales differunt.*
- 30 *Episcopo in remotis agente ipsis Vicarius , vel Capitulum has literas concedit.*
- 31 *In remotis agere creditur , quando ultra montes est.*
- 32 *Vel si sit à scismaticis , aut infidelibus detentus.*
- 33 *Eo casu illorum seruus fit.*
- 34 *In Indijs nullus Episcopus alterius subditos Ecclesiasticos ab quibus literis admittit.*
- 35 *Capitulum intrà annum à visitanda Diœcesi abstinet , post annum rectè visitat , & num. 36 37.*
- 38 *Vicarius Capituli , licet non sit ei specialiter concessum , visitat Diœcensem.*
- 39 *Canonici , & Dignitates , non possunt hoc casu esse Visitatores.*
- 40 *Quod etiam iure nostro cautum habemus.*
- 41 *Capitulum , Sede vacante , potest licentias Confessarijs Clericis ab Episcopo datas renocare.*
- 42 *Non verò concessas Regularibus , ubi ratio differentia , & num. 41.*
- 43 *Episcopus successor etiam Regularium licentias potest suspendere.*
- 44 *Capitulum , Sede vacante , potest ferre censuras.*
- 45 *Cessationem à Diuinis decernere , & numer. 46.*
- 47 *Capitulum , Sede plena , hoc priuilegio non potitur in Indijs.*
- 48 *Capitulum , Sede vacante , cognoscit an delictum sit comprehensum in Bulla Gregoriana , licet contrarium sentiat Marius Italia , & numer. 49.*
- 50 *Præfata Bulla Gregoriana intelligitur.*
- 51 *Ecclesiasticus hoc casu , an teneatur stare processui à laico facto.*
- 52 *Capitulum , Sede vacante , locationes , & nominationes officiariorum sine causa , non potest renocare.*
- 53 *Quod , & Gallorum Rex iure Regalæ in administrationem vacantis Ecclesiæ succedens , observat.*
- 54 *Intellige dictum de locatione , quando successoris præjudicium non datur , alias secus.*
- 55 *Capitulum , Sede vacante , licentiam concedit ad ædificationem Ecclesiæ , ut ius Patronatus acquiratur.*
- 56 *In Indijs ad Ecclesiæ ædificationem Regius assensus est necessarius.*
- 57 *Capitulum , Sede vacante , concedit nouitio licentiam pro renuntiatione successionis facienda.*
- 58 *Capitulum , Sede vacante , admittit Beneficiorum permutationes ; ast si sint Beneficia iuris Patronatus , Patroni requiritur consensus , ibidem etiam si in Curia Romana fiat permutatio , num. 60.*
- 61 *Limita si ad sit Ecclesiæ utilitas , & num. 62.*
- 63 *In Indijs procedit permutatio in Beneficijs , que ibidem prouidentur , non in concessis immediatè à Rege nostro , & num. 64.*
- 65 *Permutatio an fiat sine Prælatorib.*
- 66 *Beneficium Patronatus per permutacionem vacans , non requirit nouam presentationem.*
- 67 *Permutatione declarata nulla , non redit ad pristinum Beneficium permutans , si inuito Patrono fuerit facta.*



ARGUMENTVM.

Continuantur præcedentis capituli materia; Capitulum, Sede vacante, infra octo dies tenetur vnum, aut plures Officiales, seu Vicarios, constituisse; non potest intra annum, nisi arctatis, literas dimissorias concedere, neque Diœcesim visitare; fundanturque plura, ad illius potestatem pertinentia etiam iuxta ius Indicum.

C A P. XII.

PRæcedenti capite dixi, Capitulum Sede vacante in iurisdictione, & facultate succedere, iam relatam in eo conferendi, & concedendi præsentatis à Patronis institutionem necessariam, quam per se ipsum, vel suum Officiale, seu Vicarium, vel alium ad id legitime designatum exercere poterit. Itaque, si eam per Vicarium exercet, eo casu necessarium erit speciale Capituli, Sede vacante, mandatum, non tamen aliter, secundum traditos infra cap. seq. a num. 55. ac proinde quoties dicimus Vicarium, Sede vacante, hoc, vel illud posse, intelligi oportet, ex facultate, & iurisdictione ipsi à Capitulo concessa, & demandata.

Ad quod sciendum est, defuncto Archiepiscopo, vel Episcopo, infra dies octo à morte ipsius, aut mortis scientia, Capitulum in tota succedens iurisdictione ordinaria, ut dixi capite præcedenti à num. 2. & seqq. Vicarium, seu Officiale suum idoneum tamen eligere, & deputare teneri, ex prescripto Sancti Tridentini Concilij sess. 24. cap. 16. de reformat. ibi: Item Officiale, seu Vicarium infra octo dies, post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino tenentur. Francisc. Pauin. de potestat. Capit. Sed. vacante, 2. part. princip. quæst. 10. à numer. 1. Thom. Zerol. in prax. Episcop. verb. Capitulum, §. 3. Bartholom. Gauant. in Manual. Episcop. verb. Capitulum Sede vacante, num. 3. & 4. Ricc. in Collectan. ad dict. cap. 16. Concil. Trident. quæ est 1602. Nicol. Garc. de Benefic. 5. part. cap. 7. numer. 6. & 9. part. cap. 2. num. 8. vbi Sacr. Congregat. declarationem refert in princip. Barbos. in dict. cap. 16. Concil. & de offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat. 54. num. 163. in fin. & de uniuers. iur.

Tom. II.

Eccles. libr. 1. cap. 32. numer. 28. & sequentib. Dom. Solorzan. dict. libr. 3. cap. 4. num. 48. Dom. Valençuel. cons. 107. num. 15. Ioann. Petr. Monet. de commut. ultimar. voluntat. cap. 5. num. 493. Pat. Dian. 8. part. Moral. tractat. 4. resolut. 36. Pat. Auendañ. in Thesaur. Indic. titul. 19. numer. 15. Vbi addit. preter deuolutionem, quam tamen causare ob negligentiam poterit Capitulum, sub mortali ad id teneri; licet titul. 12. tradidisset, etiam post id tempus, recte posse Vicarium tamen constituere, & purgare morram, ex Barbos. de potestat. Episcop. dict. allegat. 54. num. 163. in fin. vbi id ex Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, §. Duodecimo quæro, versic. Primò, pag. 142. Ricc. post resolut. 505. in notabil. de materia Vicar. à Capitul. Sed. vacant. versic. Primò. Quibus tamen omnino adhæremus præcipue id praxi suadente communi, ut notant Garc. dict. cap. 7. num. 7. Ricc. dict. Collectan. 1602. versic. Licet possit, Barbos. dict. cap. 32. num. 31. & supra, nouiss. D. Fermosin. de Sed. vacant. tractat. 1. quæst. 8. numer. 3. Vbi de praxi testatur Pat. Dian. dict. tractat. 4. resolut. 55. 65. & 71. Si autem infra eos octo dies de Vicario Capitulum non prouiderit, vel eum minus idoneum elegerit, recte Metropolitanus poterit in suffraganea Ecclesia alium tamen nouiter deputare, ex Sanct. Trident. Concil. dict. cap. 16. & DD. iam relatis, adde Marc. Anton. Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapolit. cap. 70. num. 6. Barbos. dict. cap. 32. num. 55. Quarant. verb. Archiepiscopi authoritas, num. 36.

Et licet Sancti Concilij verba, tantum de mortis casu tamen mentionem agant ibi, post mortem Episcopi. Idem dicendum est, quandò alio modo, veluti per Episcopi translationem, vacat Ecclesia; cùm eadem utilitas, & ratio concurrat, ut bene

expendit, noster P. Auendañ. d. tit. 19. num. 14. antè medium, & D. Fermosin. id ipsum supponit dict. tractat. 1. quæst. 7. num. 10. cùm in omni Episcopi iurisdictione succedat Capitulum, nèc solum ex naturali ipsius morte; sed etià t ex depositione, & translatione, nisi interim de alio prouideat Papa, gloss. in cap. Si Episcopus, verb. Mortem, de supplend. neglig. Prælator. in 6. Pat. Dian. dict. tract. 4. resolut. 4. similitè succedit, si sit à paganis captus, t & detenus, dict. cap. Si Episcopus 3. Item si dum in remoris agit, Vicarius ab eo deputatus, t decedat, Ioann. Petr. Monet. de commut. Ultimar. voluntat. cap. 5. à num. 416. P. Dian. dict. resolut. 4. D. Fermosin. dict. tractat. 1. quæst. 2. num. 17. cum alijs. Limita; vt non succedat Capitulum in fructus Ecclesiæ, à qua transfertur Episcopus ad aliam, quandò erat consuetudo, vt pertinerent in casu mortis, ità Archidiac. num. 8. Geminian. num. 5. Egid. num. 2. in cap. In apibus. §. Eccè 7. quæst. 1. Rot. decis. unic. de translat. Episc. in antiq. & apud Cens. post tract. de censib. decis. 176. num. 11.

Hocque in casu nullatenus expectatur, vt translatus Episcopus secundæ Ecclesiæ possessionem adipiscatur, ad hoc, vt Capitulum ad Vicarij deputationem procedat, cùm sufficiat translationi t translatum suum præbere consensum, Farinac. decis. 475. num. 6. in fin. part. 1. recent. Vbi Sacrae Congregationis Concilij refert declarationem, & responsum, Barbos. dict. lib. 1. de vniuers. jur. Ecclesiast. cap. 19. numer. 37. Francisc. Marc. decis. 1098. part. 1. Scip. Robit. consil. 32. à num. 2. vol. 2. D. Valenç. consil. 190. nu. 10. & seqq. P. Dian. d. tract. 4. resolut. 33. Tondut. resolut. beneficial. p. 2. cap. 4. §. 6. num. 14. Machad. de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 5. num. 7.

Non tamèn succedit Capitulum, nèc 12 Metropolitanus in t Episcopali iurisdictione, Episcopo excommunicato, cap. 1. de supplend. neglig. Prælat. in 6. sed ad Pontificem t deuolvitur, Gemin. & DD. in dict. cap. 1. Quarant. in dict. verb. Archiepisc. auctorit. numer. 22. Sed probabile est, ad Capitulum deuolui, nè dispendum t Ecclesia quoad iurisdictionalia patiatur, dum Sedes Apostolica consulitur, ità Ioan. Petrus Monet. de commut. Ultim. volunt. cap. 5. num. 417. ex P. Sanchez de Matrimon. libr. 3. disputat. 30. num. 5. In hac itaque Vicarij Generalis designatione potest Capitulum restringere, limitare, aut dividere iurisdictionem inter duos, t vel

plures, si causa interveniat legitima, aliquotque sibi reservare casus, vt latè notant, & advertunt Stephan. Quarant. vbi supra, num. 4. & 15. versic. Item erit observandum, P. Molin. de instit. tractat. 5. disp. 11. à num. 1. Pauin. dict. 2. part. quæst. 10. Petr. Anton. Lazar. quæstion. Canonicar. seu de monitor. sect. 1. quæst. 7. num. 5. Gutierrez Canonicar. lib. 1. cap. 11. num. 10. D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 13. num. 46. D. Valençuel. consil. 192. num. 6. Pialec. in prax. Episcop. 1. part. cap. 1. num. 13. Ioann. Mar. Nouar. in Summ. Bullar. tir. Capitulum Sede vacante, num. 15. Garcia dict. cap. 7. num. 26. & nu. 37. Vbi Sacrae Congregationis Concil. tradit declarationem, Barbos. dict. cap. 32. num. 33. & seq. & dict. allegat. 54. num. 165. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neap. 193. part. 4. P. Dian. dict. tract. 4. resolut. 61. & seq. Ioann. Baptist. Thor. vbi infrā, Gauant. dict. verb. Capitulum Sede vacante 12. nouiss. Emmanuel Alvarez Pegas resolut. fo- rense. cap. 18. à num. 1. Eidemque Capitulo ad libitum t omnino licet hunc Vicarium, vel Vicarios nominatos, removere, vt decisum refert Ricc. vbi proxime, decis. 178. & ex eo Thor. in compend. decisionum Cur. Archiepisc. Neapol. 2. part. verb. Capitulum, in 3. part. compend. decis. sect. 2.

Non tamèn potest Capitulum, Sede vacante, intrà annum a die vacationis t li-
teras reuerendas, seu dimissorias ordinandis
concedere, cap. Cùm nullus 3. §. Episcopo, de
temporib. ordinat. in 6. iuncto Sancto Tri-
dentino Concilio, sess. 9. de reformat. cap.
10. ibi: Non liceat Capitulis Ecclesiistarum Se-
de vacante infrā annum a die vacationis, &
ordinandi licentiam, aut literas dimissorias,
seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuri-
ris communis dispositione, quam etià cu-
iusvis priuilegi, aut consuetudinis vigore
alicui, qui Beneficij Ecclesiastici recepti, siue
recipiendi occasione arctatus non fuerit, con-
cedere; & sess. 23. cap. 10. Zerol. dict. verb.
Capitulum, num. 1. D. Solorzan. dict. cap. 13.
num. 14. Garc. d. 5. part. cap. 7. n. 95. Ricc.
in prax. resol. 106. Ioan. Petr. Monet. de com-
mut. Ultimar. volunt. cap. 10. numer. 137. &
164. Barbos. in dd. capitibus Concilij, & d.
cap. 32. num. 114. & 116. Quintana dueñ.
vbi infrā, singul. 4. per tot. Marin. vbi infr.
cap. 181. num. fin. in fin. P. Auendañ. in ad-
dit. ad prim. tom. Thesaur. Indic. numer. 91.
post annum verò eas literas t rectè con-
cedit Capitulum, Sede vacante, vt iura, &
DD. relati docent.

Nisi arctatus sit, qui t eas consequi, 19
&

& impetrare desiderat, ut Sanctum Concilium limitat, ibi: *Arctatus non fuerit*. Idest ille, qui aliquid sub certa poena, facere tenetur; is enim dicitur *arctatus*, Ricc. in prax. aur. resol. 96. Garc. d. cap. 7. nu. 98. Barbos. d. cap. 32. num. 126. P. Sanch. cons. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. nu. 37. Quintanadueñ. singular. tom. 1. tract. 6. singul. 5. num. 2. 3. cui recte poterit Capitalum intrà annum concedere dimissorias, nè poenam incurrat, ita respondisse Sacram Concilij Congregationem, refert Garc. 3. part. de Benefic. cap. 4. num. 17. Gauant. dict. verb. Capitalum Sede vacante, num. 29. hancque limitationem latè probant Viuian. de iur. Patron. lib. 6. cap. 6. à numer. 55. Bernard. Diaz in prax. crimin. Canon. cap. 53. num. 5. Ioann. Mar. Nouar. vbi suprà, num. 33. Barbos. dict. cap. 32. num. 125. Moneta dict. cap. 10. num. 164. & 180. Ricc. & Thor. vbi infra, Gauant. vbi supr. num. 26. Ioann. Baptist. Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 38. num. 52. & seqq. vbi ait, arctatum dici, habentem ætatem & legitimam ad ordines suscipiendos, non vero, si non habet ætatem legitimam, & cap. 46. nu. 11. Pyrrh. Corrad. in prax. dispensat. Apostolicar. lib. 4. cap. 4. num. 14. Machad. de perfect. Confessar. tom. 2. lib. 4. part. 4. tractat. 1. docum. 7. num. 1. & ex eo P. Dian. dict. tract. 4. resolut. 41. in princip. & resolut. 63. qui, & alij ex relatis docent, neque ad primam tonsuram & intrà annum, excepto casu re-lato, (& quandò laici expectant à patrone præsentari, ex Sacræ Congregationis declaracione, quam refert Barbos. vbi suprà, n. 118) eas literas concedere licere, ex d. S. Episcopo, Sim. Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 5. decis. 184. D. Valenç. d. consil. 107. n. 2. Ric. d. resol. 106. Monet. d. n. 137. Barb. d. n. 116. iterum Ricc. Collectan. 1142. ver-sicul. Amplia secundò, & decis. 23. Cur. Archiepisc. & decis. 30. Rendin. receptar. sententiar. titul. 10. num. 1. Thor. in compend. decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. verbo Capitalum, part. 1. in fin. part. 1. compend. decisionum, Pat. Auendañ. dict. titul. 19. num. 66. ad medium, vbi de pra-xi generali Indiarum & testatur. Vide Quintanadueñ. tom. 1. singular. dict. tractat. 6. singular. 4. à num. 3. qui aliud docet Nouar. quæst. forens. part. 2. quæst. 78. Benè tamèn poterit Capitalum alicui Episcopo licentiam dare infra & annum ordines conferendi, vt infra dicemus cap. seq. à num. 1. P. Dian. dict. tract. 4. resol. 73. Marin. vbi infra cap. 155. à num. 9.

Literæ hæ dimissoriæ, per noui Epis-Tom. II.

copi adventum, re integræ, non t de- 25 finunt vim obtinere, cùm adhuc durent; licet urbaniæ facturus est, qui eas obtinuit, si his non vtatur, vt consultit Gu-tierrez Canonicar. libr. 2. cap. 17. numer. 12. Gonçalez ad Regul. octau. Cancellar. gloss. 12. numer. 37. Petr. de Ledesma in Summ. part. 1. tractat. de Sacrament. Or- din. cap. 8. conclus. 4. Monet. dict. cap. 10. num. 179. Barbos. dict. cap. 32. num. 129. Pat. Dian. vbi suprà, resolut. 41. circè fi- nem. Quintanadueñ. vbi suprà, singul. 8. n. 4. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. n. 13.

Testimoniales vero literas, de idoneitate petentium attestantes, etiā intrà annum optimè concedit Capitalum; imò t eas tenetur expedire, Nauarro 26 consil. 19. sub titul. de temporib. ordinat. in antiq. & in nou. consil. 27. Pat. Molin. dict. disput. 11. num. 4. versic. Quamuis, Martin Bonacin. de Sacrament. disputat. 8. quest. vnic. punct. 4. num. 24. Eman. Ro- drig. in Summ. tom. 1. cap. 71. num. 19. Barbos. de Canonic. cap. 42. numer. 122. & de potestat. Episcop. 2. part. allegat. 7. nu- mer. 16. Pat. Dian. vbi proxime, resolut. 42. Marc. Anton. Genuens. in prax. Archie-piscop. cap. 87. num. 15. Ciarlin. dict. cap. 46. num. 12. D. Fermosin. dict. tractat. 1. quæst. 20. num. 12. Pyrrh. Corrad. d. lib. 4. cap. 6. n. 15. vbi differentiam inter has & 27 literas, & dimissorias, assignat; quibus lite-ris testimonialibus & omnino standum, & 28 credendum est, Francis. Merlin. Pignat. con- trouers. forens. cont. 2. cap. 91. à n. 1. 7. & 15.

Quod ex eo procedit, quia eo casu Ca-pitulum Ordinarij locum obtinet, cùm succedat Episcopo in omni ordinaria iu-risdictione, & potestate, vt dixi suprà cap. præced. à numer. 2. Ordinario autem & 29 has literas concedendi ius spectat, vt do- cent suprà relati, & exprimit Sacræ Con-gregationis declaratio sub die 1. Iulij 1591. ibi: *Congregatio Concilij censuit ius conce-dendi literas commendatarias, sine quibus ex decreto Concilij, cap. 16. sess. 23. de reformation. Clericus peregrinus ad Diuina celebranda, & Sacra menta administra-na, admitti non debet, esse obtainendas ab eo, qui huiusmodi Clerici ordinarius fuerit, Donat. Anton. de Marinis obseruat. iur. libr. 2. cap. 181. num. 3.*

Si autem Episcopus in remotis agat, ipsius Vicario, aut Capitulo & harum li-terarum spectat concessio, dict. cap. Cùm nullus 3. vbi latè scribentes, & Barbos. numer. 16. Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 41. Zerol. in prax. Episcop. 7. 2. 30

verb. *Vicarius*, §. 4. P. *Azor*. *Instit.* *Moral*. part. 2. lib. 3. cap. + 5. quæst. 7. *Vgolin*. de offic. *Episc.* cap. 4. §. 7. vers. *Quinto dimissorias*, Ioan. Petr. *Monet*. de commut. *Ultim. volunt.* cap. 5. à n. 416. *Marin.* d. cap. 181. num. 5.

- 31 In remotis verò agere + creditur, quando vlt̄rā montes est, *Ricc.* in *prax. aur. ref.* 18. *Barbos*. de potest. *Episc.* d. alleg. 54. num. 98. iudicis arbitrio id relinquit, *Menoch.* de arbitr. cas. 222. n. 26. vel si sit ab infide-
- 32 libus, + & scismaticis detentus Episcopus, vt DD. citati notant, adde *Vrrutigoit*. de *Eccles. Cathedr.* cap. 3. n. 41. *Monet*. vbi suprà, & n. 418. Quo casu + servus eorum sit, gloss. verb. *Libertati*, in d. cap. Si Episcopus, de supplend. neglig. *Prælator*. in 6. *Arnald. Albertin.* in rubric. de hæretic. q. 8. n. 16. *Franch.* decis. 268. *Capic. Latro* consult. 97. num. 22.
- 33 In his Indiarum Regnis, Regijs Schedulis ab antiquo, prouisum est, vt nullus Prælatus alterius subditos Ecclesiasticos in
- 34 suo Episcopatu + admittat, deficiente testimonialium literarum exhibitione, & attestatione, precipue illa 23. Maij 1559. pag. 119. tom. 1. impress. quæ talis est.

multa considerare debet, vt rectè notauit Escobar à Corro de puritat. & nobilit. 1. p. q. 3. §. 3. n. 89. & latius cap. seqq. Nota tamè hoc, quod fundauimus, & alia omnia, quæ Capitulo, Sede vacante, concessimus, ipsius Vicarium Generalem exequi non posse, nisi ad id t habeat speciale mandatum, ab eodem Capitulo emanatum, vt iam dixi ex cap. fin. de offic. Vicar. à 6. diuersisque in materijs latè probant Abb. in cap. fin. de concess. Pœbend. num. 5. Ioan. Selu. de Benefic. 2. p. q. 14. Emman. Rodrig. in *Summ. d. cap. 71. nu. 5. Paris. de resignat. Benefic. lib. 9. q. 7. n. 32. Meroll. d. ton. 3. disp. 7. cap. 7. du^h. 1. n. 34. Camill. Borell. de Magistrat. edict. lib. 1. cap. 1. nu. 99. Garc. de Benefic. 5. p. cap. 8. n. 181. Ioan. Corras. eod. tract. 2. p. cap. 8. Narbon. de appellat. Vicar. ad Episcop. 1. p. n. 213. & seqq. P. Dian. d. 8. p. Moral. tract. 4. resolut. 6. in fin. Barbos. de iur. Ecclesiast. Uniuers. lib. 3. cap. 12. n. 210. & claus. 35. nu. 40. Tondut. Benefic. resol. 1. p. cap. 118. num. 5. & 36. D. Archiep. Tarrac. Rojas decis. 99. num. 9. P. Auend. d. tit. 19. n. 81. Et quod non possit conferre t Beneficia, nisi id sit specialiter commissum, ex d. cap. fin. docent. Borell. vbi supra. Lambert. de iur. Patron. 1. p. lib. 2. art. 3. q. 4. & p. 2. lib. 2. art. 21. n. 3. P. Ioann. Baptist. Fragol. de Regin. Reipubl. 1. 7. disp. 14. §. 8. n. 9. Andr. Vallens. de Benefic. lib. 1. tit. 5. à n. 1. & tit. 11. à n. 1. Ricc. in prax. Eccles. 1. p. resol. 171. & in decis. Cur. Archiepisc. Nsap. 140. p. 1. Ioan. Baptist. Thor. in compend. decis. eiusdem Curiae, 1. p. verb. Vicarius. Mich. Moez de Iturb. in cap. Qui ad agendum de procurat. in 6. sub n. 1. Donat. Ant. de Mar. resol. iur. lib. 1. cap. 229. n. 7. & cap. 121. n. 11. Alvar. Pegas dict. cap. 18. n. 11.*

Dispensat etiam Capitulum, t Sede vacante in interstitijs; hoc enim Episcopo ex iure communi, Sancto nempe Concil. Trid. licet, vt patet ex sess. 24. de reform. cap. 11. Ergo in eo succedit Capitulum, ita Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. Decimo, pag. 140. Mart. de iurisdiction. 2. p. cap. 9. n. 13. D. Solorz. d. lib. 3. cap. 13. n. 11. D. Valenç. d. conf. 107. n. 17. vbi Sacræ Congregationis declarationem refert P. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 14. Aloys. Ricc. in prax. for. Ecclesiast. decis. 715. alias resol. 483. n. 6. Barthol. Gauant. in manual. Episc. verb. Capitulum Sede vacante, n. 28. Barbos. de iur. Ecclesiast. Uniuers. lib. 1. cap. 32. n. 128. & de offic. & potestat. Episc. allegat. 18. num. 6. Roa Albarracin. d. cap. 1. num. 25.



S V M M A R I V M.

- 1 Apostolicum Rescriptum extat in Indijs, ut Illegitimi, & Mixti ad Sacros possint ordines promoueri.
- 2 Rescripti verba referuntur.
- 3 Capitulum, Sede vacante, potest virtute, prefati Rescripti dispensare.
- 4 An hodie procedat Breue hoc data ministrorum Ecclesiasticorum copia & & num. 5.
- 5 Finis Rescripti impletur in coadiutorum, seu socrorum Doctrinariorum personis, & num. 40.
- 6 Rescriptum hoc tantum loquitur de Illegitimis, & Mixtis, qui ex Hispanis, & Indis, vel ex Hispanis tantum generantur.
- 7 Ex Hispanis, & Aetypibus, seu Mulatis, nati ab hoc Rescripto exclusi videntur. Sed vide infra à num. 71.
- 8 Dispensandi facultas ex se est favorabilis, & potest extendi.
- 9 Dispensatio est odiosa, ideoque procedit solum in casu, de quo loquitur, & num. 11.
- 10 Non extenditur de casu ad casum, neque de maiori ad minus.
- 11 Dispensatio ad omnes Dignitates non trahitur ad Beneficia curata.
- 12 Dispensatus ad etatem, Ordines, & Sacerdotium, non censetur dispensatus ad Beneficia curata.
- 13 Ut obtineat Beneficium curatum illegitimus, debet expresse in dispensatione contineri, & num. 17.
- 14 Hoc casu Papa Concilio generali derogatur.
- 15 Omnes defectus debent exprimi, ut dispensatio valeat illos complecti.
- 16 Episcopus circa haec non dispensat, quia nequit Concilio generali derogare, & num. 21.
- 17 Episcopus potest cum illegitimo dispensare, ad ordines minores, & Beneficium simplex, & num. 24.
- 18 Si Episcopus ex Pontificia facultate dispensat, debet de hac per literas constare Apostolicas.
- 19 Beneficij nomine, ex proprietate sermonis, omnia Beneficia continentur limi-

Tom. I.


ta, vt num. 25. 27.

- 26 Nisi constet expresse in literis de dispensatione, non procedit, quia deficit concedentis intentio.
- 28 In dispensatione horam illegitimarum summa deliberatione, & cura procedi oportet, & num. 29.
- 30 Hi per leges Regias à Tabellionum, & alij officij arcentur; item ne ad Sacros Ordines admittantur, & numer. 31.
- 32 Capitulum, Sede vacante, ob necessitatem potest ad tempus Parochiales Ecclesias commendare.
- 33 Dum de prouidendo Rectore tractatur, interinarius ab Ordinario delegatur, & num. 34.
- 34 Ordinarius, si differat proprietarij prisionem ultra quatuor menses, peccat.
- 35 Patroni consensus non est necessarius ad interinarij nominationem, & numer. 39.
- 36 Constitutio Synodalis Metropolitanæ Regum, intelligitur.
- 37 Interinarius iste, iure communis, proprius Vicarius appellatur.
- 38 Non requiritur, quod necessarium sit legitimus.
- 39 Regia Schedula 22. Iunij 1591. inteligitur, & num. 42.
- 40 Vicarius foraneus quis, & à quo constituitur?
- 41 Interinarius potest à Capitulo, Sede vacante, nominari.
- 42 Iurisdictio Episcopo à Sancto Tridentino circa concursum data, est ordinaria.
- 43 Capitulum, Sede vacante, succedit in augmentis iurisdictionis ordinariæ.
- 44 Capitulum, Sede vacante, quoad Beneficia Indorum, idem potest, quod Episcopus.
- 45 Interinarius debet esse idoneus; sed tempore nominationis examini non subiicitur, & num. 49.
- 46 Episcopus, deficiente Præbendariorum numero infra quatuor, potest usque ad eum numerum alios idoneos Sacerdotes substituere, & qualiter, & num. 52.
- 47 Regia Rescripta in hoc referuntur.
- 48 Aliud traditur, quo iniungitur, ut Prælatus ad hoc accedat cum scientia Troregis, vel Præsidis.
- 49 Capitulum, Sede vacante, similiter potest ad istorum electionem procedere, deficiente numero.
- 50 Verbum, Prælatus, Capitulo, Sede vacante, accommodatur.

I 3.

C 4.

- 56 Capitulum, Sede vacante, succedit in commutatione ultimarum voluntatum.
- 57 Poteſt etiam prorogare executionem ultimarum voluntatum.
- 58 Parochus, non poteſt ſibi ſubſtitutum eliger, cum id ſolum Epifcopo competat limita, num. 61.
- 59 Requiritur ad id ſpecialis idoneitas, de qua cognoscit Epifcopus.
- 60 Parochus in propria Eccleſia, dicitur Prelatus.
- 61 Parochus in Eccleſijs non curatis, poteſt ſibi ſubſtitutum nominare.
- 62 In Beneficijs Patronatus laicalis, poteſt fin' Patrono Rector conſtituere ſubſtitutum; ſecūs ſi ſint Patronatus Eccleſiaſici.
- 63 Capellanus ad Miffas obligatus, poteſt ſubſtitutum deputare.
- 64 Contrarium docuit Riccius; & qualiter intelligatur, & num. 65.
- 66 Parochus Eccleſiae Patronatæ debet ſeruientes Eccleſie nominare, non Patronus.
- 67 Quod tamē in Regio Patronatu non procedit.
- 68 Cauſe ſuper hoc agitandæ, ad Regium Patronatum, non ad Eccleſiaſticum, ſpectant.
- 69 Parochis, in aliqua Vniuerſitate literis operam dare volentibus, iure comuni, poterat Capitulum, Sede vacante licentiam concedere.
- 70 Sed poſt Sanctum Tridentinum Concilium non poteſt, neque etiam Epifcopus.



ARGUMENTVM.

EX Bulla Gregorij XIII. poſſunt Epifcoli illegitimos, & Mixtos in Indijs, ad Sacros Ordines promouere; in hac diſpensandi facultate ſuccedit Capitulum, Sede vacante; itēm, in poteſtate nomi- nandi Interinarios ad Doctrinas, & Cathedralium Præbendas, quandō Præbendariorum numerus infrā quatuor conservatur.

C A P. XIV.

APUD Nos autēm, in materia diſpenſationis illegitimorum, de qua in cap. precedenti diximus, extat t̄ Apoſtolicum Reſcriptum, à Sanctissimo Gre- gorio Papa XIII. horum Regnorum Archiepiscopis, & Epifcopicis anno 1576. con- ceſſum, per quod indulgetur eis fa- cultas, & auctoritas cum illegitimis, & Mixtis, vulgo Mefizos; ex Hispanis, nempē, & Indis, velex ſolis Hispanis habi- tis, diſpensandi, uſque ad Sacros Presby- teratus Ordines; & ut itā diſpensiati, alta- ris ministerio inſervire, Verbum Dei præ- dicare, ac Indorum audire valeant confeſſiones, ibi:

Quod ſi, cum filiis ex Hispanis t̄ & In- dis, ac ex Hispanis tantum in illis partibus co- mmonantibus, ſpurijis, & illegitimis geni- tis. Et ibi: Nos igitur, p̄emissis cauſis addu- citi fraternitati uestræ, & uestrorum unicuique qua- tēnus vnu qui que uestrum, conſideratis priuſ diligenter circumſtantij vniuersis, que circa idoneitatem promouendorum ſacri- at-

tendandæ, cum p̄edictis defectum (ut p̄efer- tur) patientibus Diæceſanis ſcilicet uestrīs, ſi aliaſ idonei, & iuxta decreta Concil. Trident. qualificati fuerint, & dictum idioma loqui, & intelligere ſciuerint, ſuper quibus conſcientiam uestram oneramus, Clericali caractere inſigniri, & ad omnes etiā Sacros, & Presbyteratus ordines promoueri, & in illis, ſic promoti, & in altaris ministerio, ministrare, ac Verbum Dei p̄edicare, & confeſſiones audire poſſint, gra- tis diſpensare valeatis, auctoritate Apoſtolica tenore p̄eſentium facultaten concedimus. Quod ad literam referunt D. Solorz. d. lib. 3. d. Indiar. Gub. cap. 20. n. 27. & n. 39. ex- tendit ipſius facultatem t̄ ad Capitulum, Sede vacante, cum in omnibus, que ſunt iuri- dictionis ordinariæ, & à iure cōmuni ſuc- cedat Epifcopo; hoc enim quoad Indos, & Indiarum Regna ius commune recte dicti poteſt, Dom. Villarroel en el Gouier. Eccleſiaſtic. 1. part. quæſt. 9. art. 6. numer. 12. & deinde, Christophor. Roa Albarracin. Canonicus Cuzquensis, Canonicar. quæſtion. cap. 1. numer. 13. vbi de eo latē agunt, Dom. Vega in cap. Arsi Clerici 4. ſ. de adulterijs, à num. 126. de indicio. P.

- P. Auendañi. in *Thesaur. Indic.* tit. 19. à numer. 67. D. Montenegro *vbi infra*, lib. 1. tractat. 1. sess. 19. num. 12.
- 4 Vbi etiā docet, hodiè locum t̄ habere prefatum Breue Gregorianum, quoad beneficia curata Indorum, licet non sit ministrorum penuria, qui Indorum idioma calent, quod fuit fundamentum, & motiuum præcipuum concessionis illius, cùm saltē aliquæ reliquæ perseuerent. Illustris. Episcop. Quitens. D. Montenegro en su itinerario para Parochos de Indios, lib. 5. tractat. 1. session. 5. & sess. 6. num. 6. & lib. 3. tract. 8. session. 1. num. 10. & passim, adde doctrinam Castr. Palao, tom. 1. tract. 3. disput. 4. part. 2. §. 11. Quintanadueñas tom. 2. singular. tractat. 7. de Indicis priuileg. singul. 4. num. 9. & 10. circā t̄ que, dubitant, & merito, D. Vega, *vbi supra*, num. 127. D. Villarroel num. 44. & tenacius Albarracin. num. 16. premente maxime Concilio Limensi III. action. 2. cap. 33. in fin. in illis verbis: *Quandoquidem, & illorum(ministrorum) iam diudum copia exereuerit, &c. & num. 17.* addit Albarracin. finem
- 6 Apostolicum recte impleri, in t̄ coadiutorum, seu sociorum Doctriniorum personis, absque eo, quod illi socij illegitimi ad curata beneficia principaliter admittantur; quāmis quoad hoc dissentiat etiā, P. Auendañi. *vbi supra*, num. 70. sed minus recte, vt in praxi quotidiana huius, & Novæ Hispaniæ Regnorum, quotidie obseruamus.
- 7 Illud autem omnino nota, Bullam prædictam solū t̄ loqui, & procedere in his illegitimis, & mixtis, qui ex Hispanis, & Indis, vel Hispanis tantum, generantur, vt patet, ibi: *Quod si cùm filijs ex Hispanis, & Indis, ac ex Hispanis tantum in illis partibus commorantibus, spurijs, & illegitimis genitis; vt interim excludas penitus ab hoc indulto t̄ & priuilegio, ex Hispanis, & Aetopis, seu Mulatis susceplos;* hos enim non complectitur Apostolica concessio, nec ipsa venit amplianda, cùm sit dispensatio, sed vide *infra*, à num. 71.
- 8 Näm, licet facultas dispensandi ex se t̄ sit fauorabilis, & valeat extendi, Gambar. de auctorit. Legat. à Lare e, lib. 7. tie. de dispens. Legator. circā matrimon. à num. 46. P. Suarez de legib. lib. 6. cap. 17. num. 11. Ioan. Gutierr. de matrimon. cap. 124. num. 3. Petr. Francif. Tondut. de pensionib. cap. 43. à num. 1.
- 10 Dispensatio tamē t̄ ipsa, præcipue circā illegitimos, est odiosa, Gambar. *vbi proximè*, lib. 10. num. 224. Hojed. de incom-
- patibilit. benefic. 2. part. cap. 12. num. 74. ex Rot. & Paris. Alexand. Ludouis. decis. 353. num. 9. *vbi Beltramin. liter. D. Francis. Peña* decis. 619. num. 2. & 3. Zeuall. commun. contra commun. quæs. 829. num. 6. Tondut. dict. cap. 43. num. 4. & 6. Petr. Surd. consil. 453. num. 4. D. Valenç. consil. 159. à num. 14. D. Matheu & Sanz de Reginin. Valent. cap. 7. §. 2. num. 59.
- 11 Ideoque in casu, de quo t̄ loquitur, solum procedit, cap. 1. §. fin. desil. Presbyt. in 6. P. Suarez, *vbi supra*, à num. 2. & cap. 11. num. 10. Sayr. de censor. lib. 6. cap. 11. à num. 16. P. Azor institut. Moral. 2. part. lib. 7. cap. 33. quæs. 6. P. Auil. de censor. part. 7. disput. 3. dub. 6. vers. Quartò notandum est, pag. 327. Hojed. dict. 2. part. cap. Ultim. à num. 67. Gratian. discept. forens. cap. 397. num. 48. Garc. de Benefic. 1. part. cap. 6. à num. 58. Christophor. Roa Albarracin. Canonicar. quæs. dict. cap. 1. num. 17. Nec ad alium t̄ extenditur, aut de maiori ad minorē protrahi potest, vt probant proxime relati, Hostiens. & alij in cap. Postulasti, de rescript. Caputaquens. decis. 8. in fin. part. 1. Salas de legib. disputat. 20. selt. 10. P. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 1. Ludouic. dict. decis. 353. num. 15. Petr. Surd. decis. 268. à num. 20. & dict. consil. 453. num. 4. D. Valenç. dict. conf. 159. à num. 19. Monet. de distribut. quotid. 2. part. quæs. 14. à num. 5. Tondut. dict. cap. 43. num. 6.
- 12 13 Vnde euenit, dispensationem ad Dignitates omnes, non trahi t̄ ad beneficia curata, nisi de illis sit facta specialis mentio, ex Felin. in cap. Veniens. col. 1. de accusat. Marsil. singul. 193. incipit, Bastardus, Tiraquell. de nobilit. cap. 15. Paleot. de noth. & spur. quæs. 58. Lup. de illegitim. comment. 1. §. 3. à num. 28. docet Tondut. dict. cap. 43. num. 19. adde Petr. Gregor. lib. 16. singulat. cap. 10. num. 19. P. Azor dict. 2. part. lib. 6. cap. 3. quæs. 6. Ioan. Mar. Bellet. desquisit. Clerical. 1. part. de disciplin. Clericor. §. 3. num. 35. & seq. Zeuall. *vbi supra*, num. 15. addit rursus Tondut. num. 9. ex Rebuff. Garc. & Pyrrh. Conrad. dispensatum t̄ ad etatem, Ordines, & Sacerdotium, non censi. 14. 15. 16. li. dispensatum ad beneficia curata.
- Debet enim t̄ expressè à Papa id conce. di, & exprimi, vt simile beneficium valeat obtinere illegitimus, néc aliter indulsum creditur, ex Suarez, Sayr. & alijs, Garc. de Benefic. 7. part. cap. 1. num. 45. & 51. Tondut. Canonicar. resolut. 1. part. cap. 8. num. 2. & 3. part. cap. 200. num. 27. estque in spe. cie Bullar. Gregor. XI. in ordin. 8. pag. 289. tom. 1. cùm sit necessarium t̄ Generali Con-

cilio derogare, ut ex Rebuff. in prax. Benefic. tit. de dispens. ex defect. natal. num. 24. docet Corrad. in prax. dispensat. Apostolicar. lib. 3. cap. 1. à num. 20. Gratian. dict. cap. 397. num. 36. vbi num. 37. loquens de dispensatione illegitimi, ad obtinendum Beneficium, aut Dignitatem in Ecclesia, vbi similem ipsius pater possidet, ait: *Propterèa non sufficeret dispensatio super defectu natum ex Presbytero, neque habilitas ad quæ-*

17 *cunque Beneficia obtinenda, nisi in specie tibi de hac fieret mentio, etiam si dicat Papa de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, super plentes omnem defectum,* Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. disput. 5. quest. 18. à num. 3.

Vnde fit, quod quoties in dispensando concurrunt plures defectus, debeant tibi omnes proponi, & exprimi, ut eos omnes Pontificalia dispensatio complectatur, cum quilibet specifica indigeat gratia, & dispensatione, alioquin non erit in omnibus dispensatus; maximè, cum aliqui soleant dispensandi voluntatem difficultem reddere, Gratian. vbi proximè, à num. 39. P. Auila dict. 7. part. disput. 3. dub. 6. vers. Quarto, pag. 327. Tamburin. dict. quest. 18. num. 2.

Ex quibus infertur, Episcopum circa 19 præfata dispensare tibi non posse; nam, licet tibi iure communi possit ad ordines minores, & 20 simplex tibi beneficium, cum illegitimis dispensare, cap. 1. & sive de fil. Presbyter. in 6. vbi omnes, Petr. Gregor. dict. num. 19. Belletus dict. §. 3. num. 25. Vicius. de iur. Patron. lib. 6. cap. 4. num. 24. Pyrr. Corrad. dict. cap. 1. num. 8. Clem. Merlin. decis. 278. num. 4. cum alijs; non tamen potest ad aliæ 21 beneficia, cum non tibi valeat generali derogare Concilio, aut Apostolicas infringere constitutiones, cap. Cùm inferior 16. dem. iorit. & obed. leg. 4. ff. de recepr. arbitr. leg. 3. ff. de alienat. iudic. leg. 2. Cod. de offic. Preff. Orient. Velasc. de iudic. perfect. rubric. 9. annot. 6. num. 4. late Gratian. dict. cap. 397. à num. 33. P. Suarez de legib. lib. 6. cap. 15. a princ. P. Dian. 9. part. Moral. trattat. 6. miscellan. resol. 40. Si autem id, ex Pontificia delegatione, & facultate intendat, hoc tibi ex literis Apostolicis debet constare, sine quibus non potest procedere, ex Regul. 52. Cancellar. tom. 4. Bullar. pag. 28. iunctis D. Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num. 56. Ludouij. decis. 287. à num. 4. cum seqq. & ex Rot. & Paris. dict. decis. 353. num. 9. vbi Beltramin. in not. Pyrr. Corrad. vbi supra, lib. 1. cap. 6. à num. 1.

22 Nè interest tibi nomine beneficij ex proprietate sermonis, omnia beneficia com-

prehendi, Dec. in cap. Postulasti, nam. 12. de rescript. Innoc. in cap. fin. de Præbend. numer. 1. Staphil. de liter. gratiæ, tit. de modo, & form. impetrand. §. 1. à num. 2. Frechill. in cap. Admonet, de renuntiat. num. 3. quiā respondetur, in hoc casu non procedere; tibi, quiā, in dict. cap. 1. additur, obtinere tibi beneficium, cui cura non inninet animarum, tibi etiā, quiā versamur in materia stricta; quo casu nomine beneficij non veniunt tibi Dignitates, & Beneficia curata, cap. fin. de Præbend. cap. Cùm in illis 16. eod. in 6. Abb. in dict. cap. Postulasti, num. 2. vbi Felin. num. 4. Staphil. dict. §. 1. num. 1. Frechill. dict. num. 3. Sahagun. in cap. Adaures, num. 3. de rescript. Garc. de benefic. 1. part. cap. 6. à num. 38. & 49. Francisc. Marc. decis. 535. part. 1.

Rationem reddit Garcia, num. 50. ex dictis iuribus, quiā si non constat expresse in literis Apostolicis, deficit tibi intentio concedentis, si loquimur in Pontificia dispensatione, Dec. num. 13. Staphil. à num. 1. Frechill. & Sahagun. vbi supra, Quintanadueni. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 13. num. 14. nisi literè motu proprio tibi concessæ fuerint, Francisc. 27 in dict. cap. Cùm in illis, num. 5. Abb. in cap. Cùm in cunctis, §. 1. de elect. num. 8. Felin. in dict. cap. Postulasti, num. 13. limit. 6. Staphil. num. 6. P. Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 1. num. 5. Gambar. de offic. & author. Legat. lib. 7. num. 157. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 9. num. 2. Garc. dict. cap. 6. num. 57. 61. & 64.

Hæc, inter alia, mecum considerabam, nè assentiri possem, gratiæ hoc anno 1671. factæ, in personam cuiusdam filij Presbyteri, ex Mulata, seu muliere ex genere Atyopum, procreati, habilis sane, ac acutus ingenij, quæ dispensatus fuit à Capitulo, Sede vacante, huius Metropolitanæ Ecclesiæ Argentinæ ad Sacros Presbyteratus Ordines, & Beneficia curata, tibi iure proprio, quatenus Capitulum in iurisdictione successit: tibi etiā, ex facultate ipsi communicata mortis tempore ab ultimo Prelato, qui ad decennium proximè futurum, Apostolicam dispensandi facultatem habebat, certis casibus, hoc, de quo loquimur, non expresso, decennioque decurso à tempore expeditionis literarum Apostolicarum: tibi denique, ex eo, quod notarius quidam affirmauit, Prelatum defunctum, ad Sacros Ordines, & Beneficia in voce cum hoc illegitimo dispensasse, post tres annos, attestatione in scriptis de hac dispensatione, data.

Denique in hac questione, & materia ob-

obserua, quæ dixit noster P. Auendañ. *vbi proximè, num. 69.* omni cura + attendendas quoad hos Mixtos, seu Mestizos, eorum parentum qualitates, & naturam præcipue, ut hi animarum curæ deseruire possint, cùm rarò in eis illa inueniatur morum integritas, & idoneitas, qualis ad hoc Sanctissimum ministerium, à Tridentino Concilio desideratur; audi nostrum Auendañ. ibi: *Et quidensi de eis loquamur, qui ex Indis, & Europæis mixtum progeniti sunt, quos vulgo Mestizos, dicimus, paucissimi + bacvsque inuenti sunt, qui ea morum maturitate, & vita candore præfulserint, vt ijs valuerit tutò ministerium Parochiale committi; maternus enim sanguis ad vitia pronus, & paternus incontinentia originis vitiatus, quid nisi vitiosam referant pronitatem, vt marito de Zoilis istis, dicere possimus, quod alias Martialis, rem magnam facturos, si boni sint: Et verò homines isti per leges Regias + ab officijs tabelionum, & publicis arcentur, ne nisi speciali dispensatione, ad eadem admittuntur, & paulò post, ibi: Quomodo ergò ad tacros Ordines, & Pastoralem curam, omn' usm diuinorum diuinissimam, iuxta Diu. Dionisi Vulgatissimum effatum, sinè aliquo Diuinæ gratiæ miraculo (quod quidem debeat ab ijs, ad quos id spectat diligenti explorari examine) idonei esse possint, coram Deo, & hominibus bona suo genuina muneri prouidentes? Iuxta quod Regij etià Consilij Indiarum prouidentia aduigilauit, dum per plures Schedulas, quæ extant, tom. 1. impressar. pag. 172. & seqq. & tom. 4. pag. 344. cauetur, nè tales ad Sacros + admittantur ordines, & nè promotis Beneficia curata, etià Indorum, conferri possint. Hec P. Auendañus, quibus fatis de eo Rescripto Apostolico.*

Præterea, ob necessitatem licetè potest Capitulum, Sede vacante, + ad tempus Parochiales Ecclesiæ com mendare, vt latè fundant P. Molin. *de iust. t. tractat. 5. disput. 11. num. 11.* P. Azor institut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 8. Rebuff. in prax. benefic. tit. de deuolut. num. 78. Francif. Marc. decis. 1238. part. 1. Francif. Pauin. de potestat. Capitul. Sed. vacant. part. 2. quæst. 3. Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 14. & seq. Azeued. consil. 9. à num. 15. & per tot. P. Dian. dict. tractat. 4. resolut. 32. Barbos. de iur. Ecclesiast. dict. lib. 1. cap. 32. numer. 94. Gauant. in Manual. Episcopor. dict. verb. Capitulum, Sede vacante, num. 37. Rota Romana apud Tondut. post tractat. de pensionib. decis. 80. num. 44.

Quod in his Indiarum Ecclesijs, & Provincijs notum est, praxisque quotidiana id

docet; potest + enim in eis Episcopus Beneficia curata, & Indorum Doctrinas, ex facultate à Regio patronatu concessa, interim commendare, dum de prouidendo Rectore, vel Doctrinario tractatur, assignato rursus pro quatuor tantum mensibus salario, Reg. Schedul. 6. Decembbris 1583. pag. 95. tom. 1. impress. ibi: Con que no pase este tiempo de cuatro meses. De lo que mas sirviere, no aya de gozar, ni llenar salario alguno, & 12. Octobris 1588. Ad Proregem Peruanum ad instantiam Cleri huius Argentinæ Dioecesis Missa, illic: Se les pague el salario, que hubieren de auer, è tuviere los sales Beneficios, è Doctrinas, rata por cantidad, el tiempo que los sirvieren porel dicho nombramiento, como no pase de cuatro meses, leg. 38. tit. 4. leg. 9. tit. 9. lib. 1. summar. P. Auendañ. in dict. Thesaur. Indic. tit. 17. num. 31. vbi ait, Prelatos + peccare, sivlrà id tempus prouisionem proprietarij differant, D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 15 num. 52. vbi latè, & numer. 53. vbi, quod ad interinarij + nominationem, & constitutionem patroni confensus non expectantur, leg. 59. tit. 10. Cod. lib. 1. summar. D. Episcop. Quitens. in suo itinerario para Parrochos de Indios, lib. 1. tractat. 3. session. 2. num. 18.

Secundum quæ accipienda, & intelligenda est + constitutio Synodalis Archiepiscopatus Regum, anno 1613. per Illustriss. D.D. Bartholomæum Lobo Guerreiro, tunc Archiepiscopum facta, sub titul. de Clericis non residentib. cap. 2. iuncto 1. lib. 3. fol. 44. F. quæ docet, dato casu vaccinationis doctrinæ per mortem Doctrinarij, aut alio modo, Visitatorem Ecclesiasticum Provinciæ, aut Vicarium eiusdem, interim Clericum approbatum animarum curæ supponere posse, & debere; donèc Prælatus de Doctrinario proprio prouideat, item, quod tali interinario nominationis testimonium tradatur, vt eius virrute in Regio gubernio salarij debita, secundum occupationis tempus, ei persoluatur portio: Y en lo queto- ca al Synodo, y estipendio de la tal Doctrina, se acudira con testimonio del nombramiento al gouierno, para que se le haga pagar lo que huviere servido, conforme al tiempo que se huviere ocupado. Tempus ergò hoc, erit quatuor mensium, etià si largius spatium, & tempus in Sacramentorum consumperit administratione, vel minus salarium erit per soluendum, si antequam quatuor effluxerint mentes, de Rectore Doctrinæ prouideatur, secundum Schedulas Regias iam relatas.

Hic interinarius, sic prouisus, & sup-

po-

37 positus, secundum t̄ commune ius propriē Vicarius appellatur, de quo, & forma ipsius electionis, vel nominationis agit Sanctum Tridentinum Concilium *seff. 24.* de reformat. cap. 18. per hęc verba: *Debeat Episcopūs t̄ statim habita notitia vacationis Ecclesiae, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiae sustineat, donec ei d̄ Rectorē prouidea- tur, Sanctis. Piùs Papa V. in sua Bulla, in conferendis beneficijs, §. 1. pag. 218. tom. 2. Bullar. In quod est etiā Sacrae Congregationis, ad literam, declaratio, apud Garc. de benef. 9. part. cap. 2. num. 13. cu- ius similiter extat mentio, & huius rei con- grua explanatio, apud Barbos. de offic. & potestat. Paroch. cap. 2. à num. 31. & depo- test. Episcop. 3. part. allegat. 59. num. 24. & allegat. 60. à num. 1. & allegat. 72. num. 18. & in collectan. ad Concil. Tridentin. in dict. cap. 18. à num. 30. Ioan. Anton. Mas- sobr. in prax. habendi concurs. requisit. 1. dub. 1. & 2. De eadem materia est alia eiusdem congregationis declaratio, apud ipsum Garc. dict. cap. 2. num. 8. versic. Secundò, & versic. Tertio Iacob. de Grass. in aur. decis. 10. num. 16. part. 2. lib. 2. cap. 26. Francif. Leo in Thesaur. for. Ecclesiast. 2. part. cap. 18. num. 52. Ricc. in prax. for. Eccles. decis. 575. in 1. edit. & resol. 495. num. 3. in 2. edit. Viuian. de iur. Patronat. 2. part. lib. 8. cap. 8. D. Palafox in dictis allegationibus, alleg. 4. artic. 4. num. 148.*

Vnde sequitur, huius Vicarij deputa-
39 tionem ad solum Episcopum, seu t̄ Præla-
tum spectare, ex cap. Nemo de incep. 15. de
election. in 6. (quod tamè sex menses
designat, iunct. Abbat. in capitul. fin.
de translat. Episcop. num. 13.) & dict. cap.
18. Concil. & dict. Bull. in conferendis, §. 4.
Barbos. in dict. cap. 18. num. 31. & in dict.
cap. 2. num. 33. vbi ex Armendar. in addit.
ad Recopil. legum Navarræ, lib. 1. tit. 18. leg.
7. de Episcop. num. 86. sic decisum tradit.
40 Qui interinarius non debet esse t̄ necessariò
legitimus, cùm etiā illegitimo valeat hęc
cura committi, D. Solorzan. dict. lib. 3. cap.
20. num. 35. D. Villarroel en el Gouern. Ec-
clesiastic. 1. part. quest. 9. art. 6. num. 45. Roa,
Albarracin. dict. cap. 1. à num. 16. D. Epis-
cop. Quitens. vbi suprà, lib. 1. tract. 1. seff.
5. num. 4.

41 Ex quibus intelligo t̄ Schedulam 22. Tu-
nij anni 1591. pag. 167. tom. 1. impress. qua-
tenus resolut Vicariatus prouisionem ad
solos Prælatos pertinere, quę talis est: *EL*
REY. Por quanto, perreneciendome, como me

pertenecে, por derecho, y *Bula Apostolica*,
como a Rey de Castilla, y Leon el Patronazgo
de todas las Iglesias de las Indias Occiden-
tales, y la presentacion de las Dignidades, Ca-
nonigas, Beneficios, Oficios, y otras quales-
quier Prebendas Ecclesiasticas dellas, he pro-
nunciado los Beneficios que me ha parecido conve-
nir, y en algunas presentaciones se ha puesto, que
presento al Beneficio y Vicaria, no siendo, como
no ha sido, mi intencion perjudicar la jurisdic-
cion de los Prelados; y porque mi voluntad es,
que si en virtud de las dichas presentaciones
algunos de los Beneficiados exieren la juris-
dicion, como Vicarios, la dexen à prouision,
y voluntad de los dichos Prelados; por
la presente mando à los tales Beneficiados, qua-
lesquier que sean, que con las dichas presenta-
ciones tuvieren las dichas Vicarias, que no las
exerzcan mas, y las dexen à la voluntad, y pro-
uision de los Obispos; los cuales sin embargo de
las dichas presentaciones, quiero que las pro-
uean, segun, y como deuen, y pueden hazer,
fecha. &c.

Nisi intelligas, t̄ hanc Regiam Schedu-
lam de Vicariato foraneo, eo nempè, qui in
Prouincijs, Doctrinarijs solet iniungi, &
committi, vt quotidiè experimur, quod
sanè magis placet, cùm id litera præfatæ
Schedulæ satis suadeat; Hic ergò Vicarius
foraneus ab Episcopo, & eo mortuo, so-
let à vacante t̄ Sede, in certis Diœcesis
partibus, vel ad certos actus, deputari,
gloss. in Clem. 2. de rescript. verb. Foraneo,
vbi Ancharran, & Cardinal. & in cap. 1. de
offic. Ordinar. verb. Foraneus, lib. 6. Fran-
cisc. Marc. decis. 317. num. 17. part. 1. D.
Cuarrib. practicar. cap. 4. num. 8. vers. Est,
& ad idem Iacob. Sbroz. de Vicar. Episcop.
lib. 1. quest. 13. Barbos. in collectan. ad Con-
cil. Tridentin. dict. seff. 24. cap. 16. num. 2.
& seff. 25. dereformat. cap. 3. num. 7. & de
Canonic. & Dignitat. cap. 42. num. 33. Car-
din. Palest. in Archiepiscopal. Bononiens. 6.
part. tit. de Visitat. versic. ultim. Rota Ro-
mana apud Tondut. post tract. de pensionib.
decis. 1. num. 3. Quintanadueñas post quin-
tum Ecclesiæ præceptum singul. 2. num. 6.
Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 3. num.
30. & quest. 13. à num. 2.

Sic similitér poterit Capitulum, Sede
vacante, cùm succedat in omnibus iurisdi-
ctionis, & potestatis Ordinariæ Episcopo,
hos interinarios t̄ nominare, vt benè con-
cludit Sacrae Congregationis declaratio, ad
supplicationem, & instantiam Capituli To-
letanæ Ecclesiæ ann. 1577. facta, Sede Ar-
chiepiscopal vacante, ibi: Secundò, is Vi-
carius loquitur de Vicario Generali, à Ca-
pi-

pitulo electo) sic constitutus obilit illa omnia munia, quæ Concilium sess. 24. cap. 18. statuit obeunda ab Episcopo, seu eius Vicario, cùm Parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit. Tertiò, & in specie statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, & antequam nullum faciat examen, constituit idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione reseruatis reliquis fructibus ipsi, quibus verè debebuntur, hic autem Vicarius sic positus eiusdem Parochialis onera sustinebit, donec de Rectore prouideatur. Docent Garc. dict. cap. 2. à num. 6. & 8. cum seqq. vbi num. 7. ex gloss. in leg. 1. Cod. nè liceat posteriorib. verb. Specialiter, P. Molin. de iustit. tract. 5. dict. disput. 11. num. 11. P. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 40. num. 14. docet, iurisdictionem Episcopo à Concilio datam + circā 45 concursum Parochialium esse ordinaria, ideoque in ea rectè Capitulum, Sede vacante, succedere, vt dicebam; & cum Valer. Reginald. in praxi for. paenitent. lib. 30. tract. 3. num. 241. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. dict. all. gat. 60. num. 3. cùm sit certum succedere etiam in augmentis ordinariæ + iurisdictionis, vt ex Butrio in cap. Cùm in cunctis de electione, Gemin. in cap. Quamquam, num. 3. eod. tit. in 6. Felin. in cap. Verum, de for. compet. num. 3. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum, Sede vacante, vers. Subsequenter, pag. 131. docet Sarab. de iurisdic. adiunctor. quæf. 17. n. 12. facilit ad primum, P. Auendañ. vbi supra, tit. 19. à num. 31. vbi ait, quoad Indorum beneficia + curata Regij patronatus, idem posse Capitulum, Sede vacante, quod Episcopus potest.

48 Obserua etiā in hac materia, quod licet interimarius Vicarius + debeat idoneus constitui, vt patet ex Sancto Concilio, ibi: Idoneum in ea Vicarium, ex Bullâ prefata Pij V. dict. §. 1. & dict. cap. 1. & 2. Synodal. & declarat. Sacrae Congregationis, iā relatis, non tamē constitutionis, seu nominationis + tempore, examini subiectur, sed antecedenter debet Prælato, aut Capitulo, esse idoneus, Messobr. apud Barbos. de Paroch. dict. cap. 2. num. 32. P. Auendañ. in Thesaur. Indico, tit. 17. num. 31.

50 Ex quibus inferri posse videtur, vt quemadmodū Episcopus + deficiente, aut diminuto Præbendariorum, seu Canonorum in Ecclesia Cathedrali numero, infrā quatuor, potest vsquæ ad eum numerum idoneos Clericos substituere, sufficienti eidem assignato stipendio, ex fructibus, & redditibus vacantium Præbendarum, dum tamē portionem proprietarijs applicatam non

superet, in Regia Schedula generali 1. Iunij 1574. §. 2. ibi: Quando en algunas + de las Iglesias Catedrales de las Indias no huiiere quattro Beneficiados por lo menos residentes, proueidos por nuestra presentacion, y prouision, y Canonica institucion del Prelado, por estar las demas Prebendas vacantes, o estando proueidas, por estar los Beneficiados ausentes, aunque sea por legitima causa, por mas de ocho meses; el Prelado, entre tanto que Nos presentamos, elija à cumplimiento de quattro Clerigos, sobre los que huiiere proueidos residentes de los mas habiles, y suficientes que se opusieren, o pudieren hallar, para que siruan al Coro, Altar, è Iglesia, y de Curas si fueren menester en la dicha Iglesia, en lugar de las Prebendas vacantes, o de los ausentes, como dicho es, y la dicha prouision no serà en titulo, sino ad nutum amobile, y no ternan sillas de Beneficiados en el Coro, ni ternan voto en Cabildo. E auiendo quattro Beneficiados, o mas en la Iglesia Catedral, los Prelados no se entrometan a prouicer ninguna Prebenda, ni poner substituto en ella, así en las que vacaren, como en las de los que estuviieren ausentes, si no darnos han noticia, para que Nos presentemos, y proueamos lo que conuenga, pag. 84. & 7. Iunij 1578. pag. 90. tom. 1. impressa ibi: E Nos deseando, que sobre lo suso dicho se prouea, y remedie, por la presente vos encargamos (Episcopo loquitur) y mandamos, que quando acacie, que en la dicha Iglesia no huiiere à lo menos numero de quattro Beneficiados instituidos, y residentes, vos nombreis hasta numero de los dichos quattro Beneficiados, en lugar de los que faltaren, a algunos Clerigos de buena vida, y exemplo, y de la habilidad necessaria, para que siruan en la dicha Iglesia, como lo harian, y devrian hazer los Canonicos, y Beneficiados della; à los quales señalaréis salario competente de los frutos que pertenecieren a la mesa Capitular, & in fin. ibi: Y estareis aduertido, que el salario que aueis de señalar, no exceda de la porcion ordinaria que cupiere à los otros presentados, è instituidos, Sched. 1. Iulij 1567. eadem pagina, & 3. Nouembris eiusdem anni inserta in alia 11. Septembri 1569. pag. seq. ibi: Y porque por nuestras cedulas està hecha merced à los Prelados de las Iglesias de las dichas nuestras Indias, que auiendo falta de Ministros en las dichas Iglesias, puedan ellos poner los que faltaren hasta numero dc quattro, ex quibus formatur, leg. 14. tit. 4. lib. 1. Summar. in qua Regia Schedula 1. Iulij aduertitur, vt nunquam Prælatus ad horum + interinariorum nominationem accedat, & etiā si Præbendæ vacantes dentur, nisi numerus qua- 51 tuo.

tuor Beneficiatorum , deficiat.

Adde rursus aliam nouissimam Schedu-
lam Regiam 14. Iulij 1640. quæ extat apud
D. Villarroel, ad eiusque supplicationem, &
instantiam expedita en el gouern. Ecclesiast.

1. part. quest. 5. artic. 5. num. 25. quæ itèm
(inter alias) continet circumstantiam hucvſ-
que omissam ; videlicet, vt nominandus, &
supponendus in deficientium locum, nomi-
netur cum Proregis, aut Præsidis assensu, ibi:

53 Rvistro por los de mi Consejo de las † Indias,
con lo que en esta razon dixo, y pidió el Licen-
ciado Don Pedro González de Mendoza, mi
Fiscal en él, os ruego, y encargo obligueis, y
apremieis al dicho Dean, y Maestre-Escue-
la à que acudan al servicio del Culto Diuino,
y demás cosas, que tienen obligacion, por ra-
zon de sus Prebendas, sin que dexen de hazerlo, ni
les pueda seruir de escusa el ser Comisarios de la
Inquisicion, y Cruzada; y sino lo cumplieren, y
executaren, les vacareis las Prebendas, avisando-
me de lo que en esto dispusieredes. Y quando al-
gun Canonigo biziere ausencia, y faltare al
servicio della, no quedando numero de quattro,
nombrareis à su cumplimiento los que fueren
menester, con comunicacion del dicho mi Presi-
dente, que sean Clerigos virtuosos, y de las
partes que se requieren, para que siruan en el
interin, hasta que bueluan los proprietarios, se-
ñalandoles porcion suficiente de la parte que les
tocare à los ausentes, que assi es mi volun-
tad. Fecha en Madrid, &c. De hac mate-
ria, & Schedula agit P. Auendañ. licet hoc
singulare notandum, non aduertat, in The-
saur. Indic. tit. 18. à num. 14.

54 Ità etiàm licite possit id ipsum † exe-
qui Capitulum, Sede vacante, tūm quià
dicit. Regia Schedula, verb. Prælatus, vt titur,
quòd equidèm Capitulo † accommodatur;
55 tūm, quià Capitulum id potest, quod Epis-
copus, vt aiebat, P. Auendañ. tūm etiàm,
quià hoc omne Episcopo iure iam ordina-
rio, & communi Indiarum competit, in
quod, vt dixi succedit Capitulum.

Sic etiàm succedit Episcopo in com-
56 mutatione † vltimarum voluntatum, in his,
quibus poterat Episcopus, vt latè per
Ioan. Petr. Monet. de commutat. vltimar.
voluntat. cap. 5. à num. 427. & num. 428. in
fin. docet, ex Marc. Anton. Cuch. insti-
tution. maior. lib. 2. tit. 9. num. 82. Ca-
pitulum, Sede vacante, executionem vlti-
marum † voluntatum posse prorogare,
cum succedat in execuzione testamenti, &
compulsione, executorum ipsius, D. Coua-
rrub. in cap. Ioannes, penult. de testament.
num. 2. vbi Abb. Cardinal. & Ancharr.
Graff. de succession. §. fin. seu vol. 2. artic.

executores vltimar. voluntat. num. 18. Ioan.
Jacob. à Canib. in simili tractat. part. 1.
num. 24. Pauin. de offic. & potestat. Capitul.
Sed. vacant. part. 2. quest. 7. à princ. Marc.
Anton. Cuch. vbi suprad à num. 81. Monet.
dict. cap. 5. num. 415.

Hoc in loco non incongruè quari poter-
rit, an Parochus in suo possit Beneficio, &
Doctrina Vicarium constituere, qui interim
valeat suas vices supplere? Et certum est, id
Parochum non posse, sed quoties † neces-
fitas vrserit, substitutum, & Vicarium no-
minare, ab Episcopo nominandum, & consti-
tuendum esse, vt ex Ioan. Andr. & Franc.
in cap. Cùn ex eo, de election. & decis. Rotæ
Romanae coram Cardinal. Seraphin. 639.
num. 2. docet Zachar. Pascaligus de sacrific.
nouæ legis quæ. 1138. num. 1. & 2. sic in-
telligendus Ciarlin. controvrs. forens. lib. 1.
cap. 38. num. 32. Eo enim casu substitutio fit
in animarum cura, ad quam specialis, requi-
ritur idoneitas, de qua ad Episcopum † spe-
59. Etat cognoscere, tanquam vniuersalem in
propria Dioceſi Pastorem, vt prædicti ag-
noscant, licet alias Parochus in propria †
Ecclesia quoad alià, dicatur Prælatus, cap.
In Apibus 7. quest. 1. cap. Tua 4. de Cleric.
ægrot. Abb. in cap. Decernimus de iudic. P.
Suar. de Religion. tract. 1. lib. 2. cap. 1. num.
6. Fr. Hyacint Donat. in prax. Regular. 3.
part. tract. 9. quest. 3. num. fin. Barbos. de
offic. & potestat. Paroch. cap. 9. à num. 1. &
num. 13. Gonçal. ad Reg. Octau. Cancell. gloss.
6. à num. 100. Sim. Barbos. in repertor. verb.
Ecclesiæ Parochialis, pag. 108. Ricc. in
prax. for. Eccles. 4. part. resol. 305. à num. 2.
Ciarlin. controvrs. forens. cap. 228. à n. 12.
addit tamèn Seraphin. num. 4. in Ecclesijs
non † curatis, secùs esse, vt etiàm obter-
nauit Lapns allegat. 5. num. 8. in Beneficijs
Patronatus distinguit † etiàm Julian. Viulan.
61 de iur. Patron. 1. part. lib. 1. cap. 3. num. 24.
vers. Quadragesima, vbi ex Lambertin. ait,
Rectorem Ecclesiæ Patronatus laicalis pos-
se in ea finè consensu Patroni Vicarium con-
stituere; non tamèn posse, si sit patronatus
Ecclesiastici; secùs autem erit in Capellano
ad missarum onus obligato, hic enim † be-
nè poterit in eo substitutum deputare, cùm
ad id solùm substituat, in ordine ad cele-
brandam Missam, in qua nulla alia idonei-
tas, quàm Sacerdotalis potestas requiritur,
ita Pascalig. dict. quest. 1138. num. 3. P.
Dian. 4. part. Moral. tractat. 4. resol. 87.
quàmuis contrarium † renuerit quoad hoc
64 Riccius in prax. tom. 1. resol. 340. à Dian.
relatus, nempè Capellanum hoc casu ad
Missas dicendas nominare substitutum non
pos-

65 posse; quod intelligendum est, quandò in Capellaniae fundatione t expressè dispositum est, vt Capellanus per se celebrare debeat, non per alium substitutum, vt ex Sacre Congregationis declaratione, tenet P. Dian. *vbi proxime in fin. & Pascalig. dict. num. 3.*

66 Illud hic prætermittendum non putauit, Parocho nempè in Ecclesia Patronata administrante, servientium, seu seruitorum Ecclesiæ ipsi competere t electionem, non Patrono, ut ex cap. Postulati 30. vbi DD. de iur. Patronat. docuit Cabed. de Taronat. Reg. Coron. cap. 12. numer. 2. & ex eo Barbos. in dict. Cap. Postulati, num. 3. Hieronym. Gig. de personibus, ques. 23. num. 10. & his relatibus nouissime doctus Emman. Roman. Valeron de transaktionib. tit. 3. quest. 6. num. 32. vbi ita se in facto obtinuisse affirmat.

67 Quæ tamèn in Regio Patronatu t non video procedere; si seruitorum, aut servientium nomine illos intelligas ministros inferiores omnes, qui cum Regio stipendio, seu decimarum portione suis incumbunt officijs; siquidem ex eo quidquid prouidendum veniat, quantumvis minimum sit, Regi nostro, & eius ministris competit prouidere, ut ex traditis licet agnosci. Ex quo etiàm sequitur, causas super his agendas ad Regia t spectare tribunalia, non ad Ecclesiastica, contrà id, quod firmavit Valeron *vbi proxime;* quod tamèn rectè procedere poterit in particularium Patronatibus.

68 An autem possit Capitulum, Sede vacante, Parochis in aliqua vniuersitate literis operam dare volentibus, licentiam concedere, quæri poterit? In quo non est dubium de iure communi t ei licere; ceterùm post Sanctum Tridentinum Concilium, ad Parochiales Ecclesias magis idoneos per concursum admittens, nullatenus poterit Capitulum, Sede vacante, eam licentiam indulgere, quemadmodum t nec Episcopus potest, Garc. de Benefic. 3. part. cap. 2. num. 84. Barbos. in Collectan. ad Concil. Tridentin. sess 5. cap. 1. num. 61. & seq. & de offc. & potestat. Paroch. cap. 8. numer. 27. Zerol. sic intelligendus in praxi Episcop. verbo Capitulum Sede vacante, §. 2. Illustrissim. D. Quitens.

Præsul. vbi suprà libr. 1. tractat. 2. set. 1. numer. 6. Pyrrh. Corrad. in prax. dispensat. Apostolicar. libr. 5. cap. 7. num. 1. vbi Sacrae Congregationis declarationem 22. Februario 1590. refert D. Fermosin. de Sed. vacante, tractat. 1. ques. 18. à num. 4. usque in finem.

Ea tamèn, quæ suprà numer. 7. & 8. tradidimus, & Gregorianum Breue, de quo ibi, intelligi, ac interpretari posse videntur, secundum alia Romanorum Pontificum indulta, Indiarum Regnis, & habitoribus concessa; quæ quidem latam, equam, ac benignam à Sancta Apostolica Sede, meruerunt interpretationem, Summorumque Pontificum explanarunt mentem. Ergò t Sanctissimi Urbanus Papa VIII. in Bulla incipiente: *Animarum saluti* 15. Septembri 1629. ad annos virginis, & Innocentius Papa X. precedentem in alios viginti annos prorogans in sua constitutione, quæ eodem modo incipit 1. Martij 1649. Patribus Sanctæ Societatis Iesv, inter alia, facultatem dispensandi ad matrimonia cum Neophytis concedentes, dum Neophy whole explicant, sic decernunt.

Et insuper, quia t à nonnullis dubitatum, seu habitatum fuit; an omnes Indigenæ illarum Regionum oriundi, ac naturales, & Christianorum Indigenarum, & Baptizatorum filij, etiàm in eorum infancia Baptizati, iure Neophyti appellari possint & Idcirco tenore earundem præsentium decernimus, & declaramus, omnes t oriundos, seu naturales supradictarum omnium, tñ Orientalium, quam Occidentalium partium: Imò etiàm, si Ätiopes, Angolani, vel quarumuis aliarum transmarinarum Regionum, eriadisi Christianorum filij, ac infancia Baptizati, vel etiàm inter se, vel cum Europeis mixtum progeniti sint, ad concessionis huiusmodi effectum, esse, & intelligi debere Neophy whole, dicto que Præbyteros cum huiusmodi, ut vel matrimonio coniungi, vel in iam contracto remanere possint, siue eorum alter tantum, siue etiàm uterque inde oriundus, &c. Harum literarum meminit Pat. Anton. Quintanadueñas singul. tom. 2. tract. 6. singul. 2. & ultim.





S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum, Sede vacante non potest Beneficia vniire, seu supprimere. Contrarium verius, & n. 8.
- 2 Per unionem extinguitur, & supprimuntur Beneficium, quod alteri unitur.
- 3 Capitulum, Sede vacante, non potest extinguere Beneficium, neque Episcopi potestatem minuere, & num. 13.
- 4 Beneficiorum suppressio regulariter, est prohibita, limita ut num. 7.9.
- 5 Similiter dismembratio, aut diuisio Beneficij regulariter, non admittitur limita, ut num. 47.48.
- 6 Suppressio ad cultus Diuini diminutionem; noua erectio ad augmentum, tendit ipsius.
- 10 Capitulum, Sede vacante, legitima interueniente causa, tenetur supprimere Beneficia.
- 11 Capitulum, Sede vacante, nullibi inuenitur prohibitum, supprimere Beneficia.
- 12 Doctor presumitur tenere sententiam, ultimo loco traditam.
- 14 Unio per quam Beneficij titulus omnino extinguitur, non potest fieri à Capitulo, quia praeiudicaretur Episcopale ius.
- 15 Capitulum, Sede vacante, potest dissolue re unionem ab Episcopo factam, causa interueniente.
- 16 Qui potest vniire, potest dissoluere.
- 17 Capitulum non potest assentiri unioni, ab Episcopo sua Mensæ factæ.
- 18 Apud Nos, ad Beneficij unionem, requiritur Regius assensus.
- 19 Hoc ipsum procedit in omnibus Patronatibus.
- 20 Patrono inuito, fit diuisio Parochiae, si ad sit causa, & num. 23.
- 21 In Indijs diuidendi Beneficia facultas conceditur; negaturque ad suppressionem, & num. 22.23. Limita in Doctrinis Indorum, numer. 28.31.47. 48.
- 24 Dismembratione Beneficij iuris Patron-

- natus facta, utriusque partis remaneat Patronus, qui primo Patronatum obtinebat.
- 23 Diuisio Beneficij facta sine causa, non tenet, fitque restitutio cum fructibus, num. 27.
 - 26 Rigium Rescriptum ad praecedentia adducitur.
 - 29 Fructum diminutio est legitima causa supprimendi.
 - 30 Salarium Doctrinæ unitæ, & suppressæ, in Regio ærario retinetur, & numer. 32.
 - 33 Quartæ à Doctrinarijs persoluendæ reformari iubentur Regio Rescripto.
 - 34 Monasteria ob exiles fructus, & redditus, possunt vniiri.
 - 35 Beneficiorum, ac Dignitatum diuisiones, iure communi, Sedi Apostolicæ videntur reservatae, & num. 39.
 - 36 Ieronis Carnotensis Episcopi verba, expenduntur in hoc, & intelliguntur, & num. 37.
 - 38 Urbani Papæ II. verba in hanc rem, referuntur, & num. 40.
 - 39 Diuus Bernardus pro eadem sententia traditur.
 - 41 Iudicia à Romana Sede prolatæ, si ex equitate Diuini Petri non fuerint, quam vim obtineant, & num. 43.
 - 42 Diuus Leo Maximus circa hoc expeditur.
 - 44 Pontifici Summo spectat diuidere Diacones.
 - 45 Principi verò Sæculari territorij diuisio.
 - 46 Princeps potest unam Ciuitatem in duas diuidere ad libitum; & contra.
 - 49 Resignatio Beneficij Patronatus, inuito Patrono, fieri nequit.
 - 50 Si eo inuito fiat, aperitur via ipsi, ad iterum presentandum.
 - 51 Pensio reservari non potest in Beneficio Patronatus; & redditur ratio, numer. 52.
 - 53 Papa, sine Patrono, potest in particularium Patronatibus pensionem reservare.
 - 54 Beneficia Regij Patronatus, non possunt resignari.
 - 55 Neque in ipsorum Salarijs reservari pensiones.
 - 56 Rescriptum Regium in hoc adducitur.

ARGVMENTVM.

Capitulum, Sede vacante, àn, & quandò possit Beneficia vnire; quæ requirantur ad vniōnem, vel resignationem Beneficij iuris Patronatus; àn valeat in eo pensio reservari; quidque circā hæc apud Nos servetur, ex Regio Patronatu.

C A P. XV.

DEniqùe circā potestatem, & iurisdictionem Capituli, Sede vacante, inquirendum se offert; àn Beneficiorum vniōni, seu suppressioni valeat + eius auctoritas acommodari? Hæc quæstio satis dubia apud Doctores refertur, P. Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 9. cum multis affirmat, præcipue cum Francisc. Pauin. de potestat. Capituli Sede vacante, part. 2. quæst. 3. num. 17. Capitulum vniendi, & supprimendi Beneficia facultatem non habere; quoniam per vniōnem, & suppressionem + Beneficium, quod alteri vnitur, extinguitur, & supprimitur. Capitulum autem supprimere, extinguere, vel alienare Beneficium non potest; cùm eo facto Episcopi auctoritas, & potestas + minueretur; tunc siquidem Prælatus vnius tantum Beneficij conferendi ius haberet; cùm antè vniōnem, & suppressionem, ad duo Beneficia potestatem habeat; hoc ipsum tenuit Merolla tom. 3. disputat. 7. cap. 7. dub. 14. num. 147. iunctio D. Fermosin. de Sed. vacant. tract. 1. quæst. 26. per totam, & à num. 6.

Maximè, cùm regulariter + Beneficiorum sit prohibita suppresa, Clementin. Quia contingit, de Religios. domib. Petr. Andr. Gambar. de potestat. Legat. à Later. libr. 5. cap. de potestat. Legat. in eundo, num. 28. Anton. Fab. ad titul. Cod. de Sacro/anci. Eccles. definit. 74. Borgnini. Causalcan. decis. 4. num. 8. part. 2. Put. decis. 209. num. 5. libr. 2. Velasc. de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 12. à num. 1. Marthatom. 6. decisionum, §. Ecclesia, cap. 31. Vbi quod etiā regulariter + non sit, aut admittitur dismembratio, aut diuisio Beneficij, in quod videntur Maximilian. Faust. in consil. pro ærar. class. 4. Ordin. 357. Ioann. Petr. Monet. de communat. Ultimar. voluntat. cap. 5. à num. 312. & cap. fin. numer. 113. & 117. & de distributione. quotid. ques. 1. cap. 5. num.

mer. 29. Pat. Dian. infra referend. resolut. 50. Christophor. Suelves consil. 62. numer. 3. part. 1. Tendit enim, + & vergit ad cultus Diuini diminutionem, ideo odiosa; sic ut noua erectio ad eiusdem augmentum, ideo fauorabilis, cap. Cùm accessissent 8. cap. Ex parte 12. de constitut. vbi DD. Loter. de re Benef. libr. 1. quæst. 28. à numer. 78. Petr. Gregor. de Benefic. cap. 19. Rota diuersor. decis. 557. numer. 5. libr. 1. Alexand. Ludouisi. decis. 483. numer. 1. Gratian. disceptat. for. cap. 614. numer. 4. & 16. Monet. vbi suprà, dict. cap. fin. à numer. 54. Michael Anton. Frances de Vrrutigoit. de Eccles. Cathedralibus, cap. 8. numer. 14. nisi magna adsit + Ecclesiæ necessitas; tunc namque suppresa iuste admittitur, Pat. Azor. dict. libr. 3. cap. 30. quæst. 11. 13. & seq. Garcia de Benefic. 12. part. cap. 1. vbi latè Ludouisi. vbi suprà, & ibi Beltramin. in not. Monet. dict. cap. fin. num. 113. & 154. & passim Suelves dict. consil. 62. nu. 4. cum alijs Velasc. vbi suprà. num. 3.

Contrarium vero, tenent alij quamplures, docentes Capitulum + Sede vacante, rectè vnire, & supprimere posse Beneficia ex eo, quod ipsum in tota Episcopi iurisdictione succedat, exceptis casibus à iure expressis. vbi suprà cap. 11. à numer. 2, latè fundati, at à vnire, & supprimere Beneficia, est actus iurisdictionis, Episcopo in sua Dioecesi iure communi ordinario competens, cap. Sic ut vnire 8. vbi omnes, & Barbos. numer. 3. de excessibus Prælator. dict. cap. Cùm accessissent 8. dict. cap. ex parte 12. de constitut. Rebuff. in prax. Benefic. vbi de vniōnibus, numer. 22. Pat. Azor. dict. 2. part. libr. 6. cap. 28. quæst. 6. Paul. Falc. de Visstat. libr. 2. cap. 2. numer. 19. Petr. Cened. ad Decretal. Collectan. 87. num. 3. Garc. dict. 12. par. cap. 2. numer. 62. Pat. Sanchez in Decalog. libr. 7. cap. 29. à num. 147, idem Barbos. de officiis. & portac.

- Episcop. 3. part. alleg. 66. num. 3. Monet. vbi supra, cap. 5. num. 404. iusta scilicet interueniente, t ac legitima causa, sine qua supprimere, aut vnire non potest. Bald. in dict. cap. cum accessissent, num. 8. vbi Abb. num. 4. vers. Aut non subest, Felin. num. 17. Dec. num. 43. de constitut. Ludouis. dict. decis. 483. num. 2. immo ea interueniente,
- vnire, ac supprimere t cogitur Beneficia, Mandos. ad Regul. 12. Cancellar. quæst. 6. number. 4. Fusc. dict. lib. 2. quæst. 26. num. 20. in fin. Gratian. discept. forens. cap. 278. number. 11. & dict. cap. 614. num. 2.
- Nullibique Capitulo prohibitum t reperitur. Ergo sic concludunt P. Azor, sibi contrarius, dict. lib. 6. cap. 29. quæst. 9. Emman. Rodrig. in Summ. tom. 1. cap. 71. num. 16. Garc. dict. 12. part. cap. 2. num. 67. P. Sanchez dict. lib. 7. cap. 29. num. 255. vbi plures cumulat Auctores, ex Suarez in tract. Visitat. cap. 6. num. 9. Simon Barbos. in Repertor. verb. Capitulum, Sede vacante, P. Dian. 8. part. Moral. tract. 4. resolut. 31. vbi sententiam suam non satis aperit, in hanc tamèn inclinare videtur; eamque tenere illud principium docet, asse-
rens illam t sententiam Doctorem sequi, quæ ultimo loco tradita est, vt ex leg. Qui filium 74. §. Sabinus, vbi gloss. in fin. ad Senat. Consult. Trelelian. notant Bald. in Authen. ext testamento, Cod. de collationib. Pa-
lac. Rub. in cap. Per vestras, §. 14. num. 1. de donat. inter. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. à num. 45. Anton. Thesaur. decis. 51. num. 5. in fin. Gratian. discept. fo-
ren. cap. 689. num. 27. & cap. 799. num. 57. & cap. 825. num. 11. & cap. 873. nu-
mer. 3. Ioan. Garc. de nobilitat. gloss. 6. nu-
mer. 38. vers. Qua ratione, D. Valenc. consil. 97. num. 197. Francis. Ferrer. in Constitut. Cathalon. hac nostra 3. tempor. declarat. 1. num. 67. Capic. Galeot. contro-
uers. lib. 2. controvers. 69. num. 5. Pareja de instrum. edition. tit. 1. resolut. 3. §. 3. nu-
mer. 142. D. Morote en la defensa de la Or-
den de Alcantara, num. 140. Montero à Cucua in præfat. ad Lectorem in suis decisio-
nib. num. 28. & decis. 49. num. 10. Quæ se-
cunior, & communior videtur. Dummo-
do t Episcopali nihil detrahatur iurisdi-
ctioni, vt inquit P. Sanchez vbi proxime, iunctis P. Azor dict. 2. part. lib. 3. cap. 38. quæst. 9. Pauin. de potest. Capitul. Sed. va-
cante, 2. part. quæst. 3. à num. 17. Barbol. de iur. Ecclesiast. Vniuers. lib. 1. cap. 32. num. 93. vbi declarationem Sacrae Congrega-
tionis adducit, & num. 112. & dict. allegat. 66. num. 5. & in dict. cap. Sicut vnire, num.

etiam 5. Simon Barbos. ipsius frat. vbi sua-
pra, pag. 43. Qui etiam docent, eam t vni-
onem per quam Beneficij titulus omnino sup.
14 primitur, non posse à Capitulo fieri, quia
Episcopali iuri preindicaretur in conferen-
do illo Beneficio; notat etiam Monet.
vbi supra, cap. ultim. à num. 117. &
119.

Eodem modo Capitulum, t Sede va-
cante, vunionem Ecclesiae ab Episcopo fa-
ctam recte, causa interueniente, poterit
dissoluere, ea ratione, quia, qui potest t
vunionem facere, ipse eam potest dissolue-
re, vt docent Rebuff. in dict. prax. Bene-
fici. tit. de resoc. vniōn. à num. 15. P. Azor
dict. cap. 29. quæst. 5. vers. Quæres, in Colle-
gium, Garc. dict. cap. 2. num. 302. & ex
alijs, Ioan. Petr. Monet. vbi supra, cap. 11.
num. 354. vunioni tamèn t ab Episcopo suæ
17 Mensæ factæ, non potest Capitulum assen-
tiri, Clement. si vna, de reb. Eccles. non alien-
nand. Garc. dict. cap. 2. num. 68. & à n. 168.
vbi Sacrae Congregationis declaratio refer-
tur. Monet. dict. cap. 11. num. 353. & de di-
stribut. 1. part. quæst. 5. num. 29.

Quoad Nos tamèn, hæc omnia extra
quæstionem sunt, siquidem ad ipsorum t exe-
cutionem Regius obtinendus est assensus,
quod & alijs particularium Patronatibus
accidit, in quibus suppressioni, vel vnu-
oni non est locus, nisi Patroni t consentiant,
cap. Sugest. in 20. de iur. Patronat. D. Coua-
rrub. practicar. cap. 36. num. 11. Nauarr.
consil. 3. num. 2. sub tit. de iur. Patron. P. Azor
dict. 2. part. lib. 6. cap. 28. quæst. 12. & lib. 3.
cap. 12. (vbi quod in iuto Patrono fit Paro-
chiae diuisio, t si ad sit causa) P. Sanchez dict.
lib. 7. cap. 29. n. 168. P. Fragos. de Regim. Rei-
publ. part. 2. lib. 9. disp. 20. §. 6. num. 13. Vnu.
commun. opinion. lib. 1. tit. 4. de iur. Patronat.
num. 32. vers. Item vnuio, Peña decis. 293. in
fin. vbi D. Vrrutigoit. in addit. margin. Bar-
bos. qui id ex Sacro Trident. probat Conci-
lio, de Canonic. & Dignitat. cap. 3. in fin. Ma-
gis. Ioan. Baptis. Lezan. tom. 1. Regular. part.
2. cap. 11. num. 6. Nostras D. D. Laurent. Ma-
theu & Sanz de Regim. Valent. cap. 8. §. 8. n.
377. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. disput.
15. quæsto 1. num. 8. & quæst. 3. num. 4.
Tondut. de pensionib. cap. 25. num. 28. & seq.
vbi de Regio Hispaniar. Patronatu loquitur,
D. Fermosin. de Sed. Vacant. dict. tractat. 1.
quæst. 26. à num. 1. & tractat. 2. quæst. 3.
num. 13. Cabed. de Pationat. cap. 12. num. 4.
Igitur in his Indiarum Occidentalium
Regnis Regium Patronatus ius admini-
strantibus, diuidendi Beneficia. t ne-
cessitate cogente, facultas conceditur,
vnien-

vniendi vero, seu supprimendi appetet de-negata, in Regijs Rescriptis 27. Nouembris 1548. 4. August. 1557. pag. 94. tom. 1. im-
22 press. ibi: Por ende yo † vos ruego, y encargo
que os informeis particularmente de la neces-
idad que ay de diuidir estos Beneficios; y ha-
llando, que la ay, proueais lo que vieredes
conuenir, que para ello os damos licencia, y
facultad, &c. 29. Martij 1573. & 28.
Augusti 1591. ex quibus formatur leg. 44.
tit. 4. lib. 1. Summar. per hęc verba: Que
se puedan diuidir los Beneficios, auiendo ne-
cessidad, y no se consinta su union, ni su-
ppression, Reg. Sched. 18. Nouemb. 1576.
ibi: Porque los Religiosos, que tienen Doc-
trinas, suelen querer diuidir algunos Parti-
dos, y juntar otros; y quedando por Patron
de todos, no se dese haver sin nuestro con-
sentimiento, ó de la persona que por Nos gouern-
nare, es nuestra voluntad, que en estos casos
se junte el Virrey, Presidente, y Gouerna-
dor con el Prelado, y dēn en ello la orden
que les pareciere conueniente, D. Palafox in
dictis allegationib. alleg. 3. punt. 2. num.
340. fol. 187. quoad dismembrationem, ac
diuisionem Beneficij, legitima † causa con-
currente, iunge cap. Ad Audientiam 3. de
Eccles. adiffic. leg. 13. tit. 5. part. 1. Tri-
dentin. sess. 2. cap. 4. de reformat. Abb. in
cap. Ex parte not. 1. de rescript. Card. Seraphin. decis. 1062. & decis. 428. D. Gregor.
Lopez in dict. leg. 13. Garc. de Benefic. 12.
part. cap. 3. à num. 3. Velasc. de priuileg.
pauper. 1. part. quest. 12. num. 26. & seqq. Gi-
gas de pensionib. quæs. 23. num. 7. Ripa res-
pons. 21. Cabed. vbi supra, cap. 10. num. 5.
quo casu, dismembratione facta, benefi-
cij iuris Patronatus, vtriusque partis † re-
manet Patronus, qui primo Patronatum
obtinebat, Petr. Gregor. de Benefic. cap.
15. num. 3. Maximilian. Faust. in consil. pro-
œrario, class. 4. ordin. 357.

Si autem sine † necessitate Beneficij
facta fuerit diuisio, iure non subsistet, vt
recte licet animaduertere in præfata Sche-
dula Regia 29. Martij anni 1573. pag. 93.
dict. tom. 1. quæ loquitur in Capitulo, Se-
de vacante. Itaque Guathemalensi Cathe-
drali Ecclesia vacante, ipsius Capitulum
cuidam Doctrinæ, quæ proprium obtine-
bat Doctrinarii, alium nouum adiunxit,
nec de Patroni interuentu aliqua extar-
mentio, Prior, propriusque Doctrinarius,
seu Rector recursum ad Regiam Audien-
tiam interposuit, nec tamen obtinere po-
tuit, vt nouus adiunctus ab administra-
tione, & animarum cura abstineret. Er-
gò Regem nostrum Catholicum consul-

Tom. I.

uit, ab eoquę prædictam Regiam Sche-
dulam est consequutus; perquam totius
Beneficij possessioni, & fructibus fuit
restitutus, deictusque ab eo, quem no-
uitè Capitulum introduxerat, nomina-
ueratque, renocatis rursus, seu potius
annullatis actis, circā hoc in Regia Au-
dientia, & Capitulo factis; nescio an quia
ea omnia, spreto Patrono acta fuerant,
ibi:

Y visto por los † de mi Consejo de las 26
Indias, y ciertos autos pronunciados sobre
lo susodicho por la nuestra Audiencia Real
de essa Provincia, en que declararon no auer
hecho fuerça el dicho Cabildo en poner el di-
cho Cura; porque por auto pronunciado por
los de el dicho nuestro Consejo, fueron re-
nuocados, y dados por ningunos, y de nin-
gun valor, ni efecto, fue acordado. Le ha-
gais acudir (antiquiori Doctrinario) con
todos los frutos, y rentas al dicho Benefi-
cio, y Curato pertenecientes, y que con él
le son debidos desde el dia que se le hizo la
institution, y colacion, &c. iunctis Thom.
Zerola in prax. Episcop. 1. part. verbo
Vnio, §. 8. & Gratian. disceptation. fo-
ren. cap. 614. numer. 6. Dicentibus vnio-
nem sine legitima † causa factam, re-
nuocari cum fructuum restitutione. 27

Verum licet hęc iure ita proce-
dant; nouissimo tamè Rescripto Regio
reformata in aliquo apparent. Ergò Sche-
dula Regia generali 22. Septembris 1643,
decisum, & resolutum est, necessitate ob
Indorum † diminutionem interueniente 28.
(consonant tradita à Cardinal. Mantic.
decis. 87. numer. 1. 3. & 4. Par. Azo-
re dict. libr. 6. cap. 30. quest. 11. &
12. Cardinal. Seraphin. decis. 1345. nu-
mer. 1. Garc. de Benefic. dict. 12. part.
cap. 1. numer. 2. Alexand. Ludouil. de-
cis. 483. num. 3. vbi Beltramin. num. 8.
Monet. de commutation. Ultimar. voluntat.
cap. Ultim. numer. 148. dicentibus legi-
timam † vniendi, seu supprimendi cau-
sam esse, fructuum diminutionem) ip-
sorum Doctrinas recte supprimi, & vni-
ti posse, à Regio Patronatu legitimè pri-
mò cognito, & cum Ordinario Ecclesiastico
agitato, seu collato; vtrum expeditat
an non: ea Beneficia, seu Doctrinas vnire,
vel supprimere, & casu quo id facere expe-
ditat iubet præfata Schedula Regia, sala-
rium, seu † stipendum in Regio œrario Do-
ctrinæ vniendæ assignatum, eidem œrario
applicari, & in eo detineri, per hęc verba:
Y por que tambien se me ha hecho relacion,
que por la diminucion à que han venido

K 3

los

31 los Indios † se podrian escusar algunas Doctrinas, agregando vnas à otras, con que se escusauan muchos de los dichos Synodos, ó estipendios, os encargo lo ajusteis. (Proregibus, Præsidibus, & alijs Regium Patronatum excentibus directa est,) y si hablaredes se puede hazer asi, precediendo primero los informes conuenientes, q̄ se lo justifiquen, y la conferencia con el Prelado Eclesiastico, y los demás requisitos, que se expressan en las Cedulas que tratan de mi Real Patronazgo, lo executareis, dando orden, que los Synodos de los Doctrineros,

32 que se reformaren, y extinguieren † entren, y queden en mis caxas Reales, para que con la relacion que me aveis de embiar de las que son, y cabeza en que está cada repartimiento, y lo que montan los dichos Synodos (como os mando lo bagais) yo resuelva lo que de ellos se ha de hazer, que para que los Arçobispos, y Obispos con quien, como queda dicho, os comunicareis sobre todo lo referido, acudan por su parte a su cumplimiento, y moderen las quartas, † que lleuan á los dichos Doctrineros, de que he entendido se quexan, y toman pretexto para los dichos excessos; les encargo por Cedula de la fecha desta, lo hagan asi, prouyendo para lo uno, y otro lo que fuere menester, desuerte, que los dichos naturales sean sobrelleuados, y tengan la doctrina, enseñanza, y lo demás necesario para su educacion, y buenas costumbres; y de lo que fuere resultando de vuestro nuevo cuidado, y diligencias me dareis aviso. Fecha en Zaragoza, &c. Sic executum vidimus, non semel.

34 Sic etià Monasteria duo, aut plura propter exiles, † & tenues fructus, vel redditus, vniri posse, absque tamèn licentia Episcopi (vt id interim observes) docent Emman. Rodrig. tom. 3. Regular. quest. 80. artic. 1. & 2. Peyrinus tom. 1. priuilegior. in Constitut. 2. Iulij 11. num. 8. Fr. Hyacint. Donatus rerum Regular. tom. 1. part. 2. tractat. 1. quest. 31. Magister Lezan. tom. 2. Regular. verb. Monasteria, num. 41.

35 Communi verò, & antiquo † iure Dignitatum, & Beneficiorum diuisiones, & vñiones Sanctæ Apostolicæ Sedi reservata, ac pertinere videntur, secundùm decisionem, textus in cap. Maioribus 8. de Præbend. & Dignitat. vbi omnes notant dict. cap. Sicut vñire 8. de excessib. Prælator. iunctis Lancellot. de vñionib. §. Non tamèn, Pat. Azor. dict. libr. 6. cap. 28. quest. 6. Garc. dict. 12. part. cap. 2. §. 1. à num. 60. nouiss. amantissimus Præ-

ceptor meus D. D. Emmam. Gonçalez Tellez ad Concil. Illiberitan. libr. 2. cap. 45. circa fin. P. Fragos. dict. §. 6. à princip. D. D. Laurent. Matheu dict. cap. 8. §. 8. numer. 373. cum alijs, infra tradendis.

Quod satis † innuere videtur Ivo Carnotensis Episcopus Epistol. 238. illic: 36 Nec in hoc ressimus, quin possit Sedes Apostolica Parochiarum amplitudinem minorare, aut breuitatem dilatare, si utilitas Populi Dei ita exigat. Quæ verba retulit Doct. Petrus de Marca in Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 4. cap. 13. §. 3. Verius tamèn, † ac certius videtur, Ivo- 37 nis sententiam, & conclusionem traditam, ad maiores Ecclesias, nempè ad Cathedrales, & alias esse referendam, iuxta dict. cap. Sicut vñire 8. vt patet ex Iureti relatione, Urbani Papæ II. iudicium † in Concilio Claramontano, in 38 hanc rem prolatum, referentis, in not. ad præfatam Iponis Epistolam; quam transcripsit Stephan. Baluzius in addit. ad Marcam, vbi proximè, in princip. Sunt autèm Iureti, verba hæc: Dominus Papa (Urbanus) imperato silentio, erectus in pedes coram omni Concilio, ex Authoritate Apostolica, Decretis Pontificalibus certioratus est, licere sibi facere ex uno Episcopatu duos, & ex duobus vnum; similitèr Abbatias, cæterasque Congregationes, dictante ratione æquitatis, quolibet modo sibi melius videbatur, aut coadunare posset, aut disiungere, & quidquid in dominium, & patrocinium Sanctæ Romanae Ecclesiæ suscipere vellet, nullus eius auctoritati obviare posset, quæ & à prædecessoribus suis facta ostendit, & ipse in præsenti Concilio, nullo contradicente, fecit.

Consonat Diuus Bernardus Epistol. 131. ad Mediolanenses, ibi: Potest † Romana Ecclesia nouos ordinare Episcopatus, vbi habentes non fuerant, potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dicauerit; ita vt de Episcopo Archiepiscopum creare liceat, sicut è conuerso, quem refert Petr. Cenedo vbi infra.

Advertit rursus Baluzius, notanda esse verba illa, dictante ratione † æquitatis; quæ explicanda ait, secundùm sensum, & interpretationem Iponis, ibi: Si utilitas Populi Dei ita exigat, & nullum inde schisma contingat: Iudicia enim à Romana Sede prolatæ, nullius sunt momenti. quæ † ex 41 æquitate Beati Petri lata non sunt; id est, quæ Canonica æquitate non nituntur. Hæc Baluzius.

Hoc ipsum, postremò relatum, proficitur Marca, dict. lib. 4. cap. 6. §. 3. ex Sancto Leone Maximo Papa I. Sermon. 3. in Anniversar. id comprobans, ubi hæc: Dicitur t à Domino Beatisimo Petro; Tibi dabo claves Regni Cœlorum, & quaecumque solueris super terram, erunt soluta, & in Cœlis: transiit quidem etiam in alios Apostolos vis istius potestatis, & ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commeauit, sed non frustrâ vni commendatur, quod omnibus institutatur; Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ Rectoribus Petri forma p̄ponitur (adde Gregor. XV. in Bulla, incip. Inscrutabili, §. 5. pag. 421. tom. 3. Bullar.) manet ergo Petri priuilegium, ubi ex ipsis æquitate fertur iudicium. Adiicit Marca; Hunc locum ita edifferit Hincmarus Rhemensis, qui est epistolæ auctor (eius nempè, quam Carolus Caluus ad Hadrianum Papam II. scripsit, de qua ibi Marca) ut pa. 43 teat ea iudicia, quæ t Canonica æquitate non nituntur, nullius esse momenti; Vtpotè, quæ priuilegio Petri destituta sunt, cuius priuilegij perpetuò debet esse indiuulsa comes Beati Petri sinceritas, & æquitas, ita Marca.

Itaque Pontifici Summo quoad t spiritualia Diœcesum, & Parochiarum spectat diuidere, vel abbreviare terminos, vt ex proximè relatis satis aperte constat; quibus addenda sunt iura, præter iam tradita, in cap. Translationem 4. de offic. legat. cap. Vacante 26. de Præbend. Hostiens. in cap. Cum contingat, num. 1. de for. compet. ubi Butr. num. 11. Abb. num. 18. Bellamer. num. 13. Mandos. in rub. de dispens. ad plura benefic. Sot. de iustit. & iur. lib. 3. quæst. 6. art. 3. Cened. ad Decretal. collectan. 87. à num. 1. Duaren. de Benefic. lib. 5. cap. 6. Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 299. Garc. de benefic. dict. 12. part. cap. 2. à num. 60. Barbos. de potestat. Episcop. 3. part. allegat. 50. num. 5. & de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 20. num. 2. & in dict. cap. Sicut vniire, à num. 2. Hojed. de incompatibil. benefic. 2. part. cap. 1. & seqq. D. Salgad. de supplicat. ad Sanctis. 1. part. cap. 14. à num. 11. P. Suarez de Diuin. Cultu, lib. 1. cap. 9. & 10. Don Philipp. de Moncada in Matriensis Curia primarius Aduocatus, in allegat. iur. por la Ciudad de Truxillo con Don Alonso Messia de Prado, y la Villa de Villamessia, sobre el termino, y jurisdiccion de las Caualleras, num. 170. Mich. Moez de Iturbide in cap. Consuetudinem 1. num. 5. & 21. de consuetud. in 6. Illustris. D. Episcop. Quiens. en su Itinerar. para Parochos de Indios, lib. 1. tractat. 1. seff. 4. num. 9. D. Crespi de

Valdaura obseruat. 15. num. 100. in fin. & alij relati cap. 27. à num. 10. & 17.

Quod originem trahit à Dionisio Papa; hic enim Parochiarum diuisiones induxit, circiter annum salutis CCLXII. vt patet in ipsius Epistola 2. ad Seuerum Episcopum, tom. 1. Concilior. pag. 191. & refertur in cap. 1. 13. quæst. 1. cap. Pastoralis 9. de his quæ fiunt à Prælat. iunctis Nauarr. in cap. Placuit depœnit. distinct. 6. P. Suar. ubi supra, & lib. 1. de Religion. cap. 21. num. 4. Polidor. Virgil. de rerum inuentorib. lib. 4. cap. 9. à princ. Roderic. Acuña in cap. Illud 4. distinct. 80. Cened. ad Decretal. collectan. 104. num. fin. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 2. à num. 1. Hieronym. de Monte Brigia de finib. regund. cap. 13. num. 4. Barbos. dict. lib. 1. cap. 20. à num. 1. Moncada ubi supra à numer. 169. D. Gonçalez Tellez ubi proxime. Seuerinus tamèn Binus in not. ad dictam epistolam Dionisi, aduertit, primò fuisse ab Euaristo Papa diuinas Parochias, singulasque singulis Presbyteris assignatas, verum Valeriani inualecente persecutione, à suis Ecclesijs, & Sedibus exclusos, & relegatos fuisse Parochos, donè denuò fuerunt à Papa Dionisio restitutæ Parochiæ, quod etiam notauit in vita Euaristi tom. 1. Concilior. pag. 61. versic. Hic titulos in urbe Roma, & tenent Polidor. Virgil. ubi proxime, & alij.

Apud Nos Diœcesum terminos, & limites, quoad spiritualia Rex Catholicus designat, & diuidit, ex facultate eidem à Sancta Romana Ecclesia permissa, vt ex Anton. de Herrer. in Histor. General. Indiar. decad. 7. lib. 6. cap. 7. refert D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 5. num. 12. iunctis D. Araci. in memor. sobre las vacantes de las Indias sub num. 4. in facto, & post num. 83. & 126. Vrrutigoit. de Eccles. Cathedral. cap. 3. à num. 166.

In cuius executionem latæ sunt ordinaciones 7. & 14. Supremi Indiarum Consilij ann. 1636. de hac Ecclesiarum, & Diœcesum diuisione, ab ipso Consilio pleno facienda, agentes, quæ referuntur in leg. 9. tit. 2. lib. 2. Summ. per hæc verba: Que los del Consejo tengan cuidado de diuidir siempre el estado de las Indias; lo temporal en Virreyatos, Chancillerias Reales, Caxas Reales, Adelantamientos, Gouernaciones, Alcaldias Mayores, Corregimientos, Alcaldias Ordinarias, y de la Hermandad, y Concejos; lo espiritual en Arçobispados, Obispados, Abadias, Parroquias, y Dezmerias, y Prouincias de Religiones, desuerte que lo temporal se corresponda con lo espiritual,

Quoad temporalia verò sacerdotali Supremo Principi iure suo t competet limitum, & terminorum separatio, & divisione, in proprio territorio, & dominio, leg. Deprecatio 9. ff. ad leg. Rhod. de iact. DD. in cap. Duo sunt, cap. Imperatores 96. distinct. Marin. Frecchia de subfend. cap. Quis dicatur Comes, num. 34. Boerio consil. 74. à num. 1. facit gloss. in cap. 1. verb. Diuiss Imperiali iudicio, distinc. 10. Hieronym. de Monte vbi supra, cap. 2. num. 11. Marc. Anton. Peregrin. lib. 1. variar. tit. 1. de iurisdic. Ordinar. & Deleg. num. 105. Giurb. consil. 89. num. 3. D. Castill. de tert. cap. 18. à num. 161. & cap. 41. n. 2. D. Salgad. vbi suprà per tot. cap. Camill. de Medic. consil. 21. n. 17. Camill. de Larath. consil. 3. n. 11. Petr. de Marca vbi suprà, lib. 4. cap. 13. §. 3. & in 2. præfat. 1. §. 12. Laudens. in tract. de primog. nu. 299. Moncada loco citato, num. 171. quibus addere poteris pro illustratione, dict. 1. Deprecatio 9. Zeall. commun. contra commun. quæst. 576. & quæst. 906. à num. 24. Bellug. in specul. Prin: ip. rubric. 14. §. Veniamus, num. 6. D. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 2. cap. 21. num. 19. & 52. & lib. 3. cap. 3. num. 46. Mendoza de pacl. lib. 1. cap. 15. num. 25. Vazquez Menchac. in præfat. controvers. illustr. num. 25. & lib. 1. cap. 20. Penn. in leg. Cùm nequæ Cod. de Incol. lib. 10. Iass. in leg. Cunctos populos, Cod. de Summ. Trinit. num. 10. Tap. in rub. de constit. Princip. num. 81. Merlin. controvers. centur. 1. cap. 13. num. 35. gloss. iuncto text. in leg. fin. Cod. de quadrien. præcrip. verb. Principis. D. Chumacero in memorial. ad Sanctis. sobre las diferencias con el Colector de Portugal, fol. 7. versic. Tautique, D. Isidor. Aparicio Gilart, sodalis meus in memor. pro Oppido de Peniscola, num. 19. lit. G. Mieres de maiorat. 4. part. quæst. 1. num. 229. Giurb. consil. 1. à num. 16. D. Amaya lib. 1. obseruat. cap. 1. Maximilian. Faust. in consil. pro ærar. class. 4. ordin. 281. & class. 5. ordin. 462. Messam. variar. lib. 3. cap. 34. numer. 7. amantif. Praeceptorem D. Retes lib. 2. de interdict. & relegat. in leg. Relegatorum 7. §. Relegatorum 18. Ità Rex Catholicus in Regno suo Prouincias, & terminos diuidit, leg. 2. tit. 1. part. 2. illic: E èl solo es otros podes-
roso de partir los terminos de las Prouincias, e
de las Villas, vbi D. Greg Lop. dict. leg. 9.
tit. 2. lib. 2. Summar. Ludou. Messia ad leg.
Tolet. 9. part. fundam. 2. num 53. D. Salgad.
dict. cap. 14. à num. 9. Moncada vbi suprà, nu-
mer. 172. potestque, & aliis quicumque
Principes unam t Ciuitatem ad libitum in
duas diuidere, & è contrà, leg. 1. Cod. de Me-
tropoli. Serit. lib. 11. vbi gloss. Aut. ut iudi-

ces sine quoquo suffrag. §. Illud, leg. Si eadem 3:
ff. de offic. Assessor. vt notant proxime addu-
cti latè Doctiss. Blasius Gundisaluu à Ribe-
ro, Matritensis celebratus Aduocatus, in d. sc-
urs. Apologetic. por el Senado de Mecina
contra la Ciudad de Palermo, à num. 5.

Ex quibus iam appareat resolutio quæ-
stionis; nempe, vt secundum Regias Sche-
dulas Capitulum, Sede vacante, t necessi-
tate urgente, diuisioni, & dismembratio-
ni Beneficij rectè accedere posse; vnde non
videtur in his Regnis tenenda opinio D.
Fermos. dict. tractat. 1. de Sede Vacante, quæf.
26. num. 1. 2. 3. & 7. afferentis Capitulum,
Sede vacante, dismembrationem t Benefi-
cij facere non posse; licet in alijs Prouincijs
contrarium dici valeat, secundum ali-
quos suprà traditos: suppressioni vero, seu
vnioni non posse regulariter, nisi in casu pre-
fatæ Regiae Schedulæ anni 1643. in Doctri-
nis Indorum tantum loquentis, cum etià Episcopis id generaliter sit interdictum.
Tandem in hac materia quæri poterit an in
Patronatus Regij Beneficijs resignatio ad-
mittatur? Sanè in alijs Patronatibus t inui-
to Patrono, aut non interueniente, resigna-
tionem factam nullius esse momenti, docent
communiter Doctores ex gloss. in Clement.
vnic. verb. Manibus, de renuntiat. Cabed. de
Patronat. Reg. Coron. cap. 10. num. 1. Hiero-
nym. Gigas de pensionib. quæf. 23. à num. 4.
Vivian. de iur. Patronat. lib. 13. cap. 10. nu-
mer. 76. Gratian. disceptat. forens. cap. 835.
n. 2. Garcia de Benefic. 11. part. cap. 3. à num.
23. Calderin. consil. 2. in fin. de rer. permu-
tat. Tondut. de pensionib. cap. 62. num. 27
Rota apud Donat. Anton. de Marin. reso-
lut. iur. lib. 1. cap. 69. num. 9. immò t ape-
ritur via Patrono, ad iterum præsentandum,
Gratian. Garc. & Marin. vbi proxime, cum
teneat resignatio in præiudicium resignan-
tis, gloss. in cap. Quod in dubijs, de renuntiat.
verb. In manum, Garc. de Benefic. 2. part.
cap. 3. num. 220. Reynos. obseruat. 5. num. 17.
sed contrarium verius, vt num. 39. ex In-
noc. in dict. cap. Quod in dubijs, num. 1.
Abb in cap. Ad aures de his quæ vi, num. 7.
Garc. num. 223. Cabed. decis. 23. num. 9.
part. 2. docet.

Qui etià docent, in eis pensionem re-
seruare non t posse; quia pensio sine Patro-
no imposta, & reseruata, ipsius Patroni fa-
cultatem, & potestatem t minuit, Tondut.
vbi infra, num. 14. in fin. & num. 32. facit
etià optima Regia Schedula 14. Maij in-
fra referenda, in fine, ibi: Pues de lo contrario
(de permitir pension) seria perjudicado mi
Real Patronazgo. Papaverò in particularium
pa-

- Patronatibus (sed raro facit) absque laici
 53 Patroni ter consensu, pensionem potest re-
 feruare, Paris. de resignat Benefic. lib. 2.
 quest. 4. num. 14. Cassador. decis. 3. de iur.
 Patronat. Rota diuener. decis. 902. part. 4.
 Ricc. in prax. for. Ecclesiast. decis. 201. Car-
 dinal. Seraphin. decis. 1264. Tondut. de
 pensionib. cap. 25. num. 1. & 3.

- Quoad Nos, res est extrà controuersiam,
 54 Patronatus Regij Beneficiat ressignari non
 posse, vt latè tradit noster P. Auendañ. in
 Thesaur. Indic. tit. 19. à num. 56. Nec in fa-
 larijs, seu stipendijs Doctriniorum pen-
 siones ter admitti, vel permitti, ex Regia
 Schedula 14. Maij 1654. quam referre
 placuit, quia non est omnibus nota.

56 **E**L REY. Conde de Saluatierra, Pariente, ter
 Gentil-Hombre de mi Camara, mi Virrey,
 Gouernador, y Capitan General de las Pro-
 vincias del Perù. El Obispo de la Iglesia Ca-
 tedral de la Ciudad de Guamanga, en carta
 de 17. de Julio del año passado de 1652, refiere,
 que algunos Curas de aquel distrito han tra-
 tado de que se les dé Coadjutor, y deniendose
 guardaren esto lo que dispone el derecho, con-
 trauiniendo à mi Real Patronazgo, han he-
 cho dexacion de sus Beneficios, y puesto edicto
 á ellos, reservando para si una pension en el
 Synodo de los Beneficios, y por auer hecho esto
 antes que el dicho Obispo entrasse en el dicho
 Obispado, no auia querido alterarlo hasta
 darmel quenta dello, para que mandasse lo
 que mas conuiniesse, y que él tenia por cosa
 no conforme á derecho, que un Cura dexasse
 su Beneficio, y una pension en él, y la llevase-
 se sin trabajar, quando yo dava los Synodos,
 para que dellos se sustentassen, y no hizies-
 sen molestias à los Indios.

X auiendo visto por los de mi Consejo
 Real de las Indias, ha parecido ordenaros, y
 mandaros, como lo hago, que luego que reci-
 bais esta, dispongais se reduzgan estos Benefi-
 cios á su primer instituto, no dexando en pie
 la pension, ó pensiones que en ellos se huui-
 ren puesto, sino que los que siruieren los Be-
 neficios, percibian enteramente toda la cantidad
 del Synodo que les toca: ordenando, que para
 lo de adelante no se hagan, ni constiuant seme-
 jantes reservas, ni permitir estas nouedades, si-
 no que se guarde, y obserue lo que por derecho
 está dispuesto; pues de lo contrario seria perjudi-
 cado mi Real Patronazgo, con consequencias tan
 dañosa. Fechada en Aranjuez á 14. de Mayo
 1654. años.



S V M M A R I V M.

- 1 D. Solorzanus huius capituli materiam latè tractat.
- 2 Reges, & Principes sunt Protectores, & Patroni Cathedralium suorum Regnum.
- 3 Ecclesiarum bona protegunt etiàm, & defendunt, & num. 4.
- 5 Episcoporum defunctorum bona custodi-
re, ad Regiam spectat Dignitatem.
- 6 Ecclesia Pastore viduata sub Regis con-
seruatur protectione.
- 7 Rex Catholicus Protector, & Defensor Ecclesiarum, Prælatorum, ac Benefi-
ciorum, appellatur.
- 8 Sic etiàm est Sancti Tridentini Concilij
Protector.
- 9 Legisque Christi Domini principalior pro-
pugnator.
- 10 Orbis Christiani defensor.
- 11 Ordinario regulariter competit Beneficij
vacantis, etiàm Patronatus, custodia.
- 12 Quod cessat respectu Beneficiorum Pa-
tronatus ad Reges, & Principes spe-
ctantis.
- 13 Quoniam in his Regulæ Ordinariae non
procedunt.
- 14 Reges Galliæ colligere, & seruare fa-
ciunt fructus Ecclesiæ vacantis, & n.
17. Sic apud Neapolitanos, Lusitanos,
Polonos, &c. & num. 25. 26.
- 15 Qui deinde in vsus eiusdem Ecclesiæ, vel
in alios pios conuertuntur, sed aliud in
Ecclesia Carnotensi seruatur, & num. 18.
- 16 Vacante Ecclesia, Beneficia, & Præben-
das conferunt Reges Galliæ, quod ab
Usurpatione, aut consuetudine, trahit
originem, & num. 22. 23.
- 19 Feudus vassallo vacans cum redditibus à
domino occupatur.
- 20 Decimæ sunt temporales, licet ius perci-
piendi eas, sit spirituale.
- 21 Tanquam temporales eleemosinis, aut subi-
sidij non subiçuntur.
- 24 Rex Galliæ iure Regaliæ Beneficia con-
ferens, non requirit Papæ consensum; se-
cùs, quando extra Regaliæ ius præsen-
tat.
- 27 Antiquo more, spolia, & morientis Epis-
copi bona Imperatorum utilitatibus occu-
pabantur, & num. 43.

- 28 Hoc Fridericus II. damnauit, eaque Ecclesijs, & ipsarum Prelatis dimisit.
- 29 Ante eum, id ipsum decreuit Otto IV. quoad mobilia, & se mouentia.
- 30 Regalia ius, apud Gallos, vocatur, quod iporum Reges obtinent, Sede Episcopali vacante, & num. 48.
- 31 Hoc ius ab Anglia trahit principium.
- 32 Estque duplex; aliud spirituale in Beneficiorum collatione; aliud temporale, in fructuum perceptione consistens, & num. 36.
- 33 Ius hoc durat, quousque successor Episcopus fidelitatis praestat iuramentum.
- 34 Quid aupd eos, hoc casu sit inuestitura, & num. 35.
- 37 Regalia ius habet locum, vacante Ecclesia, etiam per translationem.
- 38 Rex percipit fructus Capellæ vacantis iuris Regaliae.
- 39 Patroni in Cantabria fructibus Beneficij vacantis, tempore vacationis, fruuntur.
- 40 In Regnis Hispaniae eadem, iure antiquo, seruabatur praxis, colligendi, ac custodiendi vacantis Ecclesiæ fructus.
- 41 Hoc ius Regi nostro, an ex consuetudine,
- vel priuilegio Pontificio competit? & num. 54.
- 42 Ex his bonis, & fructibus nihil sibi percipit Rex noster, & num. 52.
- 43 Iure antiquo Prelati defuncti bona ad Regiam Coronam pertinebant.
- 44 Inuentarium fieri debet bonorum Prelati defuncti, & Ecclesiæ vacantis.
- 45 Hoc inuentarium Iudicis Sæcularis interuenit fit; licet alij contrarium defendant, & num. 46.
- 47 Regalia, similiter apud Nos, appellatur, hæc custodiendi facultas.
- 49 Hodie tamè apud Hispaniam hæc Regalia, ut plurimum cessat.
- 50 Similiter apud Cathalonicos vocatur Regalia, & num. 51. 53.
- 55 Motuum sententia dicitur pars illius, consertque ad intelligentiam.
- 56 Narrativa priuilegi Tapa, probat.
- 57 Decimæ, primitæ, & iura conferendi, spectant Regi nostro in Cathalonicis Principatu, & num. 58.
- 59 Pontifices Romani reseruntur, qui has decimas concessere.
- 60 Item Doctores de his concessionibus agentes.



ARGUMENTVM.

Regalia colligendi, seruandique Cathedralium vacantium fructus, ac redditus, Regibus, & Principibus competens, plenè traditur.

CAP. XVI.

Materiam huius disceptations plenè, & latè tractatam, quoad Nos, reperties apud D. Solorzan, lib. 3. de Indiar. Gubernat. per integra capita 11. & 12. nihilominus ex his, quæ ibi traduntur, nonnulla hoc capite, & seqq. attingam; reliqua, cum casus contigerit locis relatis videnda, & obseruanda sunt.

Ergò ad disputationem hanc in memoriam reuoca, quæ supra, cap. 1. num. 4. dixi: Videlicet, Reges omnes, & Principes Catholicos, in proprijs Dominijs, & Regnis Ecclesiistarum, & Episcopatum esse protectores, defensores, & Patronos ex sententia textus in cap. Principes 20. cap. Res autem 21. 23. quæst. 5. Palac. Rub. in introduct. rubr. de donat. inter vir. & uxor. num. 24. Cabed. decis. 84. num. 2. part. 1. D. Valenç,

consil. 196. num. 57. cum alijs, ibi traditis.

Ex cuius principio, & iuris necessitate, aut obligatione similiter sequitur, earundem Ecclesiistarum bona t ipsosmet Principes protegere, defendere, ac custodire teneri, debereque, ut ex iuribus proximè relativis notant, D. Valençuel. Palac. Rub. num. 28. vbi supra Cabed. dict. decis. 84. & de Patronat. Reg. Coron. cap. 37. num. 7. Petr. Marca, in concordia Sacerdot. & Imperij, lib. 4. cap. 9. §. 5 & lib. 8. cap. 22. à princ. & §. 7. cum seqq. & antè eos, fuit doctrina Speculator. in tit. n° Sede vacante, ad fin. vbi docuit, aliquos Principes Sæculares Episcopali, Sede t vacante, habere guardiam, custodiā, & administrationem bonorum Ecclesiæ, etiam iure Regaliae ad bonum finem, docent Franc. Marc. decis. 90. num. 6. & decis. 98. part. 1. & decis. 44. à num. 8. & decis. 560. part. 2. Barbos, ac iur. Ecclesiastic. Univer. lib.

5 lib. 1. cap. 8. num. 86. P. Dian. 8. part. Moral. tract. 5. resolut. fin. vers. Ad secundum, Tondut. resolut. Beneficial. 2. part. cap. 3. §. 13. num. 7. qui notant similiter, prædefun-
di Episcopi bonorum + custodiam, nè interim rapinis, & latrocinijs pateant, ad Re-
giam spectare Dignitatem, Cabed. dict. decis. 84. num. 1. D. Solorzan. dict. cap. 12.
num. 15. & alij infra, sicque communiter dici solet, Ecclesiam Pastore + viduatam,
sub Regis protectione conseruari, vt ad-
uertunt Affict. ad constit. Neapol. lib. 3 ru-
bric. 28. num. 1. & eo relato, D. Solorzan.
dict. cap. 12. num. 10. & cap. 11. num. 43.
Cabed. dict. decis. 84. num. 2. & dict. cap. 37.
num. 7. & 8. D. Valençuel. dict. consil. 196.
num. 58. Barbos. dict. cap. 8. num. 87.

Quæ omnia Regi nostrō Catholico, ma-
ximè conueniunt, qui verè protector, &
7 defensor + Ecclesiarum, Prælatorum, &
Beneficiorum, Beneficiorumque paſsim
appellatur, & experitur Pereyr. de man.
Reg. cap. 7. a num. 1. Acuña in cap. Hadria-
nus 63. distinct. num. 5. & his relatis, optimè
Cæſar. Caren. resolut. forens. resolut. 1. nu-
mer. 22. iunctis gloss. in Clement. vnic. de re-
nuntiat. verb. Manibus, cap. Ad hæc, de
offic. Archidiac. Cabed. de Patronat. Reg.
Coron. cap. 10. num. 1. & 3. addit. rursus
Carenā num. 23. ex Bobadill. lib. 2. Politic.
cap. 18. num. 135. & 194. Flores de Mena
variar. lib. 1. quæst. 4. num. 35. & 62. Bar-
bos. in collectan. ad Concil. Tridentin. sess.
25. de reformat. cap. 2. num. 3. D. Salgad. de
Reg. protect. 1. part. cap. 1. prælud. 2. numer.
73. D. Palafox en el memorial sobre los diez-
mos de las Indias, sub liter. Z. versic. Halla-
se practicado in margin. Azeued. consil. 37.
num. 11. & in leg. 2. tit. 6. lib. 1. Recopil.
Regem + nostrum Catholicum Sancti Tri-
dentini Concilij esse verum defensorem, vt
alijs paſsim obſeruant, D. Solorzan. dict.
lib. 3. cap. 3. num. 67. idem Barbos. dict. sess.
25. cap. 20. num. 15. & de iur. Ecclesiast. lib.
2. cap. 11. a num. 57. & de pensionib. quæst.
6. num. 6. vbi ait, eius decreta in vniuerso
Regno custodiri iuſſisse Regem Catholicum
D. N. D. Philipp. II. ex Herrer. in ipso. lib.
6. cap. 1. ann. 1564. Emman. Rodrig. tom. 2.
Regul. quæst. 63. art. 19. Valdès de Dignit.
Reg. cap. 22. num. 5. & alijs, D. Salced. de leg.
Polit. lib. 2. cap. 7. num. 8. P. Dian. 4. part.
Moral. tractat. 1. resolut. 77. Bullis maxi-
mè in id expeditis, per Summos Pontifices
Pium V. & Gregor. XIII. vt notant Flores
de Mena dict. num. 62. Ludou. Sarab. de in-
riſdict. adiunctor. quæſ. 30. num. 32. & ante
eos, Paz. in prax. tom. 2. prælud. Ultim. no-

uissime D. Montemayor. ad decisiones H' ſpa-
mol. vigil. 2. num. 27. Legis Christi Domi-
ni + & ipsius Ecclesiæ principalem propug-
natorem, eum appellant, Ioan. Redin. de
Maiſtat. Princip. verb. Imperatoriam, nu-
mer. 3. D. Valençuel. consil. 99. num. 27.
Ioan. Scobar à Corro de puritat. & nobi-
litat. 2. part. quæſ. 1. gloss. 5. num. 45. D.
Salgad. de Reg. protect. 1. part. prælud. 2. a
num. 72. & de ſupplicat. ad Sanctis. 2. part.
cap. 1. Pareja de instrum. edit. tit. 2. resolut.
2. num. 45. Did. Valdès in allegat. iur. pro
Eccles. Cathedral. Palantin. ſobre retenér yn
Breue de ſu Santid, en que concedió al Almi-
rante de Castilla la presentacion de las Canon-
gias della, a num. 1. Pallares Gayoso in me-
morial. ſobre no deuer contribuir la Iglesia de
Lugo en el ſeruicio de Millones, num. 38. in
fin. D. Hieronym. de Prado Verastegui, in
defens. Canonic. por la jurisdiccion Ecclesiastica
de la Metropolitana de Granada, y ſobre
reſtituir la multa de mil ducados, que im-
puso la Real Chancilleria al Canonigo D. Fran-
cis. de Peralta Caluillo, art. 3. num. 257. in
fin.

Immò totius Orbis Christiani Protector
+ constituitur in Regia Schedula primo No-
uemb. 1591. tom. 3. impress. pag. 435. & seq.
ibi: Principalmente, auiendo ne encargado, ſin
poderlo excusar de la defensa de toda la Chris-
tianidad, demás de la de mis Reynos, &c. Nec
interēſt, regulariter Beneficij vacantis.
etiam iuris Patronatus, custodiam ordinatio
Ecclesiastico + competere, ſicut eidem
spectat collatio, cap. Cum vos plerunque 4.
vbi gloss. penult. & final. de offic. iudic. Or-
dinari. vbi DD. cap. fin. codem tit. in 6. vbi
dicit Abbas, non eſſe alibi, vt refert Anton.
Thesaur. decif. 131. num. 5. cap. Quia
ſæpe 40. de electione, eod. lib. Clementin. ſtatutum eod. Francis. Marc. dict. decif. 90. a num.
1. Julian. Viuian. de iur. Patronat. 1. part. lib.
1. cap. 3. num. 24. versic. Decima septima,
D. Solorzan. dict. cap. 12. a princ. Barbos. de
offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat.
72. a num. 16. Cabed. de Patronat. cap. 25.
a num. 1.

Quoniam hoc + non procedit, in Bene-
ficijs, & Patronatibus, ad Supremos Prin-
cipes, & Reges, ſpectantibus, Cardin. Za-
uarell. in dict. cap. Cum vos plerunque 4.
Thesaur. vbi proxime, in quibus ordinariae
iuris + regulæ ceſſant, & non ſeruantur, D.
Valençuel. dict. consil. 196. num. 52. D. So-
lorzan. dict. cap. 12. num. 41. Mich. Anton.
Frances de Vrrutigoit. de Eccles. Cathedralib.
cap. 16. num. 170. In quod bene expendi
poſſe arbitror. Regiam Schedulam 29.

*Maij 1593. pag. 301. tom. 1. in qua referuntur Præbendarum Indiarum vacantium redditus ad Regium pertinere Patronatum, ibi: *Y las vacantes, que para esto pidio* (Dignitatum intellige, ut principio Schedulae constat) *demas de seren perjuicio de mi Patronago, &c.**

Praxis hæc colligendi, & custodiendi Ecclesiæ vacantis fructus, & redditus, Gallis est omnino communis, & ordinaria; faciunt enim colligere, & seruare vacantium Ecclesiæ fructus, & prouentus Galliæ Reges, vt latè tradunt Petr. Rebuff. in concord. Franc. tit. de Reg. ad prælaturas nominat. gloss. verb. In manibus, & gloss. & bodiè nimis, Rhenat. Copin. de sacra politia, lib. 3. tit. 3. num. 3. Ann. Robert. rerum iudicatar. lib. 3. cap. 1. Francif. Marc. dict. decis. 90. & decis. 93. à num. 1. & 9. part. 1. & decis. 44. num. 8. vol. 2. Zeuall. commun. contrà commun. quæst. 897. num. 244. Arnulph. Ruzeus de iur. Regalior. iur. 2. non tamè sibi, sed, vt ipso in eiusdem Ecclesiæ utilitatem, vel alios pios & vsus conuertant, vt ex Philip. Probo d. Regalib. quæst. 52. num. 4. Copin. vbi proxime, lib. 1. tit. 3. num. 7. & tit. 7. à num. 15. & Fabric. Bleinian. de Benefic. lib. 1. cap. 9. num. 36. refert D. Solorzan. dict. cap. 12. num. 80. licet aliud videbatur affirmare, num. 9. ex eisdem Auctoribus, quos habuit à D. Garcia Perez Araciel in memorial, sobre las vacantes de las Indias, num. 40. vbi in id expressum textum adducit, in cap. Ex diligenci de iur. Patronat. in antiqu. compilat. apud Anton. Augustin. & num. 75. & à D. D. Christophor. de Moscoso & Cordoua in simil. memorial, num. 197. latius de hac re discitat Petr. Marca locis iam relatis, præcipue, dict. cap. 22. §. 3. 7. 10. & 11. & cap. 24. §. 7. vbi ait, Gallorum Regem, vacante Sede, Beneficia, & Præbendas & conferre solere, vt etiam omnes ferè relati notant, idque Sanctum Regem Ludouicum fuisse executum.

Et in §. 1. dicti cap. 22. ex Caroli Calui prescripto, cuius verba refert, ait; præxim ordinariam esse, vt visitator à Metropolitanus Ecclesiæ vacanti missus, & assignatus, iuxta ea, quæ tradidi, sup. cap. 6. num. 3. vnâ cum comite, idest, Sæculari iudice, custodiat Ecclesiæ vacantis bona, donèc sit nouus Prælatus, cui restituantur; hæc sunt verba Caroli ordinationis, si aliquis Episcopus interim & obiecit; Archiepiscopus ipsi sedi Visitatorem, secundum Sacros Canones deputet, qui vnâ cum comite ipsam Ecclesiam, nè predetur, custodiat, usquedam, &c.

In Carnotensi verò Ecclesia Galliæ Rex, potiori iure videtur potiri, refert enim Marca vbi proximè, dict. cap. 22. §. 6. Vacante Ecclesia iurisdictionem, & omnia bona & temporalia, fructusque ex eis perceptos, sibi Regem retinere, & quique ex Præbendis resultant, ponitque ad literam Regij mandati verba in hunc modum, sicut *seu das vassallo vacans, interim & cum suis redditibus à domino licet occupatur, & propter defecum hominis, ut vulgari nostræ patriæ verbo vntamur, de iure, & generali consuetudine Regni nostri per dominum, quosque supervenias persona, quæ illi seruiat, licet detinetur, sic nos, & nostri antecessores, vacante Ecclesia Carnotensi, & temporalem iurisdictionem, & bona temporalia accipimus, & nostros facimus omnes fructus, qui proueniunt ex eisdem. Non solum autem nostram potestatem in bonis Episcopilibus exercemus, immo bona temporalia Præbendarum, & Dignitatum, siue sit iurisdictio temporalis, siue alia bona temporalia, quæ possint ad aliquem pertinere cum vacante præbenda, vel Dignitate, concedimus, & de eis, prædicto tanen modo disponimus, nostro iure, & §. 7. addit. decimas & esse temporales, licet ius eas percipiendis sit spirituale gloss. in cap. Is, cui de sentent. excommunic. in 6. & in cap. Cùm M. verb. Percepunt. de constitut. Gratian. discept. forens. cap. 296. num. 50. & cap. 238. num. 22. Barbos. in leg. Titia, num. 41. ff. solut. matrim. Rodoan. de spol. Clericor. quæst. 4. à num. 14. Garcia de expens. cap. 9. à num. 90. D. Castill. de tert. cap. 10. num. 6. & cap. 11. num. 6. August. Barbos. de iur. Ecclesiæ. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 3. Sefsè, decis. 162. à num. 20. Gabriel à Sanct. Vincent. de cen' ur. disput. 4. quest. 9. §. 21. numer. 292. Cabed. de Patronat. Reg. cap. 15. num. fin. idèqne, & vt temporales eleemosynis, ac subsidijs non subiiciuntur, Soto de iur. Titia, & iur. lib. 10. quest. 4. art. 3. Barbos. in dict. leg. Titia, num. 42. in fin. Garc. vbi sup. dict. cap. 9. num. 99. P. Molin. de iuslit. & iur. tractat. 2. disp. 663. num. 10. Reynos. obseruat. 50. num. 16. D. Araciel, numer. 162. D. Moscos. num. 19. vbi sup. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 6. num. 17. Zeuall. de las fuerças, 2. part. quest. 25. num. 24. D. Castill. de tert. cap. 16. num. 14.*

Nota tamè illud, quod ex Gallis Auctoriis retuli, scilicet, ipsorum Regem, vacante Sede Episcopali, Præbendas, ac Beneficia conferre solere, ab usurpatione & originem trahere; eam namque Gallorum Regem facultatem usurpasse, docent Archidiacon. in cap. Imperium 10. di-

23 *Hinc. Ioann. Monach. in cap. 2. de Præbend.*
in 6. Jacob. Cujac. ad lib. 3. feudor. tit. 1. an-
tē med. alij à consuetudine eam t pro-
uenire affirmant, Rhenat. Coppin. dict. ti-
zul. 7. à num. 11. Ruzaeus vbi suprà, in præ-
fat. versicul. Quanta fuit. Carol. de Grafs-
al. lib. 2. iur. 1. ex gloss. in cap. Concilia 17.
distinction. verb. Reuerentiam, Ioann. Andr.
ad Specularor. titul de Præbend. §. Resstat, vt
referunt Dom. Araciell num. 169. & Dom.
Moscofo à numer. 32. locis vbi suprà, Petr.
Francisc. Tondut. resolut. Benefic. dict. cap. 3.
§. 13. num. 1. & num. 34. cum seqq. adver-
tit, quod quando Franciæ Rex Dignitates,
 24 *& Beneficia, iure Regaliæ, t confert ea*
absolutè concedit, non expectato, aut re-
quisito Papæ consensu; quando verò solùm
ipse nominat, & præsentat extrà ius Rega-
liæ, Papæ competit, & spectat prouidere,
& confirmare.
 25 *Similem praxim t coiliendi, & servandi*
vacantis Ecclesiæ fructus, & redditus, pra-
cari apud Polonos, Pedemontanos, Lu-
sitanos, Neapolitanos, & alias gentes, no-
tant Rebus ff. de pacific. possess. numer. 294.
Bleinian. dict. lib. 1. cap. 9. num. 36. German.
Forgeto de iur. Regaliæ. num. 2. Coppin. de
doman. Franc. lib. 2. tit. 9. à numer. 3. Ann.
Robert. dict. cap. 1. Petr. Gregor. Sintagm.
lib. 15. cap. 12. num. 25. & lib. 17. cap. 8.
Afflct. & Cabed. vbi suprà, Valdès de Digni-
tat. Reg. cap. 22. num. 12. Consultat. Su-
premi Indiarum Consil. sobre las vacantes
dellas, artic. 2. lt. C. D. Valençuel. dict. con-
sil. 196. à num. 54. vbi de praxi quo ad-
 26 *hoc t à Neapolitano Prorege seruata,*
testatur; de qua etiàm Thom. Carleual.
de iudic. lib. 1. tit. 1. num. 344. D. Solor-
zan. dict. cap. 12. num. 10. & seqq. & n. 28.
Anton. Thesaur. dict. decif. 131. à numer. 8.
vbi eius filius Gasp. Anton. in addit. Dom.
Moscofo vbi suprà, num. 31.

In Imperio autem mos erat antiquus,
 27 spolia, & bona t morientis Prælati Impe-
 ratorum vtilitatibus occupare, & invadere;
 quem Fridericus II. damnauit, Ecclesijsque
 28 dimisit, atque concessit t ea omnia, vt pa-
 tet ex sua constitutione ann. 1213. facta,
 confirmataque postea anno 1219. quam re-
 fert Petr. Marc. dict. lib. 8. cap. 23. §. 1. per
 hæc verba: *Illum quoque dimittimus, &*
refutamus abusum, quem in occupandis bonis
decedentium Prælatorum, aut etiàm Eccle-
siarum vacantium nostri consueuerunt ante-
cessores, committere, pro motu propriæ vo-
luntatis, omnia nos spiritualia vobis (Hon-
orio Tertio loquitur, cui dirigitur con-
stitutio) & alijs Ecclesiarum Prælatis re-

Tom. I.

liquimus liberè disponenda, vt quæ sunt
 Caesaris Cæsari; & quæ Dei Deo, recta distri-
 butione reddantur.

Quod, quoàd mobilia t bona, & se 29
 mouentia decretum fuerat à suo antecesso-
 re. Otto enim IV. anno 1200. vt ibidem, re-
 fert Marca §. 2. præfata bona successoribus
 Prælatis libera dimisit, vt clarè denotant
 Procerum Germaniæ, & Cleriverba, ad
 Innocentium III. Pontificem Maximum di-
 recta, ibi: *Prauam illam consuetudinem,*
quam Imperatores antecessores sui (Ottonis)
in occupandi rebus mobilibus, vel semouen-
tibus decadentium Episcoporum, vel Abba-
tum, Principum hucusq; seruauerunt; peni-
tus, extirpans, nos Ecclesiasticos, Principes ex
bac indebita vexatione, Regali benevolentia
liberos dimisit, & decadentium bona suis suc-
cessoribus servanda, liberaliter statuit. Hæc
ad cap. 20. etiàm spectant.

Apud Gallos prærogatiua, & facultas,
 qua ipsorum Reges, Sede Episcopali va-
 cante, fruuntur, vocatur t ius Regaliæ, vt 30
 notant Galli Auctores, & præter Proh. Ru-
 zæum, Robert. & Blainian. vbi suprà, de eo
 agunt Boer. decif. 32. num. 9. Coppin. d. lib.
 1. d. Sacra Politia, tit. 8. & libr. 2. d. doman.
 Franc. tit. 9. Duaren. de Benefic. libr. 3. cap.
 11. Ioann. Papon. in decisionib. seu arrest.
 Franc. lib. 2. tit. 3. vbi arrest. 1. de origine, &
 natura huius iuris Regaliæ tractat; asseritque
 t ab Anglia trahere principium, illudque 31
 fundasse maximè Regem Philippum, cog-
 nomento pulchrum, & in appendice, ad dict.
 tit. 3. iure. 3. affirmat, Gallorum Reges duo
 Regaliæ genera t in hac parte obtinere; alte 32
 rum spirituale, quod Beneficiorum importat
 collationem; & alterum temporale, in fru-
 tuum Ecclesiarum perceptione consistens.

Quod ius eo usq; durare dicitur, do-
 nèc t successor Episcopus investiatur, iu-
 ramentumque præstet fidelitatis, Tondut.
 dict. §. 13. num. 2. & per totum, Petr. de
 Marca latè, & plenè dict. lib. 8. cap. 22. §.
 4. & 5. & cap. 24. §. 7. exprimuntque clara-
 rè verba Regis Philippi Augusti, ad bel-
 lum Sacrum proficisciatis, ann. 1190. Regi-
 né matri, & Auunculo suo Rhemensi Ar-
 chiepiscopo, Regni Gubernatoribus consti-
 tutis, præcipientis; vt Regalia retineant, do-
 nèc electus Episcopus consecratus fuerit, il-
 lic: *Regina t autem, & Archiepiscopustan-*
dit Regalia in manu sua teneant, donec electus
consecratus sit, vel benedictus, & tunc Regalia
sine contradictione reddantur. Hæc bonorum
redditio, acceptio, vel receptio, apud eos
in uestitura appellatur, quæ aliquando ad om-
nia Episcopi defuncti bona redditusq; Sede
 34
 35

vacante, decursos, extendebatur. Verum
36 posterioribus temporibus ad solam + Regaliam admittitur, ut latè prosequitur Marca dict. cap. 22. per omnes eius paragrapbos, vbi §. 2. etiā advertit, perspē eam acceptancem, & investituram à Regis manu suscipere prouisum, refert: que quemdam Monachum, factum Episcopum, Episcopatus noluisse admittere administratio- nem, donec à Rege ipso fuerit investitus, ex Epistola Diui Bernardi 170. ad Regem Ludouicū VII. missa, ibi: *Electio rite celebrata est, electus fidelis est; non autem esset fidelis, si vestra, & non per Vos, habere vellet. Nec dūn prorsus se intromittit de aliquo; quamquam invitatio Clerici, & Populi, & oppressorum affectio, & vota bonorum, id ab eo vehementissimè flagitarint.*

Huic Regaliæ iuri, etiā aperitur via
37 per translationem Episcopi + ad aliam Ecclesiā. Igitur, eo catu à die prestiti consensu, ius incipit Regaliæ, vt notauit Stephanus Graciano dict. forens. cap. 296. num. 51. Vnde Tondut. dict. 2. part. cap. 3. §. 13. à numer. 10. de hoc Regaliæ iure loquens, ait, illud locum habere, & effectum fortiri, non solum per mortem Prelati, sed etiā per ipsius translationem; durat autem donec à novo prouiso iuramentum praestetur fidelitatis, Marca dict. cap. 22. §. 3. & alij supra Dom. Moscofo post num. 60.

Ex quibus iam intelligitur, quod pa-
sim à Doctoribus supponitur, & elicitor,
38 Capellæ nempē + iuris Regaliæ vacantis fructus Regem percipere, & habere, Arnulph. Ruzenus de iur. Regalior. priuil. 300. à numer. 1. Restaur. Castald. de Imperator. quest. 10. num. 29. Egid. Magist. in tractat. de Regal. cap. 4. & seqq. Carol. de Grassal. de Regal. Franc. libr. 2. iur. 1. Boer. dict. num. 9. D. Solorzan. dict. cap. 12. numer. 41. D. Valençuel. dict. consil. 196. numer. 52. Hoc ipsum Cantabris accidere videtur; tra-
ditur enim, ac refertur + in particularium Patronatibus Cantabriæ, fructus Beneficij vacantis Patrono pertinere, ita D. Ara- ciel ubi supra, num. 131. ibi: *Resto se practica en quantos Patronazgos ayer Vizcaya, donde aunque no ay a reservado el Patron expresamente las vacantes, las lleva; porque solo fue señalar congrua a los Beneficiados, y Mi- nistros.*

In Hispanicis Regnis, secundum pris-
cum ius, servatur eadem praxis colligendi
40 + custodiendi vacantis Ecclesiæ fructus, ex antiqua consuetudine, de qua testatur l. 18. titul. 5. part. 1. in illis verbis: *An-*

gua costumbre fue de Espana, è dura toda via, è dura oy dia, que quando fina el Obispo de algun lugar, que lo fazen saber el Dean, è los Canonigos al Rey, &c. è que le encomiendan los bienes de la Iglesia, è el Rey debegelo otorgar, è enviarlos a recabar, vbi Dom. Gregor. Lopez gloss. 3. & in l. 11. tit. 15. eadem part. gloss. 4. vbi dubitat. Vtrum hoc Reginostro ius + ex consuetudine competit, vel permittatur à Sancta Romana Sede, ob distantiam ab illa, & utilitatem Ecclesiæ prouenientem, dict. l. 18. recte in hoc expen- dit, Dom. Solorzan. dict. cap. 12. numer. 7. & 8. & num. 15. vbi quod nihil ex his bonis + sibi Rex noster percipit, Pa- lac. Rub. de Benefic. in Curia Vacantibus, §. 10. Gutierrez practicar. question. libr. 2. quest. 49. num. 4. Cabed. dict. decis. 84. à num. 1. Lassant. de decim. vendit. cap. 19. num. 48. Ioseph. Selsse de inhibition. cap. 10. §. 1. à num. 31. Villadiego. in Politic. cap. 5. §. 20. num. 107. Zeuall. de las Fuer- gas, 2. part. quest. 78. num. 13. Dom. Ara- ciel ubi supra, à num. 140 & 155. Dom. Salgad. de supplicat. ad Sanctissim. 1. part. cap. 1. à num. 117. & cap. 10. numer. 20. & melius num. 68. Carlénal. de Iudic. dict. numer. 344. Mich. Moez de Iturbide in cap. Generali 13. de election. in 6. à num. 1. Ro- deric. Mendez Silva in Catalog. Reg. pag. 101. vbi ait, Prelatorum defunctorum + bona ad Regiam Coronam antiquitus per- tinuisse; quoysque Rex Alphonsus XI. anno 1254. ea dimisit successoribus.

Qui rursus Doctores, supposita in Rege nostro facultate, vel etiā necesse-
itate custodiendi, & colligendi Episcopi
prædefuncti bona, docent, de eis inuen-
tarium omnino fieri debere (iure enim
sanctum est, successorem + in custo-
dia bonorum Ecclesiæ vacantis illo-
rum descriptionem facere teneri, cap.
Charitatem 12. quest. 2. Abb. in cap. Ut
præteritæ, in fin. de election.) Sæcularis
Iudicis interventu, & eorum custodiam
penè fidum deponi sequestrum, vt deinde
facilius creditoribus valeat satisfieri,
& ne sæculares Iudices ab Ecclesiasticis
+ vim, & molestias patientur, in Re-
gio Castellæ Senatu Regias, & stylatas
literas dari solere; late notant nostri su-
pra traditi, quibus addendi sunt Pereyr.
decis. 95. numer. 16. & de man. Reg. 1.
part. concord. 8. numer. 214. Curia Phi-
lippica 1. part. §. 5. num. 27. nouiss. Sim. Bar-
bos. in repertor. verb. Episcopi bona, pag.
131.

46 Licet contrarium + quodad inventarij confectionem teneant, Augustin Barbos. de iur. Ecclesiast. vniuers. lib. 1. cap. 8. num. 88. ex Martha de iuri dict. 4. part. cas. 122. à numer. 14. Francisc. Marc. decis. 105. part. 1. P. Dian. 4. part. Moral. t. actat. 1. resolut. 110. & iterum 8. part. tractat. 5. resolut. ultim. relato P. Fagund. de contractib. libr. 6. cap. 4. num. 14. docentes per Ecclesiasticum fieri debere; est enim quoad nos indubitatum, vt fiat per saecularem.

Similiter in Hispaniarum Regnis hæc 47 potestas, & prærogatiua vocatur + Regalia ad Regem nostrum Catholicum Ipe-
ctans, vt testantur Camill. Borrell. de præ-
stant. Reg. Cathol. cap. 5. num. 7. illic: Tertiò dicuntur Regalia Ecclesiæ, vel iura Patrona-
tus ad collationem, siue nominationem Prin-
cipum, ac Regum spectantia; & eorum sa-
cularium Principum, qui se intromittunt Se-
dibus vacantibus in tutela reddituum Ec-
clesiasticorum, de quibus Ioann. Monach. in
cap. Generali, de electione in 6. & in cap. 2.
de Præbend. in 6. & nouissimè Arnulph.
Ruzeus de iur. Regalior. in prefat. part. 2.
& Philip. Prob. in tractat. eiusdem tituli,
quest. 1. in fin. ponit est Rex Catholicus,
hæc Borrell. adde Dom. Araciel ubi su-
præ, post num. 112. & num. 139. cum seqq.
Consultat. Suprem. Consil. dict. artic. 2.
lit. E. & H. Mich. Moez in dict. cap. Gene-
rali, num. 1. Gabriel. à Sanct. Vincent. de
censur. disputat. 4. quest. 2. §. 3. numer. 33.
Ex quibus iam animadvertisit, vt suprà
notauit, Episcopali Sede + vacante, ius
Regalia locum habere, & docent Cardinal.
Seraphin. decis. 1353. nn. 7. Barbos. dict.
cap. 8. nn. 87. D. Valençuel. dict. consil. 196.
num. 58.

49 Hodie tamè in Hispania nostra, vt
plurimum. hæc + colligendi, & seruan-
di fructus vacantis Regalia, cessat, cùm
hoc ad Reuerendam Cameram Apostoli-
cam spectet, vt notauit Supremus India-
rum Senatus dict. art. 2. num. 7. ibi: Y la
especie de Regalia, que por costumbre anti-
guia tenia la Dignidad Real de mandar guar-
dar, y tener en custodia los frutos de las
vacantes, hasta que se entregassen al futo-
ro sucesor, como se refiere en la ley de la
Partida, la ha perdido esta Corona, que co-
mo pertenecen las vacantes à la Camara
Apostolica, por su Colector se guardan, y ad-
ministran.

50 De hac praxi, & Regalia Potentissi-
mo Regi nostro in Cathalonie Principa-
tu pertinente; extat + memoria in qua-
dam illius Senatus Consultatione die 15.

Tom. I.

Februarij 1551. Invictissimo Imperato-
ri, Hispaniarum Regi nostro Carolo V.
directa, ferè omnes Principatus Catha-
lonici Regalias complectente, quam ad
literam tradit nostras Narcis. Peralta in
tractat. de la potestat Secular en los Ecle-
siastichs, per la Economica, y Politi-
ca, post cap. 15. fol. mihi 80. ibi: Ha-
bet Maiestas vestra custodiam Ecclesia-
rum vacantium de suo Patronatu Regio,
Ec.

51 Latius refertur + in motu cuius-
dam sententiæ ipsiusmè Senatus Catha-
lonici die 2. Augusti 1577. latæ, cui sex-
decim interfuerunt Doctores, ac Senato-
res, quam etiam tradit idem Peralta.
cap. ultim. post num. 6. fol. 112. illic:
Constat inter cæteras Regalias, quas ha-
bet Maiestas Regia in dicto Principatu es-
se, quod vacantius Beneficijs de suo iure
Patronatus, habeat Dominus Rex custo-
diam ditorum Beneficiorum, non ut fru-
ctus + suos faciat, nec de illis disponat;
sed tantum, ut per suos Ministros dictos
fructus conseruet futuro + successori, ex 53.
qua consuetudine maxime, sicutibus tot,
& tantis subsidijs præstitis Sanctæ Sedi
Apostolice per Comites Barcinonæ, & Re-
ges Aragonum, præsumitur priuilegium
dictæ + Sedis Apostolice, dictis Regibus 54.
concessum, præcessisse, Ec. iunctis (quoad
hoc priuilegium rectè præsumptum) Bu-
tr. in cap. Ad Apostolicam, de his, que
fiant à Prælat. numer. 17. Barbat. inter
consilia Alexand. consil. 74. numer. 21.
volumen. 4. eodem Alexandro consil. 6.
numer. 5. volumen. 1. Curt. Iunior con-
sil. 58. numer. 18. Ponte consil. 8. num. 7.
tom. 2.


55 Quod motuum, maxime in antiquis
multum insuit, & confert (vt id obiter
notemus) cùm dicatur pars + sententiæ,
& ipsam declarare, latè Hieronym. Ma-
gon. decis. Florent. 47. numer. 10. & decis.
54. num. 1. & decis. 132. num. 16. nostra-
tes Silver. Bernart. in respons. iur. pro Re-
gio Patronat. 1. part. §. 2. num. 6. (vbi etiam
ait, ex Mohedan. decis. 260. numer. 3. DD.
in cap. Cùm à nobis, de testib. narratiuam +
priuilegiij Papæ probare) Sesse decis. 314.
num. 79. & decis. 334. num. 2. Ioseph. Ram.
consil. 45. Ioann. Petr. Fontanell. decis. 287.
num. 18.

56 In simili materia Ecclesiastica, quam
Reges nostri in Cathalonico obtinent Prin-
cipatu, affirmant aliqui, etsi aliunde
de Apostolica concessione non constaret,
sufficere + illud allegare priuilegium, quod 57

ei rei sat videbitur, immemoriali probata possessione, Oliuan. de iur. Fisc. cap. 13. nam. 8. ex Barth. in 1. Cùm de in rem verso, num. 3. ff. de usur. Silver, Bernart. in respons. iuris pro Reg. Patronat. 1. part. §. 10. 58 num. 6. & seqq. Decimæ, inquit, t & primaria, & iura conferendi, & eligendi pertinenter, & semper pertinuerunt Comitibus Barcinon. ex vi privilegi Apostolici de quo licet aliter non constet, sufficit allegare illud, & in memorialem possessionem, probare, nec requiritur alia privilegij probatio.

Cæterum, quoad decimas, & primicias, Regi nostro Catholico aliquibus in partibus Aragonum Coronæ pertinentes, allegatio, & defensio illa necessaria non est; constat enim, notumque est omnibus t Summos Pontifices Alexandrum II. (qui anno 1061. creatus fuit Papa) Gregorium VII. & Urbanum II. eas Regibus Sancto anno 1073. & Petro I. eius filio anno 1095. & ipsorum successoribus indulsisse, approbasseque concessionem à prefato Alexandr. II. factam; horum Pontificum nempe Gregor. & Urban. Bulæ referuntur integræ inter allegationes iuris super redditibus, & fructibus Ecclesiæ Indiarum vacantibus editas, de quibus suprà hoc cap. & seqq. post Concordiæ instrumentum infra cap. 19. à num. 2. traditum fol. 14. & seqq. de eisque indultis, & concessionibus t memoriam agunt Beuter. in Chronic. lib. 2. cap. 8. Silver. vbi suprà, 1. part. §. 2. à princip. Zurit. libr. 2. Annal. Aragon. cap. 50. Miedes Histor. Reg. Iacob. lib. 1. cap. 9. Valdès de Dignit. Reg. cap. 20. à num. 25. Petr. Gregor. 2. part. Sintagmat. lib. 17. cap. 7. numer. 22. Illeſc. lib. 5. Histor. Pontific. in vita Petr. I. Aragon. Reg. fol. 275. D. Valençuel. contra Venetos, 3. part. num. 202. Calixt. Ramirez de leg. Reg. §. 31. num. 30. Petr. Bellug. in Specul. Princip. rubric. 13. versic. R. stat, numer. 14. vbi Camill. Borrell. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 18. num. 146. Luc. Martin. Sicul. rer. Hispan. libr. 8. cap. 13. Cabed. decis. 63. num. 4. part. 2. D. Leo decis. 3. num. 10. Mich. Ferrer 3. part. obseruat. cap. 278. Emman. Rodrig. tom. 2. Regular. quæſt. 44. artic. 3. in fin. Pat. Marian. de reb. Hispan. libr. 10. cap. 2. Francisc. Tariſa de Regib. Hispan. in vit. & fact. Alphons. VI. D. Araciſl sub num. 6. D. Moscoſo post numer. 151. Rota Romana in una Valentina de Gandia, coram Pampilio 2. Iunij 1599. quam referunt D. Araciſl dict. num. 6. in margin. numer. 90. & seqq. D. Moscoſo num. 150. remiſſiūe D. Solorzan.

dicit. libr. 3. cap. 1. num. 11. D. D. Laurent. Matheu & Sanz de Reginin. Valent. cap. 2. §. 5. à numer. 21. Seraphin. decis. 1293. D. Castill. de tert. cap. 36. Noguer. alleg. 39. n. 29. nouissim. doctiss. amicus meus D. Moreto, iam Limensi. Senator. in allegation. iur. sobre el cumplimiento de la Real excusitoria de los diezmos con las Religiones de las Indias, num. 49. Siluer. Bernart. in respons. iur. pro Regio Patronat. 1. part. §. 1. num. 3. 8. Carbonell. in Chronic. lib. 1. del Rey en Perse, & de les sues gentes.



S V M M A R I V M.

- 1 **R**egalia colligendi fructus vacantes procedit, maximè in his Indiarum Regnis.
- 2 Fructus hic custodiuntur, & colliguntur, tanquam proprijs Regis nostri, & n. 16. 17.
- 3 Rescripta Regia circa hanc fructuum collectionem expedita, expenduntur.
- 4 Qualiter iure antiquo vacantis portio distribuebatur.
- 5 Nouo iure, in tres solet æquales partes diuidi, & qualiter applicentur.
- 6 Traxis hæc ab anno 1617. obseruantur.
- 7 Rescriptum Regium anni 1642. iubet, unam harum partium in Hispaniam aportari, quod adhuc durat.
- 8 Regium Rescriptum refertur, quo solet futuro Praelato alia pars concedi.
- 9 Ex eo, quod soleat Rex noster, hanc Prælato applicare, non remanet ad strictus cum omnibus id facere.
- 10 Vario circa hoc versatus est Rex noster, nec uniformiter concessit.
- 11 Tertia vacantis pars, Ecclesiæ vobis applicari solita, ipsius ædificationi, aut reædificationi aliquando assignatur.
- 12 Eidem similiter quandoque nouenæ partes, ærario Regio debitæ destinantur, & num. 14. 20.
- 13 Duæ nouenæ decimarum partes in electionibus, Regi nostro reseruantur, & num. 26. 27. 41. 50.
- 15 Regis officiales colligunt has nouenas partes, et si Ecclesijs assignatae sint.

- 16 Rex noster in vacantis collectione, gratis versarur, licet possit hos fructus sibi acquirere, & num. 2. & 17.
- 18 Reges, & Princes vacantium fructibus gaudentes, pacto, aut priuilegio Apostolico acquisuisse, credendum est.
- 19 Funeralium quartae, vacantis nomine non continentur.
- 21 Decimae omnes in quatuor aequales partes diuiduntur, & n. 37. 49.
- 22 Antiquo iure, etiam in quatuor partes diuidebantur, sed distribuebantur alterius.
- 23 Praelato una ex quatuor partibus; altera Mensæ Capitulari assignatur, & numer. 24. 38. 49. 54.
- 25 Reliquæ duæ partes in nouem aequales, quas nouenos appellamus, diuiduntur, & num. 40.
- 27 Pacto potest in Patronatus fundatione aliquid ex fructibus Patrono reseruari.
- 28 Una nouena pars cum alterius dimidia Ecclesiæ fabricæ applicatur, & n. 46. 51.
- 29 Alia nouena cum dimidia Regio Hospitali, & numer. 47. 51.
- 30 Hospitale in qualibet Parochia fundari iubetur.
- 31 Reliquæ quatuor nouenæ partes Rectribus Parochialium assignantur certa forma, & n. 42. 45. 52.
- 32 Quandoque quatuor partes valorem in erectionibus designatum superant, Mensæ Capitulari applicatur excessus, & n. 44. 52. 53.
- 33 Sacrista percipit octauam partem, ex quatuor Parochis applicatis, & n. 43.
- 34 Regia R. scripta ad superiora traduntur, & num. 48.
- 35 Hoc totum continent erectiones omnes Indiarum.
- 36 Erectionum litera circa superius relata traditur.
- 55 Nibilominus erectionum litera non omnino seruatur, licet seruari passim iussum sit, & num. 56.
- 56 In cuius executionem auctor, proxima Argentina Cathedrali sinistre introductam emendari petijt.
- 57 Cathedralis Ecclesia est etiam Parochialis.

ARGUMENTVM.

PRæcedentis Capitis materia continuatur; in Indijs maximè procedit Regalia colligendi fructus vacantes; traditur illorum distributio; item decimarum diuisio, & applicatio, iuxta erectiones Cathedralium.

CAP. XVII.

Regalia, quam capiti superiori tradidi, procedit maximè, & sine controvertia, in his Indiarum Regnis, & Provincijs. In eis enim Catholico Regi nostro + collectio, custodia, & administratio fructuum decimalium, Episcopali Sede vacante, competit, l. 41. Que los frutos, inquit, de los Prelados, en Sede vacante, se metan en la caxa Real, l. fin. Que los Oficiales Reales de las Indias cobren las Sede vacantes, y expolios de los Obispos, y los tengan en las caxas, por quanto aparte, tit. 5. lib. 1. Sum. optima Reg. Schedul. 29. Maij 1581. tom. 2. impres. pag. 46. de qua infra, cap. 19. à n. 37. late D. Solorz. de Indiar. Gubern. cap. 12. Noguer. alleg. 26. à n. 22. D. Villar. en el Gouern. Eccl. 2. p. q. 20. art. 3. n. 79. D. Escalon. en el Gazophil. 2. p. lib. 2. cap. 33. à n. 1. & ante eos D. Araciel, Consult. Suprem. Indiar. Consil. & D. Moscos. loc. relat.

Tom. I,

cap. præced. Thom. Auend. & D. Leo Pinell. in alleg. iur. sobre la v. tante del Cuzco, à num. 32. addunt rursus D. Araciel nu. 154. Consult. art. 2. n. 8. & D. Moscos. n. 139. hos fructus + vacante Sede, de cursos percipi, colligi, & custodiri per Regios Oficiales, non ab solutè in custodiam, vt in Regnis Castellæ obtinebat, ex lege Partitæ; sed tanquam proprios Regis, de quo infra cap. seq. agemus.

In hanc materiam plures, diuersis téporibus, expeditæ sunt Reg. Sched. Regijs Indiarum Officialibus + curâ hanc, & custodiâ committentes, vt patet ex vna 1. Maij 1543 à qua generalis ad omnes Indiarum Regias Audientias desumpta est ordinatio anni 1563. in hunc modum: Y porque Nos tenemos ordenado, que auiendo Sede vacante por fallecimiento del Obispo, o Prelado de la dicha Provincia, se meta en nuestra caxa Real la parte de los diezmos, que conforme à la erección auia de auer, y le pertenecia al tal Prelado: Mandamos, que cada, y quando

L 3. que

que lo tal sucediere, los dichos nuestros Oficiales Reales lo cobren, y metan en nuestra Real caxa, y lo tengan en ella por quenta aparte, y nos dén aviso siempre de la cantidad, que huiiere caido de ello, para que Nos proveamos lo que mas conueniente sea al servicio de Dios nuestro Señor, y nuestro; alias 18. Ianuarij 1575. & 23. Junij 1627. ad Proregem Nouæ Hispaniæ missa, vt curaret, antiquani, circa hoc, Ordinationem (quæ est supra relata) observari illic: Y dè orden à los Oficiales Reales de Mexico, y à los demás de su distrito, que cobren las vacantes de los Obispados de aquella tierra, y los expolios, y lo tengan en su poder por quenta aparte, y auisen lo que se ha hecho de las passadas, ex quibus formatæ sunt leges supra citatæ, dict. Consultat. Suprem. Consil. dict. artic. 2. liter. Q. sub num. 15. Domini Araciel num. 154. & Moscofo numer. 62. & 139. post eos, D. Solorzan. dict. cap. 12. numer. 12.

Totum hoc ex fructibus decimalibus, vacante Ecclesia, à Regis Officialibus collectum, & seruatum, prioribus temporibus, in duas & quales diuidebatur partes, quarum 4 t' vnam ipsi Ecclesiæ vacanti gratioſo titulo, vt ex ea ipsius necessitatibus, & neceſſarijs commode prouideretur, concedebant Reges nostri, alteram verò futuro Prælato, eisdem titulo, & cauila, assignabant, vt patet ex Regia Schedula 3. Decembri 1631. in illis verbis:

Auiendo los Señores Reyes mis progenitores desde que se descubrieron las Indias acostumbrado à hacer merced à las Iglesias, así Metropolitanas, como Cathedrales de ellas, quando vacan por sus Prelados, de la mitad de lo que valen sus rentas pertenecientes al Prelado desde que quelan vacas, hasta que su Santidad da el fiaſt à sus sucesores, para que con lo quemontasse la mitad de las dichas vacantes, se fuesen proueyendo de todas las cosas de que tuviessen necesidad para el servicio del Culto Diuino: y de la otra mitad à los Prelados nueuamente el gidos, &c. traditur post d. consult. Supremi Senatus, fol. 12. & à D. Solorz. dict. cap. 12. n. 33. innuit D. Moscofo num. 53. & comprobatur ex his, quæ iuxta alias Provincias, & tempora obseruata referunt D. Solorz. Vbi proxime, n. 20. & seq. & n. 30. cum alijs, & gid. Gonçalez Dauila in Theatr. Ecclesiast. in Ecclesia Querensi, fol. 41. Narr. Garc. & alij.

Nono tamèn iure, quo adhuc nunc utimur al'ud obseruatur. Ergo hodi' tota vacantis Ecclesiæ portio, & summa, quæ Prælato spe-

etabat, in tres æquales t' solet diuidi partes. 5 Prima ipsi vacati Ecclesiæ, vt eam valeat in viſus necessarios conuertere. Secunda futuro Prælato, vt facilius possit Apostolicas obtinere literas; sumptus itineri necessarios facere; & omnia ad Pontificale disponere: Tertia, denique pijs viſibus assignari solet, vt patet ex p[re]fata Regia Schedula, in illis verbis:

Por estar ya las dichas Iglesias sin tanta necesidad como à sus principios, de algunos años à esta parte les he ido haziendo merced de la tercia parte de las dichas vacantes, y otra tercia parte à los Prelados para el despacho de las Bulas, y hacer su viage à sus Iglesias, y preuenirse de Pontifical; y la orrateria parte de las dichas vacantes he reseruado para disponer de ella en obras pias, D. Solorzan. dict. cap. 12. numer. 33. 47. 81. & seqq. & ante eum D. Moscofo Vbi supra, numer. 56. Vbi ait, hoc servari t' ab anno 1617. D. Escalon. dict. cap. 33. num. 2. & num. 5. affirmat ex Regia Schedula 14. Octobris 1642. decretum fuisse, hanc nouissimam partem in pios viſus t' distribuendam in Hispaniam adsp[ort]ari, vt indies observari videmus, eodem fine; vt felicet pijs applicetur, causis, & viſibus; nec par erat, aut viſum fuit, in alios expendi, secundum ea, quæ aduertit Gasp. Anton. Thesaur. in adit. ad Anton. eius patr. decis. 131. in fin.

Rescriptum Regium, quo illa tercia vacantis pars futuro t' concedit solet Prælato, sic ferè sempèr concipitur.

EL R EY. Oficiales de mi Real hazienda de la Ciudad de N. en la Provincia de M. por parte de B. à quien h[ab]e[re] presentado para el Obispado de la Ciudad de P. se me ha representado los grandes gastos que ha de tener, así en el despacho de sus Bulas, como en el de los Pontificales, y viage que ha de hacer para llegar a su Iglesia; suplicantome, que para poder acudir à esto fuese seruido hacerle merced de la tercia parte de la vacante de aquel Obispado. Y auiendo visto en el Consejo de Canara de Indias, y consultadosene sobre ello, lo he tenido por bien; y así os mando auerigüéis, y sepais lo que han valido todos los frutos, y rentas del dicho Obispado desde el dia que vacó por fallecimiento de R. su ultimo Prelado, hasta el en que su Santidad concediere el fiaſt de él al dicho B. y le acudireis con la tercia parte de lo que esto montare, que con testimonio de ello, y una carta de pago, y esta mi Cedula, mando se os reci-

reciba, y pase en quenta lo que assi le dieredes, y pagaredes, sin otro recaudo alguno, que assi es mi voluntad, &c. Nota obiter, de hac vacantis parte Prælato concessa, posse ipsum ad libitum disponere, & testari, tanquam de bonis Patrimonialibus; cum a Regia prouenant liberalitate, ita ex Sacrae Congregationis declaratione notant, & docent D. Solorzan. de Indiar. Gubern. lib.3. cap.10. num.78. Barbos. de potest. Episc.3. part. alleg. 114. num.10. vers. Dñm Mætriti, Auendañ. & D. Leo, Pinell. in alleg. sobre la vacante del Cuzco, num.34.

Non tamèn ex eo, quod Catholicus

- 9 Rex noster t huismodi passim conferat largitatem, & gratiam, adstrictus reannet, eandem alijs Prælatis impartiri, & concedere; pender enim à libera Principis voluntate, & liberalitate, qui potest gratiam facere, vel negare, vt sèpè accide et solet, & notant D. Araciæ, num.11. & 167. Consult. Suprem i Indiarum Consilij artic.2. lit. R. & artic.3. fol.9. & seq. D. Moscoso à num.113. 121. & 143. locis relatis capite superiori, Auendañ. & D. Leo, Pinell. in alleg. sobre la Vacante de la Iglesia del Cuzco, à num.33. qui etiàm aduertunt t circà hoc varie prouisum, non uniformiter, exemplaque referunt, & post eos D. Solorzan. dict. cap.12. num.42. Gratiæ autem à Rege in his bonis factæ iuri de la Mesada non subiiciuntur, nisi specialiter in gratia dictum fuerit, leg.23. tit.13. lib.2. Summar.

Nonnumquàm similiter tertiam illam vacantis partem, quæ Ecclesiæ vñibus necessarijs ferè destinatur, eiusdem t Ecclesiæ ædificationi, aut etiàm reædificationi specialiter inuenio assignatam in Regia Schedula 28. Augosti 1552. pag.140. tom.1. illic: El repartimiento que hizieredes, aueis de tener aduertencia, que ha de serlo que faltare, sobre lo que huiiere valido, y valiere la parte, que de la Sede vacante deesse Arcobispado su Magestad hizo merced, y limosna para el edificio deessa Iglesia; y ansiismo lo que valiere la parte, que conforme à la erección de la fabrica de ella, y qualquier otras mandas particulares, que ayan hecho, o hizieren para ello. Hec Hispanus Princeps de Mexicanæ Ecclesiæ ædificatione agens.

- 12 Aliquando etiàm noto, duas t nouenas partes Regio patrimonio in decimarum diuisione referuatas (de quibus infra, num. seq. 26. 27. 41. & 50.) Ecclesiarum ædificationi fuisse concessas, in Regia Schedula 14. Decembri 1551. pag.141. eod. tom. in illis verbis: Y por quanto yo h' hecho merced à la dicha Iglesia aport tiempo de quatro años de los dos no-

uenos à Nos pertenecientes en el dicho Obispado, conforme t à la erección d's, para que se gasten, y distribuyan en las obras, y edificios de la dicha Iglesia; mi voluntades, que los dichos dos nouenos entren en la tercera parte, que á su Magestad cupiere, è huiiere de contribuir para la obra de dicha Iglesia, conforme à lo suso dicho.

In Regia Schedula 18. Januarij 1575. pag. 171. eodem, ibi: Y que se podrian aborrar los dos nouenos de los diezmos, de que t acostumbramos à hacer merced à las Iglesias, por estar bien cumplida la causa porque se les hace la dicha merced, &c. Octobris 1539. pag.200. Aora, inquit, yo soy informado, que po auer Nosotros hecho merced à las dichas Iglesias para la edificacion dellas por cierto tiempo de las dichas dos nouenas partes, no entendéis en cobrallas, quæ iterùm repetitur pag.305. tom. 3. in qua deciditur, vt nihilominus exactio, & collectio harum t nouenarum partium 15 fabricæ Ecclesiarum applicatarum per Regios officiales fiat, D. Araciæ. ubi supra, sub num.93.

Ex quibus satis aperte patet, non solum in hac Vacantis Ecclesiæ fructuum t collectione, custodia, & administratio, gratis omnino Catholicum Regem nostrum per suos officiales versari, vt iam diximus, & benè aduertit D. Escalon. dict. cap.33. num. 2. iuste insurgens in sinistre suspicantes, quamvis contrarium affirmare, & exequi t non sit omnino improbabile, supposito Apostolico privilegio, Regibus nostris indulto, quo illis decimæ omnes Indiarum, ex quibus vacantis portio componitur, concessæ fuerunt, de quo infra, cap.19. à numer.7. & 8. vt notarunt Consultat. 5. C. & D. Moscoso passim, & post num.145. dicit: No es menos cierto, que està desobligado V. Magestad de gastar las vacantes en obras pias; porque aunque en ellas se han empleado, y consumido, y V. Magestad por su clemencia, y grande atencion al Culto Diuino, llenado de su natural, y del exemplo de sus mayores, ha hecho lo mesmo. Desto no se infiere obligacion, porque no se induce de lo que pende de voluntad, &c. dict. Consult art.3. num.3. ibi: Y la mas verdadera, y juridica resolucion, es la que se ha consultado à V. Magestad sobre la distribution de la vacante de los Charcas, y que en ella, y en las demás pued. V. Magestad distribuirlas como quisiere, & ante eos D. Araciæ. post num.167. in illis verbis: Demás, que no siempre V. Magestad ha hecho merced de las Vacantes à la Iglesia, y al sucesor, antes algunas veces se ha quedado V. Magestad con ellas, y distribuidolas como hazienda Real su-

saya, & deinde, vbi exempla retulit.

Vnde obseruare licet, quod quoties dicitur, & affirmatur, Secularem Principem, ut Angliae, Francie, & alios Reges, fructuum vacantium sibi referuisse partem, pacto, aut Pontificio id acquisuisse priuilegio, & credendum est, ut de Episcoporum Spolijs in Regno Siciliae, quo ad Regem nostrum infra cap. 21. a num. 45. attingam, & de pactione fundationis Ecclesie tempore initia, dixi cap. 3. num. 26. & notant in specie ex cap. Eleuterius 30. 18. quest. 2. cap. Praeterea 23. de iur. Patronat. D. Araciel. num. 35. & seqq. Consultat. Suprem. Senat. artic. 2. lit. C. D. Moscoso a num. 31. locis vbi supra, & post illos D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 22. num. 38. D. Escalon. dict. cap. 33. num. 3. qui num. 4. ex D. Solorzan. vbi proxime docet, fructuum Vacantis Ecclesie nomine decimales tantum contineri redditus, non funeralium & quartam, verum etiam sene, pretèr prefatam tertiam vacantis partem, proprias nouenas portiones Ecclesiarum & aedificationibus assignare, ut ex dictis Regis Schedulis & alijs sat is constat.

Cæterum, ut hæc decimarum pars, quæ Prælato assignata est, & persoluitur, ex qua, ut dixi, vacante Sede, a tempore mortis, vel translationis Episcopi, usque ad fiat, & confirmationem Summi Pontificis in successoris personam, portio presentis discep- tationis componitur, radicis, & melius percipiatur, obseruandum est, in omnibus t. Indiarum Cathedralibus Ecclesijs, stabili- tum, & concordatum esse; ut ex decimis, quas Parochiani omnes Diœcesis pendunt, fiat, & constituantur una summa, vel acer- vus, aut cumulus, qui aliquibus deductis, in quatuor equeales partes distribuitur (aliter iure & antiquo distribuebantur decimæ, etiam in quatuor partes diuisæ, ut patet ex cap. Vobis 23. cap. Concesso 26. illic: In qua- tuor partes diuidat, quarum unam sibi ipse re- tineat, alteram Clericis, pro officiorum suo- rum sedulitate distribuat; fabricis terram, quartam pauperibus, & peregrinis habeat fi- deliter erogandam, cap. Quatuor 27. & seq. cum alijs 12. quest. 2. notauit Consult. Suprem. Indiar. Consil. art. 1. a num. 1. alia iura refert Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 81. a num. 22. & 27. & capit. seq. num. 24. adde leg. 19. tit. 20. part. 1. Beroi. consil. 3. a num. 40. lib. 1. Valasc. consult. 179. a princ. D.D. Francisc. de los Herreros, in allegat. sobre los gastos de la administracion de las ren- tas de imales de Cordoua, num. 4.)

Harum prima Ecclesie Prælato & spe-

ciat; secunda Mensæ Capitulari, ad con- gruam Dignitatum, Canonorum, & alio- rum & sustentationem; Aliæ vero duæ par- tes & ex quatuor relatis, eodem modo in nouem equeales, quas communiter, Nouenos appellamus, diuiduntur, quæ ita distribuun- tur. Duæ integræ Catholico Regi nostro & in signum supremi terræ dominij, & iuris Pa- tronatus illius, referuantur, quod & redi- fieri potuit, ex dict. cap. Preterea 23. de iur. Patronat. dict. cap. Eleuterius 18. quest. 1. cap. Tributum 23. quæs. Ultim. cap. Si quis Basilicam, vbi gloss. verb. Sub tributaria, de consecrat. distinct. 1. ex cap. Generali 13. §. fin. vbi gloss. verb. Fundatione, de electione, in 6. & alijs D. Marmolejo vbi supra, fol. 2. pag. 2. & fol. 7. vers. En quanto al tercero, dict. Consultat. 5. C. dict. art. 2. num. 1. D. Gre- gor. Lopez in leg. 23. tit. 20. part. 1. gloss. Ultim. Betancurt. in memorial. sobre que los Capitulares de las Indias sean proueidos en las Prelacias dellas, propos. 3. §. 5. D. Araciel. num. 85. & 107. & ex Rote decisione 2. In- nij 1599. in vna Valentina de Gandia, co- ram Pamphil. & alijs; latè D. Moscoso a num. 151. D. Palafox en el memorial sobre los diezmos de las Indias sub liter. Z. versic. Y aunque, & seq. D. Moreto in allegat. iuris, sobre el cumplimiento de la Real execu- ria de los Diezmos, num. 34. fac. trad. cap. 3. a num. 25. & passim.

Vna nouena pars & cum alterius dimidia fabricæ Cathedralis, tanquam Parochialis, & etiam fabricæ aliarum Parochialium His- panorum Diœcesis, alia etiam nouena pars & cum dimidia alterius nouenæ partis Regio Hospitali, pauperum curationi, & suspen- tationi destinato, quod quidem in qualibet t. Parochia fundari iubetur. Relique vero quatuor nouenæ partes Parochis Cathedra- lis & Ecclesie, & Parochialium Diœcesis respectuè, forma infra exponenda, spe- ciant, nisi valorem, & numerum in Erectio- nibus designatum, excedant; hec ultimæ quatuor nouenæ partes; quo in casu & por- tioni, seu partiilli in prima decimarum di- uisione, Capitulari Mensæ debitæ, accres- cit excessus, additur tamè Parochis gra- uamen, ut ex quantitate, & massa, ex dictis quatuor nouenis partibus percepta, octauam Sacristæ & eiusdem Parochiæ per- soluant. Hec omnia facile reperties in Ca- thedralium erectionibus disposita, diuisa, & ordinata; vide Concilium Mexicanum, §. 24. fol. 8. vbi Mexicanæ Ecclesie Erectio refertur, Fr. Anton. Remesal. in Histor. Chiapensis. & Goathemal. lib. 3. cap. 12. 13. & 14. qui Goathemalensis Ecclesie integrum

ponit erectionem D. Villarroel en el Gouern. Ecclesiastic. 2. part. quest. 18. art. 4. ad num. 5. vbi Cuzquensis Ecclesiae tradit erectionem, in Hispanum versam idioma, in qua cap. 25. & seqq. de hac decimarum divisione agitur; id ipsum tractant Regia Schedula Talaueræ 13. Februarij 1541. & aliae, pag. 112. & 200. tom. I. impress. ex quibus formatur l. 40. tit. 11. lib. I. Summar. per hec verba.

34 Que † los diezmos que se cobraren en cada Iglesia, se dividian en cuatro partes; las dos para el Prelado, y Cabildo por mitad, las otras dos se subdividian juntas en nueve partes; y de estas, las dos sean para el Rey, y las tres para la fabrica, y Hospital por mitad, y de las cuatro se paguen los Curas, y lo restante dellas se agregue à la Mesa Capitular, para la paga de las Prebendas, conforme à la erección, iuntis D. Araciel ubi supra, num. 8. D. D. Anton. de la Cueua & Silua in allegat. iur. sobre retener en el Consejo de las Indias el pleyto de los diezmos, a num. 5. D. Solorzan. post illos, dict. lib. 3. cap. 4. num. 15. & seqq. D. Escalon. dict. 2. part. lib. 2. cap. 32. §. 1. P. Auendañ. in Thesaur. Indic. tit. 2. num. 50.

35 Et quod hoc ipsum † continetur in alijs erectionibus Indiarum, traditur in quadam relatione, sacada de las Secretarias del Consejo, que anda con los memoriales hechos sobre las vacantes de las Indias, post Consult. Suprem. Senat. fol. 9. & seq. y se haze especial mencion de las erecciones de Santo Domingo, Portorrico, Dariel, Cuba, Mexico, Venezuela, Guatemala, Yucatan, Cartagena, Lima, Plata, Cuzco, Arequipa, y Rio de la Plata.

Quod omne ita relatum, sanè melius ad sensum patebit, litera erectionis quoad hoc, fideliter, † relata, quod facio libenter, maximè, quia facilis non est omnibus desiderantibus erectiones videre, illarum inspectio, addo rursus omnes ferè Cathedralium erectiones in decimarum divisione conuenire. Ergò quām retuli Ecclesiae Goathemalensis, sic se habet.

Quod omnium decimarum, tam Cathedralis, quam aliarum Ecclesiarum dictæ Ciuitatis, & Dioecesis fructus, & prouentus, in 37 quatuor † aequales diuidantur partes, quarum 38 unam Nos, & successores † nostri Episcopi perpetuis futuris temporibus pro honore Pontificalis habitus sustentando, & vt decentius, & iuxta Pontificalis officij exigentiam statum nostrum sustentare valeamus, absque aliqua diminutione pro nostra, & successorum nostrorum Episcopali mensa habeamus.

Decanus vero, & Capitulum, & reliqui mini-

stri Ecclesiae, quos desuper assignauimus aliam quartam † partem, modo præmisso inter eos dividendam, habeant, à quibus partibus, licet ex commissione Apostolica, & longi temporis usu, moribus, & consuetudine approbata eadem Catholica Maiestas tertiam partem (tertias in Hispania vulgariter nuncupatam) habere, & recipere integraliter consuevit. Volens tamen ipsa Maiestas erga nos suæ liberalitatis dexteram porrige propt̄ extendit, circa alias partes, qualitatibus infra expressis, Nos, & Episcopos successores, & Capitulum præfatos, ut magis debitores tanto munere referatos, efficeret, & vt pro eadem, & Regis eiusdem successoribus preces effundere teneremur, in nostra, & dictæ Ecclesiae nostræ, & Capituli in sua quarta decimarum parte liberos, & exemptiones in futurum esse voluit.

Reliquas † vero duas partes, iterum in numero dividendas partes decernimus, quarum duas eidem Maiestati Serenissimæ in signum superioritatis, & † iuris Patronatus, ac ratione acquisitionis dictæ terræ, futuri perpetuis temporibus percipiendas, & levandas applicamus. Hæc capita erectionis concordant, cum relatis, à ferè omnibus Indiarum erectionibus desumptis, in supra tradita relatione, dict. fol. 9. illud vero, quod sequitur non est ibi fideliter scriptum, sed mendosè.

Dereliquis vero septem partibus, bifariam duximus esse faciendam divisionem, quarum quatuor † de dictis, septem omnium decimarum Parochiæ nostræ Cathedralis Ecclesiae, pro dictis duobus Rectoribus, in eadem nostra Ecclesia, vt dictum est, præficiendis, cum omnibus primijs eiusdem Ecclesiae Parochiæ applicamus. Ita tamè quod dicti Rectores præstare teneantur † octauam partem dictarum quatuor partium, sic illis applicatarum, dictæ nostræ Ecclesie Sacrifice, qui teneatur iuxta morem defferuire.

Volumus autem quod si successu temporis portio cuiuslibet dictorum Rectorum, quæ modo præmisso percipi debet, summam centum viinti aureorum Castellanorum (pesos vulgariter nuncupatorum) excesserit, quod id, quod super exercuerit † reliquis Canonicatibus, portionibus, dimidijs portionibus, & alijs officijs nostræ Ecclesie Cathedralis, vt dictum est superius, applicetur.

In singulis vero Parochialibus Ecclesijs, tam dictæ Ciuitatis, quam torius † nostræ Dioecesis quatuor partes prædictæ dedictis septem, Beneficijs unicuique dictarum Ecclesiarum erigendis, & creandis applicentur. Declarantes etiam simili modo, octauam partem dictarum quatuor partium sic dictis Beneficijs applicanda-

rum, Sacrifice huins Parochialis Ecclesiae dictæ Ciuitatis, & Dioecesis nostræ esse tribuendam. Adde Regiam Schedulam 23. Novembris 1566. pag. 110. tom. 1. illic: Por ende yo vos mando, que proueais, y deis orden Vos los dichos nuestros Presidentes, y Oidores, como à los dichos Curas se acuda con la parte de los diezmos que les pertenece, y se les aplican por las dichas erecciones. Et aliam 13. Februarij 1541. pag. 112. eodem tomo, de qua infra, num. 48. & seqq.

Similiter tres partes restantes, ex septem partibus supra dictis, in duas iterum partes diuidantur, quarum unam scilicet medietatem trium dictarum partium cuiuslibet dictorum oppidorum Ecclesiae fabricæ liberè & applicamus. Reliquam vero partem, videlicet medietatem trium dictarum partium Hospitalibus cuiuslibet etiam dictorum & oppidorum assignamus; ex qua portione ita Hospitalibus applicata eadem Hospitalia teneantur Hospitali principali existenti, ubi Cathedralis fuerit Ecclesia, decimam soluere. Hæc Remesal. dict. lib. 3. cap. 14. num. 1. & 4. D. Villarroel. dict. artic. 4. num. 5. cap. 25. 26. 27. 28. & 33.

Nunc referre oportet Regiam illam, & celebrem Schedulam datam Talaueræ 13. Februarij anno 1541. quæ hæc omnia componit, & exprimit, ibi: Y porque ellos (Parochi) tengans sustencion competente, prouereis, que hecha la division se arrienden por si los diezmos de la dicha Parroquia, para que se haga dellos la division que se deue hazer, conforme à la ereccion de la Iglesia Catedral; conviene à saber, que de los diezmos de la Parrochia de la Iglesia Catedral saquen las dos partes & de quatro, para el Prelado, y Cabildo, como la ereccion lo dispone, y de las otras dos se bagan nueue partes. Las dos nouenas & dellas sean para Nos: y de las otras siete, las tres sean para la fabrica & de la Iglesia Catedral, y Hospital, que en essa Parroquia aueis de dar orden que aya, y las otras quatro & nouenas partes, pagado el salario de los Curas, que la dicha ereccion manda, lo restante dellas prouereis que se dè al Mayordomo, que fuere puesto por el Cabildo, para que se haga dello lo que la ereccion dispone, y junte con la otra quartaparte de los diezmos, que pertenece & à la Mesa Capitular, de lo qual todo, que al dicho Cabildo perteneciere, tendreis cuidado de proueer, como sepaguen las dotaciones, y salarios de las Dignidades, Canongias, y raciones, y medias raciones, y otros oficios, que por la ereccion estan erigidos, y criados para servicio de la Iglesia Catedral.

Y en la dicha Parroquia, que ansi biziere-

des, despues del dicho arrendamiento de sus diezmos sacareis & tambien dellos las dos quartas partes para el Prelado, y Cabildo; y de las otras nueue, que se hacen de las dos quartas, sacarse han ansimesmo los dos nouenos, para Nos, y los otros tres de los siete gastarse han en la fabrica de la dicha Iglesia Parroquial, y en el Hospital, que ha de auer en la dicha Parroquia; por manera, que el vn noueno, y medio sea para la fabrica, y el otro para el Hospital; y los otros quattro nouenos, que quedaren, aueis de gastare en sustentar los Clerigos, y Ministros que se han de poner en las Iglesias, para la administracion de los Santos Sacramento, y servicio dellas, y no otra cosa. Hæc Regia Schedula traditur etiam in dicta relatione, fol. 10.

Verum, licet hæc omnia ita in Cathedralium erectionibus recta ordinatione disposita inueniantur; nihilominus aliud in hac Argentina Metropolitana Ecclesia, quoad nouenarum partium designatam divisionem, & obseruatum video; audioque idem, in alijs nonnullis Cathedralibus practicari, quo iure, nescio. Igitur in ea inualuit abusus, ut nouena pars cum dimidia, quæ generaliter fabricæ assignata est, integraliter à tota decimalum massa, & quantitate desumpta, ex omni que Dioecesi collectarum composita, Metropolitanæ Ecclesiae fabricæ applicatur, & in ipsius distribuitur usus; ceteris Parochialibus Dioecesis Ecclesijs ab ipsa exclusis.

Hoc ipsum quoad Regia Hospitalia admittitur; nam Hospitalie in hac Regia Curia fundatum totam integrum nouenam partem cum dimidia, ex vniuerso Dioecesis decimalum aceruo desumptam, sibi percipit; nec aliorum Hospitalium, ceteris in oppidis, aut Ciuitatibus Dioecesis fundatorum, subuenit necessitatibus. Denique in portione Parochis secundum erectionem assignata, non solum eis, qui in Metropolitanæ Ecclesia, sed, & his, qui in alijs Hispanorum Parochijs Sacramenta administrant, contraventionis effectus obseruat atque dignoscitur; non enim ipsis quatuor nouenæ partes persoluuntur, sed eas omnes sibi acquirit, & percipit Mensa Capitularis.

Quæ omnia, quia erectionibus aduersantur, & derogant, quas omnino & seruari, & exequi iubent, quamplures Regiae Schedulae, precipue illa 5. Martij 1581. pag. 89. tom. 1. & Sanctæ Sedis Apostolicae, Catholicorumque Regum nostrorum pias, & quas impugnant mentes, ac liberalitates, reformati, & in debitos deduci, ac reduci-

terminos pro nostro Fiscali munere. in hac Argentina Cancellaria petimus iam diu. Ceterum, quia ardua res, ac grauis nimis visa fuit, eamque agrè ferre Præbendarios, & alios agnouimus, aliquorum placita admissentes, ac laudantes, pro tunc in causa cessavimus, testimonioque actorum extracto Catholicum Regem, ac Dominum nostrum consuluiimus, in diesque rescriptionem præstolamur. Vide in fine huius cap.

Libellus itaque, quem in medio protulimus, concludebat decimarum divisionem, & applicationem, quoad nouenas partes iam relatas, sic iuxta erectionis formam esse faciendam; vt fabricæ Cathedralis Ecclesiæ,

57 tanquam Parochialis (Cathedralis enim est simil Parochialis, vt patet ex supra traditis, Alexand. Ludouic. desis. 493. num. 6. Mich. Anton. Frances de Vrutigoit. de Eccl. Cathedralib. cap. 21. num. 17. & experientia patet) una nouena pars cum alterius dimidia debeat persolui; earum scilicet decimarum, quas eiusdem Cathedralis Parochialis pendunt parochiani, non amplius, & eodem modo solui debeat nouena pars cum dimidia fabricæ Ecclesiæ Parochialis cuiusvis Ciuitatis, vel Oppidi Dioecesis; veluti, fabricæ Parochialis de Potosi, Oruro, Cochabamba, Tarija, &c. ex decimis à Parochianis talium oppidorum respectiè, solutis; hoc est fabricæ Ecclesiæ Parochialis de Potosi, nouena pars cum dimidia decimorum, à parochianis de Potosi solutarum; fabricæ de Cochabamba, nouena pars cum alterius nouenæ partis dimidia decimarum, à parochianis de Cochabamba solutarum, & sic de ceteris.


Item, vt Hospitali Regio in hac Ciuitate Argentina constructo, tantum concedatur alia nouena pars cum alterius dimidia decimarum, à parochianis huius Ciuitatis impensarum, non verò ex omnibus decimis in vniuersa Dioecesi solutis, & collectis. Et Hospitalibus oppidorum de Potosi, Oruro, Cochabamba, Tarija, &c. similis portio; id est illa, quæ conflatur, & resultat ex nouena parte cum dimidia alterius nouenæ omnium decimarum, à parochianis illorum Oppidorum respectiè, traditarum. Ita, vt quemadmodum Hospitalie huius Ciuitatis vnam nouenam partem cum dimidia alterius percipit, & consequitur, ex decimis à parochianis præfatæ Ciuitatis solutis; ita similiter reliqua Hospitalia in ceteris Oppidis constructa consequi, & percipere debent aliam nouenam partem cum dimidia alterius, ex decimis à Parochianis prædicto-

rum Oppidorum respectiè impensis, principali Hospitali decima soluta iuxta erectionis tenorem.

Et tandem, vt Parochis omnibus quatuor nouenæ partes applicentur, hoc modo; Parochis Cathedralis Ecclesiæ ex decimis parochianorum Cathedralis tantum; Parochis de Potosi, Oruro, Cochabamba, Tominæ, &c. aliæ quatuor partes, ex decimis parochianorum de Potosi, & aliorum Oppidorum respectiè, & sic de alijs; cum eo tamen onere, vt Sacrista cuiuslibet Parochiæ octauam partem ferat; ex illis quatuor nouenis Parochis assignatis, resultantem, quod omne in executionem, implementum, & voluntatem erectionis venit.

Sed Regiam iam rescriptionem quam supra, num. 56. tetigimus, & expectabamus, obtinere meruimus, eamque acceperimus hodie 9. Decembris 1672. qua iubemur, item prosequi iuxta libellum nostrum: En Rescriptum. La Reyna Gouernadora. Licenciado Don Pedro Frazzo, Fiscal de la Audiencia Real de la Ciudad de la Plata en la Prouincia de los Charcas. En carta de 30. de Enero de 1670. dais quenta, de que la Iglesia Metropolitana deessa Ciudad, contruiendo á lo dispuesto por su ereccion, de todos los diezmos del Arçobispado, aplica enteramente noueno, y medio á la fabrica della, sin gozar las Parroquiales de la porcion que les cabe, y otro noueno, y medio al Hospital deessa Ciudad, y los demás de las Villas de su distrito no perciben cosa alguna, y que los quatro nouenos restantes se incorporan en la Mesa Capitular, para aumento de las porciones de los Prebendados, y no se da parte en ellas á los Curas de la Catedral, ni Parroquiales de dichas Villas, como està ordenado por su ereccion; y respecto desto pedisteis se hiziese la division en conformidad della, y no en la forma referida, de que se mando dar traslado, y en mucho tiempo no se pudo conseguir que se notificasse, por no auerse querido juntar los Prebendados a Cabildo para ello, y con atencion al daño que destra observancia se le seguiria, suspendisteis la diligencia, como constaua del testimonio que remistis. Y auiendo visto en el Consejo Real de las Indias, con lo que en razon desto dixo, y pidio el Fiscal en él, ha parecido responderos profigais el negocio referido, conforme á la petition que presentasteis en la Audiencia deessa Ciudad, cerca de que se guarden el capitulo de la ereccion de la Iglesia Metropolitana della, que trata de la distribucion de los diezmos, sin agrario de las fabricas, y Hospitalares de los Lugares del Arçobispado, ha-

ziendo que ante todas cosas se cite à los Ma-yordomos de sua renta , y demas interessados en ella , para que parezcan en la Audiencia , y aleguen lo que los conuenga , y sean oídos en justicia , procediendo en todo , conforme à derecho , hasta sentenciar se la causa - y otorgar las apelaciones à las partes que las interpusieren , y de lo que se obrare en esta ma-teria , me dareis quenta en la primera oca-sion que se ofrezca . De Madrid à 12. de Diziembre de 1671. YO LA REYN A. Por mandado de su Magestad. Don Ga-briel Bernardo de Quiros.



S V M M A R I V M.

- 1 **R**egi nostro Catholico, àn pertineant fructus vacantes?
- 2 **Q**uestio hæc latè disputata fuit anno 1617.
- 3 Iterum de eadem disceptatum proponitur, anno 1635. & qua occasione.
- 4 Regium decretum refertur, quo super hac materia informari iussit Rex noster.
- 5 Ergo nihil ex solemnī, & antiquo iure derogari decissum fuit.
- 6 Fundamenta iuridicā tunc temporis in medium prolata, breuiter recensentur.
- 7 Decimæ Indiarum Castellæ Regibus, ab Alexandro Papa VI. concessæ fuerunt.
- 8 Decimæ sūnt temporales, quando Do-mino temporali conceduntur, & num. 29.
- 9 Eamdem naturam retinent, licet Ecclesias redonatæ fuerint.
- 10 Vacante Ecclesia cessat concessionis, & redonationis ratio, ideo Regi donan-ti fructus vacantes spectant, & num. 11.
- 11 Redonatæ fuerunt decimæ à Regibus Ca-tholicis in alimenta Prælatorum, & num. 31.
- 12 Alimentandi vita cessante, cessant ip-sius alimenta.
- 13 Portio futuro Prælato, ex fructibus vacantibus à Rege concessa, ab ipsius Regia liberalitate, varie, ac volunta-riè processit.
- 14 Voluntaria concessio, & gratia, ad similia obligationem non inducit.
- 15 Fructus aecursus à tempore(fiat) sue san-ctitatis Prælato restitui, ex officio in

Regio rescripto iubetur.

- 16 Quingenta millia marapetina ex Re-gio ærario Prælato soluantur, quan-dò decimæ non sufficiunt ad con-gruam, & num. 17.
- 18 Praxim banc seruatam se vidisse, testa-tur Auctor.
- 19 Quantitas hæc in ærario retinetur, de-cedente Prælato, cui soluebatur.
- 20 Ergo idem dicendum de parte fructuum, cuius loco quantitas illa subroga-tur.
- 21 Camera Apostolica, vli percipit fru-ctus vacantes, nihil futu o Prælato reseruat, & num. 23. in fin.
- 22 In Indijs Rx Catholicus successit in hoc ius Cameræ Apostolicae pertinens, & num. 27.
- 23 Subrogatus in locum alterius, censetur unus cum eo, sapitque naturam sub-rogati, & num. 27.
- 24 Sedes Apostolica, quandò erigit Epis-copatum, & illius decimas distribuit, retinet earum applicationem, tempore vacationis.
- 25 Camera Apostolica regulariter percipit fructus vacantes.
- 26 Quod tamè in Indijs non pro edit, nec in eis de illis disponit.
- 28 Concessio decimarum Prælati facta per-petua, & irrevocabilis deber censi, & num. 35.
- 29 Decimæ Ecclesijs redonatæ pristinam videntur assumere naturam, licet dum apud dominum temporalem, retinen-tur, temporales iudicentur, & num. 30.
- 32 Ecclesia nunquam moritar.
- 33 Principum mos est, etiam id quod omni-i iure debetur, gratia, & liberali-tatis titulo concederè.
- 34 Non videtur rectè consuli Regibus no-stris, fructus vacantes licet ipsis per-tineant, in usus prophaneos expendere posse.
- 36 Reges, Regni posseffores, successoribus præiudicium inferre non possunt.
- 37 Alienatio à Rege de re Regni factate- net, eius vita durante, & num. 51.
- 38 Patrimonium Regium est dos in aliena-bilis Regni.
- 39 Dotis dominium ciuale apud maritum; verum autem, apud uxorem considera-tur.
- 40 Reges Hispaniae iuramento obstringun-tur, de bonis Regni, non alienandis.
- 41 Clausula quædam testamenti Regis Phi-lippi IV. D. N. in hoc assertur.

- 42 Reges Hispanie in testamentis, donatio-
nes de bonis Regni factas, semp̄ re-
uocant.
- 43 Regis Philippi III. D. N. vltima dispo-
sitio traditur.
- 44 Declarant enim, eas à libera ipsorum vo-
luntate non procedere.
- 45 Regi nostro in Valentino Regno, priuile-
gio Apostolico, spectat Ianitorem no-
minare, qui sententias Ecclesiastici in
causis decimarum exequatur.
- 46 Quod licet per Reges Ecclesiasticis fue-
rit cessum, non potuerunt Coronæ pre-
iudicare, & num. 47.
- 48 Hec gratia Regibus indulta, in quolibet
illorum videtur repetita, & n. 49.
- 50 Quod Regibus, & successoribus in Reg-
no datur, non transmittitur ad hæredes
- 52 Regis donatio, & concessio circ̄ fructus
vacantes, successoribus non obest.
- 53 Rex acquisitor, in his, quæ acquirit, po-
test successoribus præiudicare; intelli-
geat num. 54.
- 55 Indiarum Regna Castellæ, & Legionis
Regibus, ac Coronæ concessa fuerunt.
- 56 Ita etiā illarum decimæ Ecclesiastice.
- 57 Corona semper est una, & numquam mor-
ritur.



ARGUMENTVM.

seù Commendatarios, aut Presbiteros, & alias quascumque Ecclesiasticas personæ prædictas, & quascumque alias, quæ ex bonis, & redditibus Ecclesiasticis, & Beneficiorum fructus percipiunt, alsque nostra, seù eiusdem Sedis speciali licentia, & facultate quomodolibet quæ in futurum ab illis quocumque prætertu, aut quæsito colore, etiàm in fauorem Hospitalium, & aliorum piorum locorum huiusmodi, de dictis redditibus, fieri, condi, & restari, seù relinquiri, aut quouis ultimæ voluntatis titulo disponi contigerit, nulla irrita, & inania, inutilida, & nullius prorsus roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini, neque etiàm Hospitalibus, & pijs locis præfatis, &c. Vnum obitèr hoc loco obserua, Regularium extrà claustra decedentium t bona tanquam spolia, semper ad Reuerendam Cameram Apostolicam pertinere, ex Bulla Gregorij Pape XIII. quæ incipit, officij nostri, la 3. tom. 2. Bullarum, pag. 410. quam ad literam inuenies apud Alcan. Tamburin. de iur. Abbat. dict. disp. 16. quæst. 5. & apùd Quarant. in summ. Bullar. dict. verb. Spoliun Clericorum, pag. 485. de qua præter eos, agunt Nauarr. consil. 80. subtit. de Regul. lib. 3. edit. 1. & in 2. consil. 17. sub. tit. de stat. monachor. P. Suarez tom. 4. de Religion. tract. 8. lib. 3. cap. 2. num. 30. P. Sanchez in Decalog. lib. 7. cap. 33. num. 9. P. Azor dict. lib. 8. cap. 3. quæst. 15. P. Pellizzar. in Manual. Regul. tract. 6. cap. 10. num. 28. Bonacin. dict. quæst. ultim. punct. 2. §. 4. à num. 1. Zerol. in prax. dict. verb. Spolium, §. 7. Beillet. disquisit. Cleri al. 1. part. tit. de bon. Clericor. §. 8. num. 2. Tondut. Canonicar. cap. 197. num. 2. D. Araujo de stat. Ecclesiast. tract 3. quæst. 28. dab. 3. num. 19. Fontanell. decis. 227. num. 19. Lezan. tom. 1. Regulari. cap. 16. num. 20. & seqq. & num. 31. & tom. 2. verb. Spolia Regularium à num. 1. Filliuc. vbi suprà. cap. 6. num. 8. vbi limitat, & num. 1. Barbos. in summ. decis. Apostol. Collect. 72. num. 4. D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 11. à num. 99. vbi num. 104. & seqq. docet in Hispania, & Indijs hoc non procedere.

Eodem modo, bona t extrà residen-
tiam decedentium, quando ad ipsam tenen-
tur, spoliorum nomine ad Cameram spectant
Apostolicam, ex constitutione Pij Papæ IV.
incipiente, in supremâ militantis, §. & ni-
hilominus 3. pag. 132. tom. 2. Bullar. Ioan.
Francisc. Leo in Thesaur. for. Ecclesiast. lib.
3. cap. 3. num. 50. notant Joann. Maria Bel-
letus disquisition. Clerical. 2. part. tit. de pœnis
Clericor. §. 34. num. 12. Filliuc. qui eam con-
stitutionem tradit, de stat. Clericor. tract. 43.
cap.

cap. 8. num. 21. P. Pellizar. in Manual. Regular. tom. 2. tract. 7. cap. 6. sect. 2. numer. 58 108. Non tamen spolio continentur Religiosi bona, à Religione electi, Aloy. Ricc. decis. 245. pag. 4. Ioan. Baptist. Thor. in compend. decis. Cur. Archiepiscop. Neapolit. verb. Bull. a. 2. part. in 3. part. compend. decis. sect. 2. P. Dian. 7. part. tract. 12. resol. 4. & alij passim.

Sed quid dicendum de bonis Religiosi, quae antè Episcopatum obtinebat; excipio Franciscanos Monachos, qui bona possidere non possunt, *cap. Ex ijt 3. de verbor. significat. in 6. Clement. Ex ijt de Paradiſo, eodem tit. à sp̄ctent ad Cameram Apostolicam, tanquam spolia, àn in eis succedat Ecclesia, ex iure communi, àn verò Monasterio, à quo 59 exiuit, adquirantur? Et verius est, in eis tamen Monasterium succedere, iuxta memoriam, descriptionem, vel inuentarium, antè consecrationem factum, cùm bona post eam acquisita Ecclesiae, aut Cameræ Apostolicæ secundum Provinciarum modum, post mortem acquirantur, & sp̄ctent, sic ex Auth. de Monach. §. si verò relinquens P. Sanchez in Decalog. liv. 7. cap. 3. 2. n. 8. Emmam. Rodr. q. Regul. tom. 2. quæst. 55. art. 6. & cauetur in constitution. Apostolicis Alexand. IV. const. 5. t. 5. & Clement. IV. cons. XI. vt notarunt Ludouic. à Valle in prax. Collector. Apostolicæ Hispan. 1. part. cap. 8. à num. 5. & Ioan. Paulus Xammari. rerum iudicatar. 2. part. definit. 110. num. 13. & 14. adde Ferdinand. Brancia apud Marin. allegat. 63. num. 8. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 1. part. tit. 1. cap. 4. num. 16. vbi de Regulare ex Ordine Prædicatorum in Episcopum a sumpto, agit.*



SV M M A R I V M.

- 1 In Indijs, quoad spolia, ius commune seruatur, idoque Ecclesijs acquiruntur, & num. 6. 21.
- 2 Camera Apostolica ex spolijs nihil capit.
- 3 Neque buxusque in his Regnis admissa est, & num. 5.
- 4 Regia Schedula 29. Maij 1581. refertur.
- 7 In Indijs, præmissa supplicatione, literarum Apostolicarum suspenditur execu-
tio, & in Hispaniam mittuntur, & n. 8. 9.

- 10 Praxis circa collectionem, & custodiam spoliorum adducitur.
- 11 Hec eadem seruatur in Hispania, licet ad Cameram Apostolicam spectent, spolia.
- 12 Hoc fit maxime, nè interim bona diri-
piantur, & rapinis exponantur, &
num. 13.
- 14 Ab antiquo pœnis prohibitum, nè laici
ci his bonis se immisceant, & num. 15.
- 16 Hec prohibitio, & pœnae Canonibus
contentæ, quando procedant.
- 17 Regiæ Indianorum Audientiæ de causis
circa spolia vertentibus, cognoscunt.
- 18 Fiscales Regij, his causis interesse de-
bent, & num. 19.
- 20 Praetores, seu Correctores, aliquando bas
causas tractasse, traditur, in quod ad-
ducitur Regium rescriptum.
- 21 Ecclesiæ in his bonis succedunt, soluto
prius ære alieno, ideque, quod supereft
propriè est spolium, & num. 22. 23.
- 24 Succedens in spolia, tenetur ad pensio-
nes super his bonis impositas, & num.
fin.
- 25 Pontificale Ecclesiæ seruatur indemne,
licet bona creditoribus defuncti non
sufficiant.
- 26 Emolumenta sigilli, & condemnatio-
num, àn spolijs nomine continentur?
- 27 Hec, ad Capitulum, Sede vacante, perti-
nere aliqui docent.
- 28 Contrarium verius, vt sp̄ctent futuro
Prælato, & num. 31.
- 29 Ergo de his Capitulum successori ratio-
nem reddit.
- 30 Declaratio Sacrae Congregationis in spe-
cie, refertur.
- 32 Inuentarium facere debet, tempore, quo
quis ad Episcopatum euelitur, de bonis
antè possessionem acquisitis.
- 33 Quod etiam seruari debet, in casa trans-
lationis ad aliam Ecclesiam.
- 34 Inuentario non facto, omnia bona in-
tuitu Ecclesiæ quæsita, præsumun-
tur.
- 35 Breue Apostolicum affertur, quo deci-
ditur spolio cedere, quidquid inuenta-
rio in specie comprehensum non est,
licet loco speciei inuentariatæ supposi-
tum sit, & num. 36.
- 37 Camera Apostolica, tanquam ab inten-
tione devoluta, capit bona Prælati de-
functi.
- 38 Optima Regia. Schedula anni 1651. re-
fertur, quæ formam in inuentarijs
Prælatorum seruandam præseribit, &
num. 40.

- 39 Regio Patronatui expedit, hanc formam obseruari.
 41 Fiscalis Regius territorij citari, & interuenire debet ad inuentarij huiusmodi confectionem.
 42 Si concurrere non possit, nominat, qui eius nomine interueniat, & num. 44.
 43 Item dico Præbendarij Ecclesiæ, ad quam accedit Prælatus, concurrunt.
 45 Rex Catholicus plenius ius habere videatur, quoad spolia, & fructus vacantes, in Regno Siciliæ, ex priuilegio Apostolico, & nu. 46.49.50.51.52.
 47 Huius Regni propositio, & consultatio circa spolia, refertur, & Regia, ad illam, responso, & num. 48.
 53 Rex Catholicus in eo Regno, loco Cameræ Apostolicæ, successit.
- 54 Hoc idem, quoad Indias, respectu frumentorum vacantium, affirmat D. Mosco.
 55 Unde quoad hoc, in eis immutatum videtur ius Canonicum.
 56 Regia Curia, in Siciliæ Regno, audita Prælati morte, spolijs capit possessionem.
 57 Habet enim in illis bonis intentionem fundatam.
 58 Facit etiam bonorum inuentarium, alias tenetur de suo.
 59 Super his bonis gratias facere solet Rex noster, tanquam Patronus, & num. 60.
 61 Succedens in locum Cameræ Apostolicæ, tenetur ad ea, ad quæ ipsa tenetur, & num. 24.

ARGUMENTVM.

IN Indijs, quoad spolia, ius commune procedit. Regiæ Audientiæ de causis super spolijs vertentibus cognoscunt; agitur de inuentario, à Prælatis ante possessionem conficiendo; aliaque necessaria obseruantur.

CAP. XXI.

SED quidquid sit, quoad alia Regna, & Prouincias, in his Indianum Occidentalium Ecclesijs, & partibus, quantum ad Prælatorum spolia, ius commune seruatur, per quod ipsorum bona, & spolia + Ecclesijs, vbi decedunt, referuantur, D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 11. num. 22. & cap. 22. num. 38. ex Nauarr. in dict. tractat. de spol. §. 10. & §. 14. vbi de nostris Indijs mentionem agit, Noguerol. alleg. 26. à num. 4. D. Villarroel. en el Gouern. Ecclesiast. 2. part. quæst. 20. art. 3. num. 79. D. Escalon. en el Gazofilac. 2. part. lib. 2. cap. 33. num. 4. P. Auendaf. in Thesaur. Indic. tit. 4. à num. 38. Nec Reuerenda Camera + Apostolica quidquam ex eis percipit, leg. 3. tit. 7. lib. 1. Summar. D. Araciell vbi infra, à num. 121. Consultatio Supremi Indianum Consilij, de qua postea, & alijs infra. Quamvis circa hoc, idest, vt Camera + Apostolica, in Indianum Regnis (vt in Hispania) admitteretur quoad Prælatorum spolia; Nunctios Apostolicos in Regia Matritensi Curia residentes, non parum laborasse, ex Anton. de Herrera in Histor. General. Indian. decad. 4. lib. 5. cap. 1, obseruavit D. Solor-

zan. dict. cap. 11. num. 26. & seq. vbi Regias Schedulas, de hoc agentes, congregatis, & numer. 29. Noguerol. dict. alleg. 26. num. 21.

Quod omne bene comprehendit celebris Regia Schedula supra cap. 19. à num. 37. relata. Data en el Escorial 29. Maij 1581. Ecclesiistarum vacantium fructus Cameræ Apostolicæ non applicandos, complectens, tom. 2. Impress. pag. 46. per hæc verba. EL REY. Presidente, y Oidores de la nuestra + Audiencia Real, que reside en la Ciudad de Mexico de la Nueva España; yá sabeis, que despues que los Sumos Pontifices passados, y nuestro muy Santo Padre, á suplicacion de los Catolicos Reyes mis abuelos, y del Emperador mi Señor, y Padre, que esté en gloria, è nuestra, erigieron, è instituyeron Obispados en essa Nueva España, y en las otras Prouincias de las nuestras Indias, no se han pedido, ni mandado tomar para la Camara Apostolica + los espolios de los Prelados dellas, que han fallecido, ni las Sede vacantes, por guardar en esto el derecho Canónico.

Y porque somos informados, que aora nuevamente algunas personas han procurado, y procuran auer de su Santidad, ó de su Nunctio Apostolico, que reside en estos Reynos,

6 poderes, y Bulas para cobrar, y recibir espolios, y Sede vacantes en las dichas nuestras Indias, y que por virtud de ellas se entremeten, y quieren entrometer a cobrartlos; y embiamos a suplicar a su Santidad, manda proueer, que en esto no se haga nouedad alguna, y que los dichos espolios, y Sede vacantes se distribuyan conforme a lo que se dispone t en el Derecho Canonico, y se reuoquen los poderes, y Bulas, que para la cobrança de ellos están dadas, y tenemos por cierto, que su Santidad informado dello, lo mandará así proueer.

7 Os mandamos, que luego que recibais esta nuestra cedula os informeis, y sepais, que personas tienen en essa tierra poderes, y Bulas Apostolicas para cobrar los dichos espolios, y Sede vacantes, y auiendo ante todas t cosas suplicado de ellas para ante su Santidad, no consentireis, ni dareis lugar a que vjen dellas, ni cobren los dichos espolios, y Sede vacantes, ni hagan otra cosa alguna en perjuicio de la dicha costumbre, y embiareis los poderes, y Bulas originalmente al nuestro Consejo de las Indias en los primeros naus que vinieren a estos Reynos, para que auendolos visto, si fuerentes, que se deuan cumplir, se haga así, y no lo siendo, se informe de ello a su Santidad, para que lo mande proueer, y remediar como convenga, y lo mismo bareis t sic npre que semejantes Bulas, y poderes se lleuaren a essa tierra tocantes a esto; porque así conviene al servicio de Dios nuestro Señor, y aumento del Culto Diuino. Fecha, &c. de qua latè agunt D. Garcias Perez Araciel in memor. sobre las vacantes de las Indias post numer. 121. & 158. D. Moscofo in simil. memor. à n. 123. cum seqq.

9 Quod Bullæ, & aliæ literæ Apostolicæ circà spolia, & fructus vacantes Indiarum expeditæ in Hispaniam t antè executio- nem mittantur, docent ordinatio Regiarum Audientiarum ann. 1563. & alia ordine 64, ann. 1596. quæ inter iuris allegationes, sobre las vacantes de las Indias editas, circumferuntur, adde tradi- ta cap. 7. à nu. 15. Ergo praxis horum Regi- 10 norum t ordinaria in hac materia talis est. Regij Officiales, Gubernatores, Prætores, vel ipsæmet Regiæ Audientiæ, statim atque Prælatus decedit; immò vbi morti proximus refertur; bonis omnibus colligendis, aut custodiendis, spoliorum nomine se se immis- cent; donec causa cogrita, post Prælati obi- tum discernantur, quæ verè bona ad spolia spectent, quæque non l. 41. & fin. tit. 5. lib. 1. Summar.

11 Quæ t & in Castellæ Prouincijs, licet Tom.I.

ad Cameram Apostolicam bona, & spolia pertineant, observantur, vt tradunt Boua- dill, in Polieic. lib. 2. cap. 18. n. 180. D. Sol- lorz. d. cap. 11. à nu. 28. 42. & seq. Cabed. decis. 84. p. I. & de Patron. Reg. cap. 37. n. 7. Hac itaq; præventione, & diligentia, in tu- 12 to t bona collocantur, & sequestrantur; a- lioqui rapinis, & latrocinij exposita, faci- lè diriperentur, vt per se pè accidere audi- mus, & se testé præbet ocularem D. Solorz. Vbi præxim; additque rursus nu. 31. idipsum iampridem t in Summorum Pontificum obitu contigisse, P. Auend. in Thesaur. Indic. 13 dict. tit. 4. num. 39. & in addit. ad primum tom. num. 91.

Quamvis id, quo ad laicos maximè, pœ- 14 nis grauioribus prohibitum, t ab Urbano II. invenimus anno 1095. in Concilio Cla- ramontano Canon. 1. quod videre poteris, apud Stephan. Ea uizum in addit. ad Petri de Marca in concord. Sacerdotij, & Imperij, lib. 6. cap. 31. & repetit. lib. 8. cap. 18. & ab Innocentio Papa II. ut ibidez referit ex Marca d. cap. 18. §. fin. addit item Baluzius à Calixto II. deinde confirmatum in Conci- lio Tolosano ann. 1119, quod ibi ad exten- sum restituit, Canon. 4. ibi: Primicias, deci- mas, oblationes, & cimiteria, domos etiā, & bona cetera t deficientis Episcopi, & Cleri- corum a Principibus, & quibuscumque laicis diripi, & teneri penitus interdicimus, qui verò perinaciter ista præsumperant, ab Ec- clesiæ luminibus, tanquam sacrilegi, arcean- tur; hec Calixt. Papa, iunctis cap. Quia sa- pè 40. de elect. in 6. cap. Hec cuius 38. cap. de laicis, cap. Illud 12. quest. 2. Trident. sess. 22. de refor nat. cap. 11. & notauit Consultat. Supremi Indiarum Consilij, sobre las va- cantes, art. 2. lit. A. quæ tamèn t sunt in- 16 telligenda, & procedunt. quando Princeps, & laici occupant, & tenent illa omnia, vel aliqua sibi, non quando, vt Ecclesiæ, credi- toribus, & legitimis successoribus, reser- vantur, & custodiuntur.

Neque his, quæ diximus, solùm Regiæ In- diarum Audientiæ intendunt. Verum- etiā, creditorum, famulorum, & omnium interesse habentium, t & pretendentium 17 admittunt actiones, & petitiones, de eo- rumque iuribus cognoscunt, creditoribus respōdere, & satisfacere decernunt, ex bo- nis spoliorum nomine recollectis per Eccle- sian succedentem, vel spolia interim tenen- tem, secundum Rotam Romanā, Bellamer, Redoan, & Castill. apud Addentes ad Dom. Molin. de primog. lib. 1. cap. 10, numer. 24. in princ. Gutierrez. practic. lib. 2. q. 94. in fin. Sesse decis. 325. à numer. 6, & de inhibit.

cap. 10. §. 1. num. 38. D. Olea de cession. iur. tit. 3. q. 9. num. penult. Giurba ad Messenens. cap. 12. gloss. 5. num. 19.

Quæ omnia cum Audientiarum Fiscalibus maximè agitari † solent, licet enim, ut plurimū Ecclesiæ succedentes in iudicium creditores vocent, præcipue tamè Fiscalium muneri incumbit, has causas, & lites prosequi, ac defendere, vt in D. Iphi- natu † observari etiam inveni apud Franc. Marc. decis. 111. n. fin. p. 1. ibi: Veruntamen d. syl' o Curie Parlamenti, ex quo bona spolijs sunt reducta sub sequestro ad manus Delphinales, F scus sustinet Vicem O Economi, seu Curatoris, contra quem experintur creditores, & tradunt eorum summarias petitiones, & petunt se allocari in eorum gradu, secundum antiquitatem temporis, & prioritatem hypothecarum.

Et Nos, ita sumus experti, tūm in Regia Goathemalensis Audientia, in spolio D. Episcopi Nicaraguensis. D. Fr. Ioann. Andr. de la Torre, ex Franciscana Familia Patris: tūm in hac Argentina in spolijs Dom. Archiepiscopi D. Fr. Gasparis de Villarroel, huius Metropolitanæ Ecclesiæ Præfulis, & DD. Episcoporum D. Fr. Bernardini de Cardenas Ciuitatis Sancti Laurentij de la Barranca, & D. Fr. Martini de Montalvo, Pacentis Ecclesiæ Prælatorum.

Inmò Prætoribus invenio aliquandò facultatem datam; sed non omnino modam, ex bonis spolijs creditoribus, causa cognita † solvendi in Regia Schedula data, en Zaragoça 30. Junij 1646. Cuzquensi Corre- tori missa, quæ talis est.

EL RER. Mi Corregidor de la Ciudad del Cuzco de las Prouincias del Perù, por parte del Dean, y Cabildo de la Iglesia Catedral de essa Ciudad se me ha hecho relacion, que por autos de vista, y reuista de los de mi Consejo Real de las Indias están aplicados los espolios que quedaron por muerte de los Arzobisplos, y Obisplos de esas Prouincias para la fabrica de las Iglesiæ Catedrales, mediante lo qual pertenecian à la de essa dicha Ciudad los bienes, que quedaron por fallecimiento de Don Fray Fernando de Vera, Obispo que fue de ella: suplicóne, que por que hasta aora no se le auia acudido con ellos, fuese servido de mandar se le entre- gassen à la dicha Iglesia. Y auendose visto por los de el dicho mi Consejo de las Indias, he tenido por bien dar la presente, por la qual os ordeno, y mando, que proueais lo que convenga, para que todo lo que queda de los espolios del dicho Don Fray Fer-

nando de Vera, despues † de auer pagado las deudas que legítimamente deniere, se entregue à la dicha Iglesia de essa Ciudad, para que se conuerta en cosas de su mayor beneficio, y utilidad, como de mi parte se lo encargareis al Dean, y Cabildo de ella, y que me avisen de los efectos en que se gastare; en cuya execucion pondreis particular cuidado, cumpliendo las ordenes que sobre esto os dicere mi Virrey de esas Prouincias, à quien ordeno lo mismo; y mando que de esta mi Cedula tomen la razon mis Contadores de Quetas, que residen en el dicho mi Consejo. Fecha, &c.

Ita que Audientia Regiæ spoliorum materijs se immiscint, & custodiri, conservare que faciunt bona † & iura omnia, quo- vs quæ libera à creditoribus evadant, Francisc. Marc. decis. 90. n. 5. p. 1. Aat. Thesaur. decis. 131. n. 5. D. Solorz. d. cap. 11. à nu. 37. & 46. & lib. 4. cap. 3. num. 34. P. Auend. dict. tit. 4. à num. 38. & 43. & in addition. ad tom. 1. num. 91. Tuncque, quod superest verè, & propriè spoliū dicitur, ad Ecclesiæ succedentem † spectans, deductis nem- pè debitis, & expensis, cæterisque, quæ fuerint necessaria pro servientibus, seu seruitoribus, & ministris, ac incumbentibus one- ribus, cap. Terrenit 2. vbi DD. de fidei suffor. cap. fin. §. Porro, de offic. ordinari. in 6. Francisc. Marc. decis. 436. num. 2. part. 1. Emman. Rodrig. in Summ. part. 2. cap. 34. conclus. 4. & tom. 1. Regular. quæst. 30. art. 11. Addit. ad Quarant. in Summ. Bullar. verbo Spolia Clericorum, pag. 485. Zerol. in prax. Episcop. 2. part. verbo Spolium, §. 20. D. Solorzan. dict. cap. 11. num. 47. Camill. de Medic. consil. 12. à num. 10. Re- doan. de spol. Ecclesiæ. quæ. 10. à num. 33. Gutierr. practic. lib. 2. quæst. 94. numer. fin. Mich. Reynoso observat. 42. num. 15. Carle- ual. de iudic. sit. 3. disp. 29. num. 16. P. Auen- dañ. vbi suprà. num. 39. D. Valençuel. consil. 51. num. 61. vbi ait Cameram Apostolicam, vel Ecclesiæ succedentem in spolia, ad pensiones † super eis bonis, & fructibus impositas, teneri; addit rursus D. Solorzan. vbi suprà. n. 60. quod licet sint multi creditores ex bonis spolijs dimittendi, taliter, vt ipsorum aestimationem superent, Pontificale † tamè defuncti Prælati Ecclesiæ sponsæ integrum sempè reservatur.

De emolumentis sigilli, condemnationibus pecuniarijs, & alijs ex iurisdictione, va- cante Ecclesiæ, prouenientibus, quid dicen- dum? an hæc spolijs nomine † continetur, venit disputandum. Hanc quætionem mo- uet Thom. Zerol. d. verb. Spolium, §. 23. & re.

resolvit, hęc omnia ad Capitulum Sede vacante, cui omnis t̄ iurisdictio defertur, vt dixi cap. 11. à n. 2. pertinere. Idque probare conatur, ex gloss. verb. Reservari, in cap. Quia s̄p̄ 40. de elect. in 6. vbi Archidiac. & Geminian. dicitque notandum.

Sed contrarium est verius, & in praxi seruatum; vt non specient ad Capitulum Sede vacante, emolumenta hęc; sed futuro t̄ reseruentur successori, & Prälato, extext. in hoc expresso, in Clement. penult. de elect. vbi Abb. num. 3. fac. cap. Hęc, cuius 12. q. 2. cap. Quoniam quidam 75. distinet. Trident. Concil. sess. 24. de reform. cap. 16. in princ. D. Couarr. in cap. Relatum 12. num. 4. & 5. de testam. vbi ait, de eis Capitulum t̄ nouo successori rationem redditurum, Innoc. in cap. 1. & Eccles. Benefic. Cardof. in prax. indic. verb. Capitulum, nu. 11. Zerol. sibi contrarius in dict. prax. Episcop. 1. p. verb. Capitulum, §. 3. Barbos. de vniuers. jur. Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 27. Tondut. resolut. Benefic. 2. part. cap. 3. §. 13. à num. 5. & 6. Simon Barbos. in repertor. verb. Capitulum, pag. 43. Gauant. in Manual. Episcop. verb. Capitulum Sede vacante, in addit. num. 15. vbi de Sacrae Congregationis mōx tradenda declaratione mentionem agit.

In quod habemus Sacrae Congregatio-
nis Cardinalium declarationem die 5. Ap-
rilis 1627. in causa, ad hanc Argentinam
Metropolitanam Ecclesiam spectante, ha-
bitam; per hęc verba: Emolumenta, tem-
pore t̄ vacationis Sedis Episcopalis prouen-
ientia ex iurisdictione, & sigillo, aut alias,
vndequare; nēc ad Vicarium, nēc ad Ca-
pitulum spectant; sed debent futuro t̄ suc-
cessori reservari, si ad Episcopum, Ecclesia
non vacante, pervenissent, ex Aldan. incom-
pend. Canonicar. resolut. lib. 3. tit. 8. num. 18.
Barbos. ad Concil. sess. 25. de reformat. cap.
11. num. princ. Ricc. Collectan. 874. Ioann.
Baptist. Thor. in compend. decisionum Curiae
Arebicp. Neapolit. 1. part. verb. Capitulum,
in fin. 1. part. compend. decis. D. Fermosin. de
Sed. vacant. tract. 1. q. 3. n. 6.

Denique, vt ea omnia, quae in Superiori-
bus tradidi, æquiūs, & securiūs procedant;
proutum, & decretum est, vt tempore quo
quis ad Episcopatus fastigium euehitur, re-
rum, quas ex proprio patrimonio, aliove
32. quouis titulo acquisiuit, inventarium t̄ con-
ficiat, in quo res ipse, actiones, & iura con-
tineantur; sic ex communi iure disponitur,
in cap. Manifesta 20. cap. Sint manifesta
21. 12. quæst. 1. cap. de Syracusanæ 28. dis-
tinct. ibi: Præsentis temporis habita rerum
descriptione, substantiam, &c. Speculat.

Tom. I.

lib. 2. titul. de instrument. edit. §. Dictio,
num. 13. Abb. in cap. 1. de testament. num.
9. vers. Tamen Episcopus, Menchac. con-
trou. Illustr. cap. 105. num. 13. Mauric. Al-
ced. de præcellent. Episcop. Tignit. 1. part.
cap. 14. num. 15. D. Solorzan. & alij, apud
Pareja de instrum. edition. tit. 5. resol. 5. à n. 5.
& à n. 30. vbi ait hoc inventarium fieri de-
bere, quotiès t̄ ad nouum Episcopatum 33
fuerit translatus Episcopus, Barbos. de offic.
& potestat. Episcop. 3. part. dict. alleg. 114.
num. 15. Vbi docet, si id non fecerit, præ-
sumi contrà t̄ Prälatum, quod nihil ha- 34
buisset, & omnia intuitu Ecclesie acquisi-
uisset, ex Anthon. de bæredib. & falcid.
§. Sancimus, Innoc. in cap. Cùm in officijs
7. de testament. num. 5. Abb. in repet. cap.
Cùm esset, cod. tit. num. 24. Paul. Castrenz.
consil. 225. in fin. libr. 2. Cardin. Tusc.
lit. S. conclus. 368. num. 3. Menchac. con-
trouers. Illustr. dict. cap. 105. numer. 35. Ca-
mill. Borrell. in Summa decis. titul. 6. à
num. 35. Pat. Azot. vbi supra, cap. 3. quæst.
4. & 12. Dom. Couarrub. in cap. 1. eodem
num. 9. Cened. in Collectan. ad idem caput,
quæ est 145. Decretal. numer. 2. Azeued.
in l. 6. titul. 2. lib. 1. Recopilat. à num. 8.
Marth. de success. legal. tom. 1. 3. part.
quæst. 3. artic. 5. à num. 19. Cabed. dict.
decis. 84. num. fin. part. 1. Pyrrh. Corrad.
dict. lib. 10. cap. 1. num. 6. vers. Ita tamèns
Noguerol dict. allegat. 26. num. 17. & seq.
Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51.
num. 23. & præsumpt. 53.

In quorum executionem, & nē lo-
cum sibi vindicaret fraus quædam, quæ
tunc vigebat, expeditum est Breue quod-
dam Sanctissimi Pij Papæ IV. iussu, &
ad Hispaniarum Collectorem missum, vt
quidquid, post Prälati mortem, in bonis
ipsius fuerit inventum, inventario non
expressum, spolio cederet; licet in lo-
cum, t̄ in inventario contentorum, alia
invenirentur subrogata bona, quae reue-
rà inventarij tempore, Prälato specificè
non spectabant; supponit enim Breue
nonnullos Prälatos, loco eorum bono-
rum, in inventario contentorum, & tra-
ctu temporis consumptorum; alia substitue-
re, vt eodem fuerentur priuilegio, quod
omnino improbat Papa: Hoc Breue inven-
tis apud Ludouic. à Valle in praxi Colle-
ctoria Apostolicæ Hispaniar. 1. part. cap. 8.
num. 8. & tale est.

Dias Papa IIII. dilecte filii, salutem, &
postolicam benedictionem. Cùm sicis No-
bis nuper innotuit, nonnulli executores testa- 36
men-

mentorum, & heredes nonnullorum Prælatorum Regnum Hispaniarum prætendant, diversa bona, non inventariata, & per eosdem Prælatos, post concessam eis facultatem huiusmodi adquisita, & de quibus ipsi Prælati testandi, aut alias disponendi facultatem non habebant, loco nonnullorum bonorum, ut præfertur, inuentariatorum, quæ ad præsens non ex art, & per eosdem Prælatos, dum viuerent, consumpta fuisse, dicuntur occupare. & retinere velle, in maximum Cameræ Apostolice detrimentum. Nos eiusdem Cameræ indemnitat, quantum cum Deo possumus, prouidere volentes, tibi per præsentes committimus, & mandamus quatenus tu, vel à te deputati sub collectores, bonis, per eosdem Prælatos, ut præfertur, legitimè inuentariatis, quæ ad præsens, vel pro tempore, casu occurrente, extare reperiētur, executoribus, seu heredibus præfatis per eos, iuxta i. forum Prælatorum voluntatem, & alias, prout iuri fuerit disponendis, realiter, & cù effictu dimissis, reliqua omnia, & singula ipsorum Prælatorum bona mobilia, & immobilia, quæ in inuentario præfato cōprehensa non sunt & de quibus testandi, aut alias disponendi facultatem non habuerint, cùm ad eandem Cameram tanquam + ab intestato deuoluta, legitime spectent, & pertineant, nostro, & eiusdem Cameræ nomine, & alias, iuxta facultates tibi in similibus attributas percipiās, exigas, & recuperes, onnes, & singulos illorum detentores ad ea robis consignandum, & relaxandum, ac contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas, & penas pecuniarias, ac alia opportuna iuris remedia, & appellacione postposita, per subcollectores Ecclesiasticos, à te deputatos compescēdo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinatioibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indulatum, quod interdici, suspendi, vel excōmunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultro huiusmodi mentionem. Dar. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 10. Iunij 1560. Pontificatus nostri ann. prim. Cæ. Glorierius.

Apud Nos, circà inuentarium Prælatorum est nouissima, & optima quedam Reg. Schedula, data Matriti 9. Augusti 1652, in ea descriptionis, & inventarij Episcoporum præscripta est forma, à qua nullo + modo licet discedere, præcipitque, ut Audientiarū Regiarum Fiscales, si fieri possit, personaliter, aut aij eorum nomine inuentario interfici, quam, ut facilius inuenias hoc loco transcribo.

EL REY. Por quanto siendo conueniente, que en los inuentarios que hacen los Arçobispos, y Obispos de mis Indias Occidentales quando llegan à tomar la possession de las Iglesias en que han sido presentados, aya la buena forma que se requiere, para q los interessados en ellos, y la causa publicat engan entera satisfaccion, y por auerse experimentado algunos incôuenientes de hacerse los tales inuentarios sin assistencia de mis Fiscales, y sin interuencion de las tales Iglesias. Visto en mi Consejo de las Indias, con las noticias que se hallaró de algunos casos particulares, que por lo passado han sucedido, y lo que acerca dello dixo mi Fiscal en él, siendo conueniente, que en esto aya regla vniversal, y juridica, assi por lo que toca + al derecho de mi Real Patronato, como al de las Iglesias, y particulares interessados, he resuelto, que de aqui adelante precisamente todos los Arçobispos, y Obispos de las Indias antes de tomar la possession de sus Iglesias hagan + sus inuentarios de todos los bienes, y haziendas muebles, y raizes, y otros qualesquier que verdaderamente sean suyos, y se hallaren al tiépo de hacerlos, para que las evaluaciones, y precio de las cosas que se inuentariaren se hagan con toda justificacion, y no se puedan suponer bienes que no sean bienes propios suyos al tiempo de hacerlos.

Es mi voluntad, que se hagan con citacion de los Fiscales de mis + Audiencias Reales, en cuyo distrito estuviere el Arçobispado, o Obispado, y que interuengan, y se hallen presentes a ellos los mismos Fiscales en las partes donde residen, y donde no, las personas que ellos + nombraten, que han de ser de toda satisfacion, y confiança, y buena conciencia, juntamente con dos Prebendados de sus Iglesias, que quiero, y mando + interuengan, y se hallen tambien presentes à los dichos inuentarios, y los dichos Arçobispos, y Obispos han de declarar en ellos todas las deudas legitimas con que entonces se hallaren, y de què proceden. Y ruego, y encargo à los dichos Arçobispos, y Obispos, que hagan los dichos inuentarios en la forma referida con la legalidad que conviene, y à sus Prebendados que asistan à ellos. Y mando à mis Virreyes, Presidentes, y Oidores de las dichas mis Indias, Gouernadores y otros qualesquier mis Juezes, y Justicias, que dñ las ordenes necessarias para que se cumpla lo contenido en esta mi cedula, poniendo en ello particular atencion, y cuidado, y en q asistan à hacerlo los mis Fiscales en las partes que se pudiere hazer, y donde + no fuere posible por la larga distancia, sin hazer flete à sus plazas elijan personas, que se hallen presentes quando se hagan los inuentarios, y quede un traslado autorizado juntamente con otro desta mi Cedula, en el Archivo de cada Audiencia, y otro en el

el de la Iglesia, para que siempre que convenga conste, y del recibo desta, y de como se va ejecutando se me avisara en las ocasiones que se ofrecieren. Fecha, &c.

Plenius ius, quo ad hanc spoliorum materialiam, & vacantium Ecclesiarum redditus, habere videtur Catholicus Rex noster, in Siciliæ Ecclesijs, & Regno. In eo enim in Episcoporum defunctorum spolijs, & vacantium Ecclesiarum fructibus, & prouentibus, donèc novus investiatur, Prælatus omnino se intromittit, ex facultate ei à Santa Romana & Sede concessa, ut Rex Alphonus testatur. Igitur supplicatione per ipsum sicularum Regnum, proposita anno 1452 super his spolijs aliter applicandis, in hunc modum.

Ité n, perche t morendo li Prelati la Regia Corte suole apprendere le loro spogli, sub colore Sedis Apostolicæ, per tanto suplica il derto Regno, che detti spogli stanodati à loro Ecclesiæ, cui de iure spettano, è la Regia Corte non se ingrerat in illis. Ità responsum dedit Rex Alphonus: Regia Mæltas, non consuevit de his, absque prouisione t Apostolica se aliquatenus intromittere, atque in futurum taliter se habebit, quod non erit locus iustæ querelæ, vt tradit Mar. Mata ad capita Regni Siciliæ Regis Alphonsi, cap. 478. tom. 5. vbi plura.

Et clarius apparere videtur, ex clausula cuiusdam priuilegij, quod ibi n. 10. refert exped. T. Toleti 6. Iulij 1502. in quo Catholicus Rex, ad Ioannem Archiepiscopum Panormitanum scribens, cui de spolijs factarem t testandi concederat, hoc habetur: Cùm de iure spolia Prælatorum Regni Siciliæ spectent ad futuros Prælatos, & ad Ecclesiæ, seu ad Cameram Apostolicam, attamen de consuetudine antiqua, in eodem Regno observata, cuius memoria in contrarium non existit, ac priuilegio felicis recordationis t Regi Alphonso patruo nostro, per Sedem Apostolicam concessso, in recompensationem, o fagentorum millium ducatorum, quos in recuperatione Provincie Marchæ Anconitanae de suis proprijs pecunijs, exposuit, sive alio priuilegio, seu gratia Regibus præfati nostri Regni Siciliæ concessis, Curia nostra t est, & fuit in possessione, vel quasi, capiendo spolia Prælatorum dicti Regni in eodem Regno, int alibi morietum, &c. de quo priuilegio testantur etiam Ferdinandus Bonior. in d. cap. 478. & Anton. Xibecca super compendio Regiæ Monarchiæ, ver. Altera præterea præminentia est, quos ibi citat ipse Muta.

Imò (prosequitur) cùm aliter effet per Summum Pontificem data potestas quidam fratri Tom. I.

Bartholo Munsano, Vicario Catinen sis Ecclæ, ob mortem Episcopi Cataniæ, recipiendi, & recuperandi nomine Summi Pontificis, & Apostolice Cameræ, fructus, redditus, & prouentus, decimas, census, & emolumenta dicti Episcopatus; & vellet executorias dicti Brevis, fuit anno 1486. prouisum per Proregem, ut patet ex notatis in registro Antonij Monachi, Regi Secretarij in Regia Cancellaria hoc modo.

Nos autem recte considerantes, ad Regiam Curiam, eiusque officium, & dignitatem pertinere, ac spectare, defuncto cuiusvis Cathedrales Ecclesiæ Pastore, & alio nondum autoritate Apostoli, a prouiso, spolia, & quæcumque bona dicti Episcopatus, Sede vacante, apprehendere, & detinere, ad usque alterius noui Prælati creationem; ab executoria prefattis Brevis exclusimus, & vobis abdicamus potestatem omnem, & facultatem recipiendi, & habendi fructus, redditus, & prouentus, decimas, census, obventiones, & emolumenta ad Catinensem Ecclesiam quomodocumque spectantia & pertinentia, &c.

Ex quibus, & alijs firmat prefatus Marius Muta, loc. cit. a n. 20. Regium Patrimonium t in eo Regno, loco Cameræ Apostolicæ successisse (hoc idem quo ad Regem nostrum in his Indiarum t Regnis, ex eo quod ipsi sint decimæ à S. Sede concessæ, docet D. Mosc. vbi supr. n. 113. addens rursus, & n. 100. 123. circà id, ob eam t causam, in aliquo immutatum esse ius Canonicum in Indijs statim, Prælati audita, vel intellecta t morte, Regiam Curiam spolij capere possessionem à n. 11. In his bonis t ipsam habere fundatam intentionem à n. 15. & 22. teneri eandem, quæ etiam vocatur secretum, bonorum facere t inventarium, alias de suo obligari à n. 63. Regem nostrum t super spolijs gratias facere solere n. 62. hæc spolia ad ipsum, & vacantium Ecclesiarum fructus super quibus gratiae sunt, tanquam t Patronum spectare n. 6. 10. & 24. & alia notata digna, quæ omnia, ab his, quæ tradidimus de nostris Indijs, non multum distant. Adde denique, quenicumque in locum Cameræ Apostolicæ succendentem, t ad ea omnia teneri, ad quæ ipsa teneretur, Abb. & alij apud Card. Tusc. lit. 5. conclus. 368. n. fin. Paul. Castrensi, conf. 207. à n. 4. & à n. 2. lib. 1. P. Azor. vbi sup. cap. 3. q. 3. Bonacini, punct. 3. à n. 4. Rennat. Coppin. de doman. Franc. lib. 2. cap. 9. n. 11. Camill. de Medic. conf. 12. n. 10. 13. & 15. Vermiglio. d. conf. 366. n. fin. D. Arac. vbi supr. à n. 110. & 135. D. Solorz. d. lib. 3. cap. 12. n. fin. D. Olea de cession. iur. tit. 4. q. 9. n. 36.



S V M M A R I V M.

- 1 Prælati tempore consecrationis, Sanctæ Apostolice Sedi fidelitatis iuramentum præstant.
- 2 An hoc iuramentum per Procuratorem valeat exhiberi & nam. 66. 67. & seq. 80.
- 3 An consecrationem præcedere debeat iuramentum?
- 4 Iuramentum in ingressu Regij officij præstandum personaliter exhiberi debet.
- 5 Beneficiati, & alijs superioribus iuramento adstringuntur, & subjiciuntur.
- 6 Cap. Grauem 15. de excessib. Prælato. intelligitur.
- 7 Prælati antè possessionem quoddam Regi nostro exhibent iuramentum, & nu. 45. cum seqq.
- 8 Nec aliter admittuntur ad Pastorale munus, fructuumque perceptionem.
- 9 Ex iure antiquo Hispano Prælati tanquam vassalli fidelitatis iuramentum tenentur præstare.
- 10 Hoc iuramentum dissimile est ei, de quo agimus.
- 11 Iuramentum fidelitatis Regi præstandum, Reginæ, non viro, præstatur, quandò ipsa est Regni Domina.
- 12 Iuramentum fidelitatis fæmina non præstat.
- 13 Prælati temporalia à Rege obtinent in Hispania; ideo eorum causa iuramentum præstant, & num. 20.
- 14 Prælati casu, quo temporalia à Rege accipiunt, quoad ea ipsius iurisdictioni subsunt.
- 15 Prælati Imperatori iuramentum præstant.
- 16 Iuramentum à Prælato præstandum à Ioanne Papa XXII. originem trahit.
- 17 Expenditur in hoc optimum Innocentij Papæ III. rescriptum.
- 18 Unde infertur, ab eo tempore hoc iuramentum in Hispania admissum.
- 19 Item à Sancta Romana Ecclesia approbatum.
- 20 Prælati, quandò à Rege obtinente temporalia, eorum respectu ab alijs vassallis non distinguuntur, & n. 13.

- 21 Hoc iuramentum ex priuilegio Ioannis Papæ, ad homagium videtur extende-re D. Salcedo.
- 22 Quod procedere posse videatur, quarens promiscue unum pro alio accipi solet cùm inter se differant, & numer. 23.
23. 24.
- 26 Homagium nequeunt præstare Prælati, neque ratione temporalium, & num. 27.
- 28 Gregor. VII. Urban. II. & Paschal. II. Pontifices prohibuere homagia, quoad Ecclesiasticos.
- 29 Quod tamè tempore præfati Passchalis non omnino admissum fuit in Gallia, Anglia, & Germania.
- 30 Iwonis Carnotensis Episcopi verba in hoc expenduntur.
- 31 Tempori, ac occasione cedendum.
- 32 Galliæ Reges deinde homagium repulere, saltim quoad Prælatos feuda non possidentes.
- 33 Homagium aliquid irreuerentiae, ac indignitatis secum affer.
- 34 Qua forma præstetur homagium, refertur.
- 35 Iniquissimum dominorum inferiorum desiderium, iuramentum sibi præstari flexis genibus, volentium.
- 36 Doctores adducuntur, qui de hoc homagio, & eius forma agunt, & numer. 38.
- 37 Vrsus Ursinus Nolæ, & Atripaldae Comes, Ferdinando Regi Catholico homagium præstat.
- 39 Ratio prohibitionis à Pontificibus factæ, traditur.
- 40 Prohibitiones præfatorum Pontificum ad literam referuntur, & numer. 41.
- 43.
- 42 Ligium idem est, quod homagium, & unde dictum.
- 44 Verba Episcoporum Rhemensis Prouinciae circè eandem prohibitionem, adducuntur.
- 45 Iuramentum à Prælati in Indijs coram Tabellione præstandum, quid continere debeat, & n. 47. 51. 52. 55. 62.
- 46 Regia Schedula 15. Martij 1629. refertur.
- 48 Due nouenæ partes in decimarum divisione Regi nostro reseruantur, & numer. 53.
- 49 Decimæ Indiarum Regi Catholico concessæ à Sancta Romana Sede.
- 50 Prælati Indiarum tenentur Canonicanam collationem præsentatis à Regio Patronatu, concedere, & n. 56.

- 54 Iuramentum hoc quo tempore præstandum, & num. 57. 58. 61.
- 59 Regius Patronatus semper indemnisservandus.
- 60 Hic Patronatus ab Ecclesia Romana concessus fuit.

- 63 D. Villarroel iuramentum à se præstitum, affert.
- 64 Galliae Prælati stola ad collum posta, & manu ad pectus iurare solent.
- 65 Prælati feuda à Rege possidentes, si iuramento contraveniant, qualiter puniendi.



ARGUMENTVM.

Prælati in Indijs, antequam Ecclesiarum suarum capiant possessionem iuramentum quoddam solemniter Regi nostro exhibent, nec aliter admitti possunt. De alijs nonnullis iuramentis præcipue, de homagio, plura obiter adducuntur.

CAP. XXII.

Ivramenti tractatio, quam hoc loco expono, non spectat ad id fedelitatis iuramentum, quod consecrationis tempore Prælati Sanctæ Apostolicæ t Sedi præstare, & exhibere tenentur, cuius materia latè tractatur in cap. Ego N. 4. de iure iurand. vbi Canonistæ omnes antiqui, Barbos. num. 2. Francisc. Leo Thesaur. for. Ecclesiast. 2. part. cap. 10. num. 15. Lancelot. Conrad. in templ. omnium iudic. lib. 2. cap. 4. num. 8. Rodoan. d. rebus. Eccles. non alienand. quæst. 13. num. 51. Lælius Zanchus de priuileg. Eccles. priuileg. 67. in princ. P. Azor instit. Mor. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 3. Petr. Cened. ad decretal. Collectan. 108. num. 1. D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 6. à numer. 1. & 12. Machad. de perfect. confessar. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 2. docum. 6. num. 2. doctilism. Petr. de Marca in concordia Sacerdot. & imper. lib. 6. cap. 7. §. 7. in fin. P. Dian. 12. part. Mor. tract. de consecrat. Episcop. resolut. 57. D. Archiepiscop. Almansa in allegat. iur. sobre la administracion del Arçobispado de Santo Domingo, hecha por los Gouernadores nombrados por sus antecesores en èl, à num. 29.

2 Qui etiàm disputant, t àn possit hoc fedelitatis iuramentum per procuratorem, ad id destinatum, exhiberi? De quo latè P. Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 5. à num. 7. D. Solorzan. dict. cap. 6. & à num. 4. Ioan. Papon. in decisionib. Francæ lib. 2. tit. 3. arrest. 1. Garcia de Benefic. 3. part. cap. 3. à num. 73. vbi Rotæ decisionem adducit D. D. Felician. de Vega in cap. Postulasti, de iudic.

num. 7. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 64. à num. 90. Azeued. in leg. 21. tit. 7. lib. 3. Recopil. num. 2. Christophor. Bessold. concil. 233. num. 18. vol. 5. P. Pelizzar. in Manual. Regul. tract. 5. cap. 10. num. 3. Barbos. in dict. cap. Ego N. num. 2. Iacob. Cancer. 2. part. variar. cap. 2. à num. 280. & 284. in fin. & 3. part. cap. 10. num. 44. Ioan. Petr. Fontanell. de pæst. nuptial. claus. 4. gloss. 10. part. 1. à num. 18. & in addit. ad prim. tom. num. 2. P. Dian. dict. resol. 57. vers. Verum! Ex his t aliqui aduertunt, iuramentum hoc consecrationem præcedere debere, Borrell. dict. cap. 64. num. 134. Anton. Oliuan. de iure Fisc. cap. 10. num. 4. Papon. arrest. 1. Nota obiter, iuramentum t ab officium Regium ingredientibus præstandum, iuxta ordinat. 1. 91. 175. anni 1636. leg. 27. tit. 1. leg. 1. in fin. tit. 2. leg. 11. tit. 8. lib. 2. Summ. iunctis Aponte de potest. pro reg. tit. de assens. R. g. §. 5. num. 21. Gail. obseruat. lib. 1. cap. 36. à num. 13. Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 108. D. Valençuel. consil. 190. num. 21. D. Solorçan. in Politic. lib. 5. cap. 14. Cancer. 3. part. variar. cap. 13. num. 3 28. Fontanell. de pæst. nupt. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 110. Aluarez de Velsc. de iudic. perfect. rubric. 14. annot. 3. & rubric. 9. annot. 2. in fin. personaliter exhiberi debere, non per procuratorem, Bardaxi. de offic. Gubernator. cap. 4. col. 3. D. Crespi obseruat. 15. num. 9. in fin. adde D. Montemayor ad decisiones Hispaniol. vigil. 50. num. 20.

Non etiàm agimus de eo iuramenti genere, cui Beneficiati t & Dignitates à Superioribus Præfulibus curata, & alia Beneficia obtinentes, ac recipientes, subiiciuntur, & ad.

adstringuntur secundum iura in cap. Cum Cle-
rici 19. vbi Barbos. & repetentes, de verbo-
rum signific. cap. Quamquam 6. 23. distinct.
Grauen 15. de excessib. Prælator. (hoc vlti-
mum, non de homagio, seu t hominio, nisi
latomodo, sed de fidelitate intellige, Mart.
de iurisdict. 4. part. cent. 1. cas. 43. num. 11.)
Rebuff. in prax. Benefic. tit. requisita in liter.
Collect. num. 2. latè Garcia dict. cap. 3. Bar-
bos. in cap. fin. de regul. iur.

Sed solum de illo, quod t Regi nostro
Catholico Prælati omnes, antequam Epis-
copatus adispicantur possessionem (idem
dic quoad Archiepiscopatum) secundum
nuper editam Regis nostri dispositionem
(licet antiquitù post possessionem etiam
præstabatur) facere tenentur; nec aliter Pa-
storale obtinent, & exercent t munus, fru-
ctusque Ecclesiæ, cui proficiuntur, acqui-
runt, ac percipiunt, quam huiusmodi iura-
mento præstito. Sed antequam hoc refera-
mus, præmittere oportet, iure antiquo
Hispano, Prælatos, quatenus sub vassalli t
nomine comprehenduntur fidelitatis iura-
mentum, ut alios Regibus teneri præstare
(dissimile t est etiam hoc, illi, de quo agi-
mus,) ut bene probat textus in leg. 5. tit. 15.
part. 2. in illis verbis: E desto deuen fazer
omenaje los mas honrados omes del Reyno, que
son, y fueren, assi como los Prelados, e los ricos
omes, &c. vbi D. Gregor. Lopez, verb. Pre-
lados, Aluarez Velasc. consult. 100. num.
fin. Carol. de Grass. in prelud. de effectibus
Clericat. num. 376. Tap. de potestat. princip.
sacul. §. 3. n. 13. D. Salgad. de Reg. protec. 1.
part. cap. 1. prelud. 2. num. 61. Hieronym.
Zeuall. in prolog. de cognit. per viam violent.
num. 99. D. Salced. de leg. Politic. lib. 1. cap.
4. num. 27. & lib. 2. cap. 12. num. 3.

Obserua tamè fidelitatis iuramentum,
vel homagium Regibus exhibendum; præ-
stari debere Reginæ, non viro, quando ipsa
est Regni Domina, t & Regina, vt notant
Neuizan. consil. 40. num. 2. Burgos de Paz,
apud Ioan. Garc. de nobilitat. gloss. 1. §. 1.
num. 45. Fab. Capic. Galeot. controu. lib. 1.
controuers. 55. num. 17. iuxta ea, quæ dixi de
iure Patronatus Reginæ Regni dominæ per-
tinenti, cap. 5. num. 6. Fœmina autem t iura-
mentum hoc præstare non potest, quia per
eam illius natura non valet explicari, vt post
alios docent Faquin. controuers. iur. lib. 7.
cap. 4. Capic. Latro consult. 75. num. 93.

Ratio præfatae legis Regni ea est, quia
in Hispianarum Regnis communiter Prælati
à Regibus t nostris temporalia posident,
& obtinent, quorum causa illud iuramentum
exhibit, vt expendit D. Gregor. Lopez

dict. verb. Prelados, ex Innoc. III. in cap.
Nimis 30. de iur. iurand. & cap. Solitæ 6. de
maiorit. & obed. Iacob. Calicus in Mar-
garita Fisci, dub. 8. versic. 17 s. Anton. Oliuan.
dict. cap. 10. num. 1. ibi: Ecce quod Prælati in
hoc Regno, & plures personæ Ecclesiastice
possident bona tempore alia, etiam Alaudalia
Franca, & libera, quæ sunt doles ipsarum Ec-
clesiarum, & Beneficiorum, horum bonorum
occasione Prælati omnes huiusmodi boia pos-
sidentes in Regno, tenentur præstare fidelita-
tem Domino Regi, &c. Borell. dict. cap. 64.
num. 61. Carol. de Grass. & Tap. vbi suprà.
D. Solorzan. dict. cap. 6. num. 54. & alij in-
frâ: qua etiam ratione, quia nempè à Rege
Ecclesiastici temporale t accipiunt, ipse
cognoscit inter eos quoad illa bona, cap. Ni-
mis 30. de iure iurand. gloss. verb. Iure, in
cap. Romana, §. debet, de appellat. in §. gloss.
verb. Suscipiunt, in cap. Solitæ, de maior. &
obedient. Sarau. de iurisdict. adiunctor. quest.
30. num. 13. sic etiam Imperatori præstant
hoc iuramentum t Prælati, iuxta gloss. fin.
in cap. Nullus 22. quest. 5. D. Gregor. Lo-
pez, & Borrell. num. 5. locis vbi proxime.
Vnde Episcopi in feudo, non ut Episcopi
sed tanquam Barones procedunt D. Couar-
rub. præt. cap. 4. num. 2. Abb. Felin. & alij
in cap. Solitæ, de maiorit. & obed. Cancer. 3.
part. variar. cap. 13. num. 345. Francisc.
Marc. decis. 454. num. 10. part. 1. Grass. de
effectib. Clericar. effect. 1. num. 513. Mastrill.
de Magistrat. lib. 2. cap. 8. num. 34. Barbos.
de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. à num.
130. Oliuan. vbi suprà, cap. 20. num. 3.
Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. disput. 12.
quest. 1. à num. 7. D. Matheu vbi infra, Mart.
de iurisdict. 4. part. cas. 89. à num. 5. Gabr.
à Sanct. Vincent. de censur. disp. 4. quæs. 9.
§. 16. num. 277. Bellet. disquis. Clerical. 1.
part. tit. de favor. Clericor. personal. §. 1. num.
14.

Quæ iuramenti, quoad Prælatos, neces-
sitas, & obligatio à Ioannis Papæ XXII. pri-
uilegio, t & concessione originem trahit,
vt notarunt Joseph Sess. tom. 2. decisionum in
Epistol. ad Regem nostrum, num. fin. Barda-
xi in for. de Prælatur. num. 10. & post eos,
D. Salgad. dict. num. 61. & seq. D. Salced.
dict. num. 27. & dict. cap. 12. num. 16. &
alijs relatis, D. Montemayor in propugnacul.
pro Reg. iurisd. post decis. Hispaniol. §. 19. in
fin. In quod etiam potest t rectè expendi
rescriptum eiusdem Innocentij III. ante pre-
fatum Ioannem Papam XXII. suprà biscen-
tum annos, Apostolicam Sedem gubernan-
tis, ad omnes Regni Aragonie Prælatos
missum, anno 1206. cuius literam retuli-
mus,

mus, cap. 6. num. 20. præcipue in illis verbis: *Hoc solùm nobis, & successoribus nostris reseruantes* (inquit Petrus Aragonum Rex) *vt libere, & Canonicè electus in signum Regie fidelitatis nobis, & successoribus nostris debet præsencari.* Hacque Petri Regis relata litera, prosequitur Innocentius III. *Nos igitur deuotionem Regiam in Domino commendantes, & approbantes in hac parte statutum ipsius, illud auctoritate Apostolica firmamus, &c.* Ex quibus duo apparent, alterum ab antiquo t̄ huiusmodi fidelitatis exhibendæ praxim in Hispania obseruatum, & alterum, eam esse t̄ à Sancta Romana Se-
de, ex tunc saltim approbatum, & confir-
matum.

Quòd autem fidelitatis iuramentum à Prælatis Hispaniarum Regibus exhibendum, temporalium ratione, vt dixi (quo in casu Prælati ab alijs vassallis, quoad hoc t̄ non distinguuntur, sed tanquam laici reputantur, Bouadill. in *Politic.* lib. 2. cap. 18. num. 64. & ex eo D. Solorzan. dict. cap. 6. num. 54. in fin. D. Regens Matheu & Sanz de Reginin. *Valentia*, cap. 8. §. 8. num. 281. non vt Episcopi, & Prælati, vt in optima specie docent Francisc. Marc. decisi. 454. numer. 11. part. 1. Andr. Gail. obseruat. lib. 1. obseruat. 30. à num. 1. & 6. & de pace pu-
blic. lib. 1. cap. 8. à num. 8. Francisc. Nig. Ciriac. controv. tom. 4. controuer. 552. à num.
21. 23.) ad homagium, seu hominum t̄ etiā extendeit, ex dicto priuilegio Ioann. Papæ XXII. D. Salced. dict. cap. 4. num. 27. verū hoc solūm procedere poterit. quatenus
22 promiscuè vnum pro alio t̄ referri, & adi-
23 ci soleat (cum inter se t̄ differant Henric. Bocerus de *inuest. feud.* cap. 4. à num. 7. & seqq. Bessold. de *consil.* 233. num. 18. in fin. vol. 5.) vt ipse deindè notat, num. 29. ex Cor-
set. de *potes.* Reg. 4. part. num. 2. Mascard. de *probat.* conclus. 1404. num. 1. optimè Marca, ubi suprà lib. 1. cap. 21. §. 7. ubi ait, hodiè quoad Episcopos vtrumque confun-
di, cùm t̄ nullum aliud iuramentum, quam fidelitatis præstent, tametsi feuda ad homa-
gium quoquè adstringant, & §. fin. Hieron. Portoles in *schol.* ad Molin. verb. *Homagium*, & aduertit Fontanell. in addit. ad *primum tom.* de *pact.* nupt. num. 25. Ideò-
que t̄ tantum de fidelitate, qua Prælati, & subditi Regi obedientiæ ratione præstare te-
nentur, accipiendus est, vt in dict. num. 29.
se explicat, non de homagio, expreſſe enim contradicunt t̄ iura in cap. Ex diligent. 17.
in princ. de Simon. & cap. fin. de regul. iur.
cùm hoc Principibus ſecularibus, etiā temporalium t̄ ratione nequeant Ecclesia-

ſtici exhibere, Innoc. in cap. *Solitis*, de ma-
ior. & obedient. Abb. in cap. *Veniens*, de ac-
cusat. Bessold. consil. 172. num. 21. vol. 4. &
alijs in fin.

Homagium t̄ itaque, quoad Ecclesiasticos, à praxi recelsit, Gregorius enim VII. primò, mox Urbanus II. ac tandem Paschalis II. Romani Pontifices illud Regibus, & alijs Principibus laicis præstare prohibuere, vt latè, & elegantè pluriē exponit, & refert Marca ubi suprà, lib. 4. cap. 13. §. 1. & lib. 6. cap. 7. §. 8. & cap. 23. §. 1. ante fin. & lib. 8. cap. 21. §. 4. licet prefa-
ti Paschalis Papæ tempore adhuc Galliarum in Regnis non fuerit omnino t̄ admis-
fa prohibitio, quemadmodum, nec in An-
glia, & Germania; tradit enim dict. cap.
13. §. 1. Iuonis Episcopi Carnotensis ver-
ba in epistol. 190. ad eundem Paschalem missa, contenta, quibus probatur, Radulfum Remensem Archiepiscopum, fidelita-
tem per manus (quod est homagium) Regi præstissime, Iuone ipso ex Pontificijs decre-
tis contrarium instantे, ac suadente, an-
nuit tamè, quia expedierit. En verba
Episcopi Iuonis: Sed reclamante t̄ curia ple-
nariam pacem impetrare nequiuimus, nisi pra-
dictus Metropolitanus per manum, & Sa-
cramentum eam fidelitatem Regi faceres,
quam prædecessoribus suis Regibus Franco-
rws antea fecerant omnes Remenses Archi-
episcopi, & cæteri Regni Francorum quam-
libet Religiosi, & Sancti Episcopi, quod
persuadentibus, & impellantibus totius Cu-
riæ Optimatibus. & si propter mandatorum
rigorem minus licebat, factum est tamè, quia
Ecclesiastice paci, & fraternæ dilectioni, sic
expediebat. Obserua, ex hoc loco obiter
consilium non spernendum, tempori, ac
t̄ occasione aliquando cedendum. summa rei
ratione posthabita, & lib. 8. cap. 21. §. 5.

Posterioribus tamè temporibus Gal-
lia Reges homagij obseruantiam, & praxim
ferè repulere, saltē t̄ quoad Prælatos, qui
feuda non possidebant, vt idem Marciano-
tauit, dict. lib. 8. cap. 21. §. 7. in princ. illic:
Reges tamè Francorum videntur facilius fle-
xiſſe, vt morem gererent destinatis Pontifi-
cum Romanorum, quoad homagia; non magis,
ac obsequuti ijsdem fuerant, quoad solemnitas
Inuestiturarum; Dimiserunt enim solemnitas
homagij, &c. retinuerunt tamè
quoad Episcopos, qui feuda possident late
Rhenat. Coppin. de *sacra politia*, lib. 1. tit.
7. à num. 22.

Homagium ergo t̄ irreuerentiæ, ac in-
dignitatis aliquid secum adfert, quod equi-
dēm Ecclesiastica Dignitati omnino aduer-
ſa-

§ 4 sari, & opponi videtur; qui enim t illud
 facit, flexis genibus, manus suas manibus
 eius, cui illud exhibet, & prestat, ſup-
 ponere tenetur (actio ſanè à Sacerdotali
 munere aliena prorsus) leg. 4. tit. 26. part.
 4. ibi: Fincando el vafallo los hinojos ante
 el Señor, è due meter ſus manos entre las su-
 yas del Señor, leg. 25. in fin. tit. 16. part. 3.
 Marcard. dict. conclus. 1404. nu. 2. D. Co-
 uarrub. in cap. Quamuis pactum 1. part. §.
 1. à num. 3. de pact. in 6. Oliuan. de iur. Fisc.
 cap. 9. n. 6. Hugo de Celso in repertor. verb.
 Feudo, verlic. 5. Mart. de iuriſdict. 4.
 part. centur. 1. cas. 43. numer. 2. Marca dict.
 cap. 21. §. 7. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas.
 577. centur. 6. Fontanell. de pact. nuptial.
 dict. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 15. do-
 cens ex alijs, iniquissimum, & insolentif-
 sum fore Dominorum inferiorum t desiderium,
 qui vellent, iuramentum ſibi praefari
 genibus flexis, ex Grau. consil. 517.
 Surd. consil. 172. num. 12. agit etiam de hoc
 homagio, t & ipsius formula, latè Thom.
 Michael de iuriſdict. conclus. 57. Kaichen. de
 iur. territor. cap. 3. num. 162. & in Enclop.
 cap. 3. Mathias Stephan. de iuriſdict. lib. 2.
 part. 1. cap. 7. num. 212. Camill. Borrell.
 dict. cap. 64. num. 34. 37. & seq. 57. & seq.
 vbi de praefito in Regno Neapolitano Ca-
 tholico Ferdinandο ab Vrlo Vrsino, Nolæ,
 Atripalde Comite, & nun. 81. cum. seqq.
 Monterroſi. in practic. tract. 7. fol. 204. pre-
 ter ſuprà traditos dehomagio, ſeu homenage,
 latè agunt Petr. de Bella Pertic. tract. de iu-
 ram. fidelitat. Iacob. de Sancto Georg. in
 tractat. de Homagijs Speculat. de feud. §.
 nunc de homagio, Cafarius lib. 1. Histor. il-
 lustr. miraculor. cap. 23. Dionis. Dorleans ad
 Tacit. lib. 3. pag. 373. num. 3. Andr. Gail.
 de Arreſt. Imper. cap. 7. num. 10. Henric.
 Rosent. de feud. cap. 6. conclus. 85, à num. 5.
 Caluin. de verb. iur. verb. Homagium, D.
 Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 2. cap. 23.
 à num. 12. Auendañ. de exequend. mandat. 2.
 part. cap. 27. à num. 7. Mieres de maiorat. 1.
 part. quæſt. 22. num. 58. D. Valençuel. con-
 fil. 168. nun. 15. & 37. Portoles ad Molin. §. homagium Cancer. 3. part. variar. cap.
 10. à num. 39. & cap. 13. num. 361. & 2.
 part. cap. 2. à num. 280. D. Olea de cession.
 iur. tit. 3. quæſt. 6. num. 25. P. Didac. Tello
 en el manifesto, ſobre que los Procuradores de
 Cortes lleuen votos deciſuos, §. 5. ſub liter. M.
 N. Maximilian. Faust. in consil. pro aerar. or-
 din. 141. 188. 290. & paſsim.

Apertiū huius prohibitionis à Roma-
 nis Pontificibus factæ, præcipue ab Urba-
 no II. rationem ex Rogerio Heuedeno re-

tulit Marca, dict. cap. 21. §. 4. afferit enim
 Heuedenus, t Summum Pontificem in Con-
 cilio Claromontano, & deinde in Romano
 differuisse, execrabilè prorsus eſſe, vt ma-
 nus, qnq; eò honoris, & Dignitatis perue-
 nere, vt signo ſuo Deum creent, qui crea-
 uit vniuersa, quæque eum offerunt Deo Pa-
 tri pro omnium hominum ſalute, quod ipſis
 quoque Angelis non licet; indignum, in
 quām, prorsus eſſe, vt hæ manus ad eam
 ſeu ſocordiam, ſeu ignaviam dimittantur,
 vt imperio ſubijciantur earum manuum,
 quas noctū, & interdiu coinquant obſcen-
 ni contactus, rapinae, & iniusta effuſio ſan-
 guinis humani.

Gregorij autem VII. ptohibitio talis eſt:
 Ut clericus à laico t nunquam iuſtificetur, nec
 pro terra, nec prò alijs rebus, quas ab illo te-
 neat, nec ſibi hominatum faciat; ſed omni-
 nò, que ab eo teneat, ſibi antequam vllam
 patiatur iniuriam, dimittat, Urbani itidem
 II. hæc: Nè Episcopus, vel Sacerdos t Regi,
 vel alicui laico in manibus ligiam fidelita-
 tem faciat, (ligium intellige, quaſi illius, t
 cui iuramentum praefitum fuit, ſubditus,
 & ligatus, ex Clement. Pastoraliſ, §. quod si
 panitio ibi, homoque ligius, & vassillus,
 iuncta gloss. de re iudicata, cap. Ex diligenti
 17. de Simon. cum multis Borrell. dict. cap.
 64. num. 26. & 47. cum seqq.) Eodem quo-
 que argumento vſus eſt Paſchalis II. nàm
 prædecellarum ſuorum ſtatutis aemulatus,
 eandem ptohibitionem renouauit Latera-
 nensi in Concilio, ibi: Patrum t noſtrorum
 decreta renouauimus ſancientes, & interdi-
 centes, nè quisquam omnino Clericus homi-
 nium laico faciat.

Inquam rem, recte etiam Marca exper-
 dit verba Episcoporum t Remensis Prouin-
 ciæ, è Synodo Carifiacensi anno 1358. scri-
 bentium ad Ludouicum Germaniq; Regem,
 ibi: Nos Episcopi Domino consecrati non fu-
 mus huimodi homines ſeculares, vt inva-
 ſallatico debeamus nos cuilibet commendare:
 & infra; manus enim chrismate ſacro perun-
 ita, que de pane, & vino, aqua mixto; per
 orationem, & Crucis ſignum conficit corpus,
 & Christi ſanguine Sacramentum, abominabi-
 le eſt quidquid antè ordinationem fecerit, vt
 per ordinationem Episcopatus ſeculare tan-
 gat villo modo Sacramentum.

Quidquid ergo ſit de his, que hucusquæ
 tradiſimus, apùd Nos omnino obſeruatur,
 quod Prælatus quilibet, cum ad ſuę Eccle-
 ſia capiendam accedit possessionem, iura-
 mentum t coram tabellione, & testibus te-
 neatur emittere, nullam ſe Regijs iuribus,
 & tributis facturum fraudem, nec etiam in
 per-

perceptione, & solutione duarum nouenarum partium, ex fructibus decimalibus arario Regio, patrimonioque assignatarum se impedimento futurum, in nulloque Regio Patronatui præindicaturum, immo, illum sempèr quoàd omnia ipsius capita integraliter obseruaturum: vt præter Regiam Schedulam anni 1602. & legem Regiam Nouæ Recopilationis Castellæ, quæ est 13. tit. 3. lib. 1. quas refert D. Solorzan. dict. cap. 6. num. 48. & post eum D. Villarroel ubi infra, à num. 15. D. Almansa rbi supra, num. 28. P. Auendañ. in Thesaur. Indic. tit. 13. n. 70. & seqq. D. Montemayor in dict. propugnacul. §. 1. 9. a num. 15. latius exponit, & exprimit Regia Schedula 15. Martij 1629. de qua mentionem facit D. Solorzan. ibidem, num. 52. estque hæc.

rechos, y rentas Reales, que en qualquiera manera me pertenezcan, ni la de los dos nouenos que t me están reservados en los diezmos de las dichas Iglesias de las Indias, sino que antes lo dexaran pedir, y gozará las personas, à cuyo cargo fuere su colrança llanamente, y sin contravencion alguna. 53

Por la presente mando al Presidente, y los de mi Consejo de las Indias, que de aqui adelante, quando yo presentare á su Santidad qualesquieras personas, para que sean proueidas en qualesquier Arçobispados, y Obispados de las Indias, estando en estos Reynos, antes que les sean entregadas las cartas t de presentacion, que para ello se despacharen, dèn orden que hagan juramento solemne por ante Escrivano publico, y testigos, que no irán, ni contravendrán en tiempo alguno, ni por ninguna manera contra el dicho mi Patronazgo Real, sino que le guardaran, y cumpliran como en él se contiene llanamente, y sin impedimento alguno, y que en conformidad de la dicha ley 13. no impedirán, ni estoruarán t el uso de mi Real juridicion, ni la cobrança de mis derechos, y rentas Reales, que en qualquiera manera me pertenezcan, ni la de los dichos dos nouenos, sino que antes les ayudarán para que los recojan llanamente, y sin contradicion alguna, y que harán t las nominaciones, instituciones, y colaciones, que están obligados conforme al dicho mi Patronazgo; y hecho el dicho juramento, le entregue á mi Secretario, para cuyo oficio se despacharán las dichas presentaciones, al qual assimesmo mando, que antes que las entreguen á las personas, que fueren proueidos, estando en estos Reynos, como queda dicho, ó á los que en su nombre acudieren á su despacho, cobren el dicho juramento, y que sin entregarcele no les dèn las dichas t presentaciones. 55

46 **E**L REY. Por quanto t he sido informado, que estando dispuesto, y ordenado por diferentes cedulas de los Reyes mis Señores padre, y abuelo, que santa gloria ayan, que antes que los Prelados, que fueren elegidos para las Iglesias de las Indias, y sean recibidos en ellas, y se les dé la possession, ayan de hacer, y hagan juramento de que guardarán t mi Patronazgo Real, y no irán, ni contravendrán contra lo en él contenido; en su cumplimiento ha anido gran descuido, y a muchos de los dichos Prelados se les ha dado la possession de los Obispados sin hacer el dicho juramento, de que se pueden seguir grandes inconvenientes, como son no guardar lo que por dichas cedulas, y Patronazgo Real está dispuesto, intentado impedir el uso de mi Real juridicion, y la cobrança de mis derechos Reales, y los dos nouenos t que tengo reservados de los diezmos, que por concession Apostolica t me están concedidos en las dichas Iglesias, y que rehusan de hacer las nominaciones, e instituciones, y colaciones que están t obligados, conforme al dicho mi Patronazgo Real. 56

Y porque á mi servicio, y conservacion de mi Real juridicion, y buena gounernacion de las Indias, conviene que se guarde, y cumpla lo que está dispuesto en razon, de que los dichos Arçobisplos, y Obisplos antes que sean recibidos, y se les dé la possession de los Obispados, para que fueren presentados, hagan el dicho juramento de que guardarán, y cumplirán en todo, y por todo el dicho t mi Patronazgo Real, y que juntamente le hagan en conformidad de la ley 13. tit. 3. lib. 1. de la nueva Recopilacion, como se hace en estos Reynos, que agora nueuamente la he mandado obseruar, de que no impedirán, ni estoruarán el uso t de mi juridicion Real, ni la cobrança de mis de-

57
rías, y Oidores de mis Audiencias Reales de las dichas mis Indias, y a mis Gouernadores dellas de las partes donde residieren los dichos Arçobisplos, y Obisplos, que no llevando certificacion del dicho mi Secretario del dicho mi Consejo, á quien tocaré, que han hecho el dicho juramento, no les dèn las possessions dellos. Y si los proueidos estuvieren en las Indias, embiarán los dichos mis Secretarios los executoriales de los Arçobisplos, y Obisplos á los dichos mis Virreyes, y Gouernadores donde residieren, a los cuales assimesmo mando, que no les entreguen los dichos executoriales, ni t en su virtud les dèn la possession de los Obispados, sin que primero hagan el dicho juramento por ante Escrivano Publico, y testigos, que dello dñe, y fecho, se la dñe, y embien al dicho mi Consejo, para que se guarde en él, y que tengan los vnos, y los otros parti- 58

cular cuydado de que lo sobredicho se cumpla precisa, y puntualmente. Fecha en Madrid a 15. de Março de 1629. que nouissimè iubetur seruari per aliam Regiam Schedulam expeditam 25. Octobris 1667.

Circà Regium Patronatum à Prelatis omnibus, & alijs omnino t obseruandum in nihiloque diminuendum, est Proregibus speciale instructionum capitulum, quo id eis prorsùs iniungitur, tom. I. impress. Schedular. pag. 310. cap. 10. ibi: Assimismo os encargo tengais muy particular quenta con la conservacion del derecho de mi Patronazgo Real, guardando vos, y haziendo que los Prelados, assi Ecclesiasticos, como de las Ordenes, no quebranten, sino que antes le guarden, segun, y como ha sido concedido à los Reyes de Espana por la Santa t Sede Apostolica, y se declaran en las prouisiones, que sobre ello por mi estandadas, sin permitir, ni dar lugar à que los Prelados se embarazen, ni metan en lo que no les pertenece, como algunos lo han intentado, Reg. Sched. ann. 1593. pag. 88. eod. tom. & nouissimè Reg. Schedul. 15. Junij 1654. ibi. Poniendo en ello el cuydado, desvelo, y atencion, que conviene, para que mi Real Patronazgo en ninguna Prouincia, ni con ningun pretexto pueda ser perjudicado, ni ofendido, antes en todas partes tenga el deuido cumplimiento, &c.

Formam autem huiusmodi iuramenti praestandi ponit D. Villarroel en el Gouier-Ecclesiastico, 2. part. quest. 19. articul. 1. à numer. 15. vbi refert Regium rescriptum, quod communiter executoriales appellamus, in quo exhibendi iuramenti clausula in hunc modum repetitur: Haziendo primero el dicho Obispo t juramento ante Escritorio Publico, de que guardara mi Real Patronazgo, y no irá, ni vendrá en cosa alguna t contra lo en él contenido, y que en conformidad de la ley 13. tit. 3. lib. 1. de la nueva Recopilacion, no estoruará, ni impedirá la cobrança de mis derechos, y rentas Reales, que en qualquier manera me pertenezcan, ni la de los dos nouenos, que en los diezmos del dicho Obispado me están adjudicados por concession Apostolica, &c. Y no lo haziendo, no le dareis la dicha possession, &c.

Et num. 16. ad longum tradit iuramentum, quod in praecedentium t executionem ipse praestitit in Regum Ciuitate, antequam ad propriam proficeretur Ecclesiam, illic: El Señor Obispo de Chile D. Fray Gaspar de Villarroel, en cumplimiento d'este executorial Real, juro a Dios, y a la Cruz, & in verbo Sacerdotis, segun forma de derecho de guardar, y cumplir el Real Patronazgo, y co-

do lo demas que en este executorial se contiene, y manda por su Magestad; y que si assi lo fiziere, Dios le ayude, y al contrario le condene, y à la conclusion d'este juramento, dixo: Assi lo juro, amen, y lo firmo, à quien soy fee, que conozco, &c.

Vnde iuramentum hoc dissimile omnino est illi, quod in Gallie Regno praestare solent Galli Prelati; hi enim t stola ad collum posita, & manu ad pectus, iurare solent, vt ex Ioan. Ferrald. in tract. de iur. & privileg. Regn. Francor. num. 25. & Arnalpho Ruzao de iur. regal. num. 14. quos impugnat, & refert Marta de iurisdict. dict. cas. 43. num. 14. obseruauit D. Solorzan. dict. cap. 6. num. 51.

Tandem obserua, quod si Prelati nostri feuda à Rege recipientes iuramento contraueniant, ratione feudi, & ipsius respectu in eos proceditur t tanquam contrà proditores, vt aduertit Borrell. dict. cap. 64. num. 99. vbi sita olim obseruatum fuisse in personam Magni Magistri Equitum de Alcántara, ex Oldrad. consil. 93. & Anton. Scappo de iure non script. lib. 1. cap. 6. in fine refert. Post hæc scripta ad manus meas peruenit disputatio quedam à doctissimo D. D. Fr. Ioanne de Sandoval & Zapata, Episcopo Chiapensi, electo iam, & translato ad Ecclesiam Goathemalensem, in causa propria edita; optimis fundamentis fulcita, authoritatibus, & rationibus non communibus roborta, & absoluta, circà materiam, suprà, num. 2. traditam, nempè, à iuramentum fidelitatis à Prelatis Sanctæ Romane Ecclesiæ exhibendum, valeat per procuratorem praestari? maximè Presule aliò translato; quam in lectoris gratiam ad literam referre decreui; tūm quia omnem questionis difficultatem penitus euacuat; tūm etiā, quia allegatio hæc doctissima desideranti facile non est obvia. Eidem omnino subscripsere Domini Ioann. de Ybarra Mexicanus Senator, Goathemalensisque Cancellariæ visitator, D. Mathias de Solis Ulloa & Quiñones, Ioannes Maldonado de Paz, & D. Ferdinandus de Castilla & Ribera, eiusdem Cancellariæ Consiliarij. Item alij doctissimi viri, videlicet Otto Prebendarij illius Cathedralis; Septem Patres Dominicani; decem Franciscani; Tres Augustiniani; Sex Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, & tres Iesuitæ. Quo obtentum fuit, vt praefatum iuramentum per procuratorem praestaretur die 13. Junij 1623. in manus D. D. Ioannis de la Serna Archiepiscopi Mexicani, cui hoc à Sancta Sede fuerat commissum. En iuris responsum.

Q V Æ S T I O E S T .

VTRVM IVRAMENTVM FIDELITATIS, ET FIDEI PROFESSIO,
que Episcopo alio translato per Bullam translationis iniunguntur, ab eo possint per
procuratorem exhiberi, vel necessariò præstari debeant personaliter?

66

Dubitationem hanc animis inseruerunt
iij, qui Sacrae Congregationis Cardina-
 lium declarationes (*ut par est*) magnificen-
 tes duas offerunt in praesenti pro parte nega-
 tiua, super Concil. Trid. sess. 24 cap. 12. Pri-
 ma est, ad illa verba: Orthodoxe Fidei sue
 publicam facere professionem (per se ip-
 sum:) Afferit Congregatio: Et si absens + ac-
 cedat ad Ecclesiam. Secunda. Dubitanti, in
 facturi publicam fidei professionem ad for-
 man huius capitii, si sint absentes, possint il-
 lan emittere per procuratorem? Non possunt
 (respondit Congregatio) sed debent professio-
 nem emittere per se ipsos. Quibus addunt
 illud, quod Rota decidit in causa Carthaginensi
 15. Februarij anno 1588. ibi: Quià certum
 est huiusmodi iuramentum debere corporaliter
 præstari; ut tradunt D.D. in cap. Ego
 N. de iure iurand. ubi Abb. n. 6. Qui ibi id
 solum probat ex illo verb. Hac quod in iura-
 mento fidelitatis profertur, dñm Euangelia
 Sancta tagendo, is, qui iurat, iurando ait: Sic
 Deus me adiuvet, & haec Sancta Dei Euangeli-
 alia: Huic, & alijs assentiens Nicol. Garcia
 tom. 1. de Benef. 3. p. cap. 3. dub. 12. nu. 74.
 Professionem fidei non posse per procurato-
 rem fieri affirmat, pro se adducens Zerol. 2.
 p. verb. Fidei professio, eiusdem sententiae vi-
 detur Thom. Sanch. in Sum. 1. p. lib. 2. cap. 5.
 num. 7. ubi (etsi Beneficiariis consentiat) de
 Episcopis alio translatiis negat: et si mitius
 agat esse erans, se credere id fieri non posse.
 Qui & alio nititur fundamento, ex verbis
 ipsius Bullæ committentis certo Episcopo, ut
 prædictum iuramentum, & si lei professionem
 nomine ipsius Summi Pontificis acceptet de-
 sumpto. Quod loco primi argumenti pro hac
 opinione constituo in hanc formam. Pontifex
 Summus in sua Bulla iuramenti, sic ait: Ne
 propter hoc ad Sedem Apostolicam acce-
 dendo, laborare cogatur (scilicet Episcopus)
 volentes parcere laborib⁹, & expensis, fra-
 ternitati vestre cōmittimus: At si posset per
 procuratorem præstari, non opus esset laborib⁹,
 & expensis parcere, nec alicui vices suas Pon-
 tificem committere, ut nomine ipsius acceptet,
 sed posset Episcopus Romano procuratori pote-
 statem dare, ut sui nomine Pontificis manibus
 prædictam fidei professionem omittat. Er-
 gò non potest per procuratorem præstare.

Et hinc argumento ex inductione illius vo-

Tom. I.

cis, personaliter adducto, alia, illaque non les-
 sia in huius partis confirmatione nadiungo.

Primum, quià quando lex instituit actum citè
 aliqua solemnitate, ab ipsa lege inuenta, so-
 lemnia illa est de substantia actus principa-
 litè exhibendi, que si absit, & omittatur
 redditur actus nullus; sed personalis exhibitio
 iuramenti fidelitatis est a lege inuenta ad so-
 lemniatem actus iurandi fidelitatem Summo
 Pontifici, fidemque Deo Optimo, & Maxi-
 mo profidem: Ergò illa si absit, & omit-
 tatur, redditur actus nullus: Ergò nec debet
 omitti, nec potest abesse.

Secundum, quià iuramentum est obligatio
 Religionis, que non contrahitur nisi abeo, qui
 Cultum Deo præbet, eique hunc Religionis
 actum præstat: Ergò oportet, ut sit actus eius,
 qui per iuramentum obligatur: Ergò iura-
 mentum est actio personalis, scilicet eius obli-
 gatio: ac consequenter personaliter, & non
 per alium debet exhiberi.

Quod & confirmatur ex D. Thom. 2. 2. q. 98.
 art. 2. ad 4. argumentum, ubi expressè ait, ibi:
 Iuramentum est actio personalis. Ut huius
 rei veritatem brevi (de dicto tam in ordine) se-
 cundum mei sensus existimationem proferam,
 sic unica eaque (meo videri) vera, & ut arbitror
 omnibus plausibilis, & a vestrīs Dominatio-
 nibus grato animo acceptanda conclusio.

CONCLVSIΟ.

Episcopus alio translatus, cui iuramentum
 fidelitatis, & fidei professio, per Bullam
 translationis, & confirmationis iniungun-
 tur, ea potest per procuratorem; ad ea + specia-
 le mandatum habentem, præstare. 67

Hanc assertionem absq; formidine alterius
 partis grauissimi tuentur utriusque classis
 D.D. expressis iuribus nitentes, quibus regu-
 lariter profertur, quod quicquid potest quipia
 facere per se ipsum, potest per procuratorem, &
 ita factum obligare non procuratorem, sed
 eum, cuius nomine ita factum est. Quod ex na-
 tura rei, ita esse constans, & perpetuum, in-
 dè apparet: quod iura Canonicae, & epissimè om-
 nia huiusmodi iuramenta absqueulla obliga-
 tionis dubitatione recipiunt, magnificant, &
 concorditer approbant, ut constat in cap. Tibi
 Domino 63. distinet, ubi id gloss. verb. Et iu-
 rare, singulari animaduersione declarat,
 & in cap. Optatum 100. distinet. ubi iura-

P.

men-

mentum per scripturam missum, & propria subscriptione munitum, & illud, quod per procuratorem praestatur, & equiparantur, & ibi gloss. verb. Aliquem, & in cap. Metuentes 17. q. 4. ubi gl. verb. de praesenti, & idem habetur in cap. Periculo, §. Versum, de stat. Regul. 6. & inc ap. ultimo, de iuramento calumniæ in 6. Ergo huiusmodi iuramenta ex natura rei validas sunt, & ita praestita vi sua obligantia. Hæc consequentia probatur: Quia si hic modus iurandi per alium obligandi vim non sortiretur per ius humanum non posset fieri validus: oportet enim, ut tale ius humanum omnia necessaria supponat ex natura rei ad valorem iuramenti.

Quod & omnes D.D. ijs locis, iuribusq; ad id probandum adductis assenerant, ut fundamentum adstruant prædictæ assertionis. Quibus addunt illud in cap. In pertractandis, de iuram. calumn. & in l. Qui bona, §. Si alieno, ff. de damno infecto, & alia quamplura allegat Conar. ut hoc ipsum prober, in cap. Quamuis pastum, 1.p. §. 5.n. 8. & facit regula iuris 68. in 6. ibi: Potest t̄ quis per alium, quod potest facere per se ipsum. Ita sentiunt Nauarr. lib. 1. cons. tit. de Summa Trinitate, consil. 4.n. 2. & lib. 2. rit. de iure iurando, cons. 11.n. 2. Card. Tusc. tom. 4. lit. I. concl. 530. ubi adducit l. Ius iurandum, §. fin. ff. de iure iurando, cum ibi notatis, & eadem lit. I. concl. 537. & alibi s̄ep̄ P. Ledesm. 2.p. Sum. tit. 1. cap. 4. concl. 10. diffic. 6. Azor. tom. 2. Instit. Moral. 2.p. lib. 7. cap. 2. §. Sex queritur, qui adducit, l. 1. ff. de procurat. & cap. Qui per alium, & cap. Potest quis, de Præbendis in 6. & Thom. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 5.n. 7. existimat posse fieri à Beneficiarij professionem per procuratorem, & specialiter in lib. 3. cap. 13. n. 17. M. Suan. to. 2. de Relig. lib. 2. cap. 31. P. M. Raph. de la Torre tom. 2. de Relig. in q. 89. D. Th. disp. 12. M. Soto de iust. & iur. lib. 8. q. 2. art. 2. ad 4. §. Per hæc, & Card. Caiet. 2. 2. q. 98. art. 2. in argum. 4. D. Thom. & omnes ij, qui de iuramento in communi sermonem instituunt, qui nec pauci, nec modicæ notæ sunt, & auctoritatis.

Et prima(eaque validissima) buius assertio ratio est: Quia non maior, neque prior consensus requiritur ad iuramentum; ac alium quemcumque quavis ratione personali contractum. Sed quilibet alias contractus potest per procuratorem ad id speciale mandatum habentem perfici ex natura rei. Ergo, & iuramentum praestari. Maior constat a simili in matrimonio, quod in mutuo coniugum expresso, vero, ac proprio consensu consistit, & per procuratorem ante Concil. Trident. & post illud non solum in ratione contractus, sed etiam

(quod maius est) in ratione Sacramenti gratian conferentis efficitur (ut est vera sententia multorum) & tenent Rebello de obligat. iustitiae, 2. part. lib. 2. q. 5. num. 9. Ioann. Gutierr. in suo de matrimonio, cap. 43. num. 10. alijs summae notæ, & auctoritatis in hac parte pro se allegatis. Tenui, & ego, & publicè defendi, dum anno 1609. materiam matrimonij Vallisoleti in Hispania, discipulis in Primaria Theologiæ Cathedra D. Thomam 3. p. quest. 4. 2. art. 3. interpretando dictasse, ex multorum sententia, & præcipue ex cap. fin. de procuratoribus in 6. & specialius ex cap. Ex parte 2. de conuersione coniugatorum, ubi matrimonium contractum per internuntios, dicitur omnino indissolubile, nisi per ingressum Religionis: quæ indissolubilitas prouenit matrimonio rato inter fideles, ex ratione Sacramenti, ut habetur cap. Quantò, de diuertijs, vnde constat etiam in ratione Sacramenti à contractu ex institutione Christi Domini inseparabilis, fieri posse per procuratorem, & internuntium. Quo exemplo vtitur Cardin. Caietanus, ut maioris primæ propositionis veritatem edoceat, 2. 2. D. Thomæ quest. 98. artic. 2. cuius verba (quia magnam redolent auctoritatem, & constantem continent veritatem) in medium profero, qui explicans ibi solutionem ad 4. argumentum, ubi Sacer, & Angelicus Doctor, ait: Iuramentum esse actionem personalem, Caietanus sic eius mentem ostendit: non sis tamè (inquit) ita rudis, ut sic accipias iuramentum esse actionem personalem, quod nullo pacto possit exhiberi per alium: Quoniam constat, quod contrahere matrimonium est non minus actio personalis, & tamè potest per alium contrahi, per verba de praesenti. Sed intellige, quod sicut coniugio facit quisactionem personalem alterius dicendo. Ego nomine Martini accipio te in coniugem, ita in iuramento potest dicere: Ego nomine Martini iuro sic fuisse, vel esse, vel fore. Et tunc ille solus, cuius nomine iuratur, tenetur ex vi iuramenti. Iea Caietanus; quæ forma expressa est specialiter in iuramento fidelitatis, quod habetur in cap. Tibi Domino 63. distinct. gloss. verb. Et iurare. Quia ibi interuenit intentio iurandi ex parte principalis, qui iurat, qui quamvis per alium postea iuret, ipse est, qui iurat, quia aliis non nisi nomine ipsius, cuius vicem iurando gerit, iuramentum profert, & parum refert, quod propria, vel aliena lingua, quæ solum instrumentum est actionis iurandi, id fiat, dummodo assensum præbat, & potestatem speciali iurandi alteri tribuat, qui sua met voluntate illum ad iuramenti impletionem ad-

69 adstringat: Quia, t̄ quod ex mandato specia-
li per procuratorem sit, verè dicitur fieri à
parte principali: cap. fin. de procurator. in 6.
Ergò, si æqualem consensum postulat actio iu-
randi, ac aliis quicunque quavis ratione per-
sonalis contractus, & quivis alius potest fieri
per alium, similiter, & iuramentum fiet;
ac ita factum vim iuramenti habebit, & ra-
tionem obligandi eum, qui illud per procura-
torem præstiterit, ac si ipsem̄et principalis
immediatè per se ipsum iuramentum præ-
stasser. At iuramentum fidelitatis, fideique
professio, nequè maiorem consensum postulant,
nequè magis personalem actionem insinuant,
quam ij alij contractus, qui per procurato-
rem præstiti vim habent obligandi eum, qui
principaliter per procuratorem contrahit; vt
in quocumque contractu constat. & constitit
in matrimonio: Ergò similiter fieri potest per
procuratorem; factumque sic iurantem ad obli-
gationem adstringet.

Hanc minorem probbo. Quia eadem ferè
forma, quam ex Caetano retuli, pro quocum-
que iuramento, & contractu matrimonij ha-
betur in gloss. cap. Tibi Domino, verbo Et iu-
rare, de speciali iuramento fidelitatis, sic ibi:
Hoc iuro in animam Domini mei, quod ipse
hoc servabit; vel sic: Domin⁹ meus iurat per
me, quod hoc servabit. Sic Deus ipsum adiu-
uet. Ergò sicut illa possunt per procuratorem
fieri, ita potest & hoc fidelitatis iuramentum.

70 Ultimò specialiter probbo, ex cap. Opta-
tum 100. distinction. Vbi Episcopus Agri-
pinensis per suum Nuntium à Ioanne Pa-
pa pallium postulauit, qui illud ei, ob has
causas non concessit, & quia fidem Catholi-
cam ad plenum + in epistola non exposuerat;
& quia nec vniuersalium Conciliorum, nec
Decretalium Romanorum Pontificum, ullam
mentionem fecerat, & quia in epistola non subs-
criperat, & quia nec alium nuntium miserat,
qui pro eo iuraret, ibi: Nec aliquem, qui hanc
iureiurando firmaret miseris. Ergò si Episco-
pus ille, Fidē Catholicam ad plenum in epistola
exposuisset, & vniuersalium Conciliorum, &
Romanorum Pontificum Decretalium, men-
tionem fecisset, & in illa epistola subscrip-
sisset, & aliquem, qui hanc iureiurando
firmaret, misisset, fidei professionem ad pal-
lij susceptionem necessariam Pontifex accep-
tasset, & optatum pallium Episcopo contul-
isset. Ergò, si hæc omnia observauero in iu-
ramento debitæ fidelitatis, & fidei profes-
sione, & quod ius ipsum postulauerat, &
quod mihi in præsentiarum per Bullam trans-
lationis iniungitur, adimplebo. Ergò ali-
quem mittere possum procuratorem, & inter-
nuntium, qui hanc iureiuranda fidei

professionem firmer, & meo nomine iuræ
speciali mandato. Ergò sicut illud, si debito
fieret ordine, Pontifex acceptasset, sic vos
Illustrissimi Dñi, quibus à Pontifice Summo
per Bullam iuramenti, iuramentum commit-
titur, ut eius loco, & nomine illud ac-
ceptetis, hoc modo factum acceptare poter-
ritis: & ego illud in manibus vestris per
procuratorem, & internuntium speciale
mandatum deferentem præstare.

Si tamè huic determinationi obijciat,
quis id, quod quasi pro limitatione Couar-
rubias loco citato in fin. illius §. 5. sub-
notat, videlicet: Quod si lex requirat iu-
ramentum fieri, aut præstari propria manu,
illud per alium præstari non posse,
etiam cum speciali mandato; sed de hoc
iuramento (de quo est disceptatio) persona-
liter præstanto, est huiusmodi lex (ut ex
Illustrissimorum Cardinalium declarationi-
bus constituit in principio) aut illa deduci-
tur de Summi Pontificis voluntate, ex ver-
bis ipsius Bullæ, quam velut inductiæ, &
arguitiæ (quod aiunt) induxerat Thomas
Sanchez: Ergò per alium fieri nequaquam
potest.

Quicquid sit de Illustrissimorum Cardi-
nalium + Congregationis declarationibus, 71
& quem legis habeant vigorem, & de illis
verbis Pontificis, quæ nullam, nequæ legis
præceptiæ, nequæ expressæ Summi Pontifi-
cis voluntatis habent insinuationem (de qui-
bus satis dicemus in solutionibus argumen-
torum) presenti obiectioni propter auctorita-
tem doctissimi Couarrubias, summan difficult-
atem scaturienti respondeo: Quod quia in
aliquibus causis ad pleniorum earum ex-
aminationem, & partium satisfactionem,
ita visum est expedire, sic frequentè præ-
cipitur, ut propria manu iuramentum ex-
libeatur frequentiusque id exigi solet, in
iuramento assertorio, & judiciali, ut col-
ligitur ex cap. 2. detestibus, & ex cap. Li-
cet 2. eodem tit. vbi id notant Abbas, & Fe-
linus, & alij, ex cap. Si vero 2. de sentent. ex-
comin. & cap. 2. de hereticis in 6. vbi glos-
sa, verbo Proprijs, quæ necessitas testifican-
di, & iurandi propria manu, & persona ver-
bis expressis debet iniungi, & quibus fieri
debeat, ibi Doctores ostendunt, & Couarru-
bias loco citato: At vero in iuramento pro-
missorio, si quandoquæ præsentia exigitur,
ideo solùm exigi solet propter specialē re-
uerentiæ significationem, solemnitatē actus,
& obedientiæ manifestationem ei, cui iu-
ratur; qua ratione iuramentum fidelitatis
præstandum esse propriam manu, & persona
à vassallis dixit Baldus, ut resert Couarrub.

Sed hoc duplii limitatione debere intelligi multorum est sententia Doctorum. Unus sit Magist. Suarez tom. 2. de Religion. libr. 2. de iur. promis. cap. 31. num. 7. Prima, si possit personaliter adesse, qui iurare tenetur. Secunda, quod non sit legitimè impeditus, ita ut commode i plam, cui iuramentum debet prestari, adire non possit. Quibus alijs adducunt aliam: Quod ille, cui iuramentum tum praestatur, non contradicat. Ut habetur in c. 1. §. Veram, de stat. Regul. in 6. Quod ita verum esse plures, quos citat Conuar. existimant, etiam in eo casu, quo lex iuramentum propria manu exhiberi præcipiat. At in nostro fidelitatis iuramento præstanto (quod propriè promissorium est) præsentia (si exigetur) ideo similiter esset, ut specialem reuerentiæ significationem, & obedientiæ manifestationem vobis Illustr. D. Archiepiscopo Mexicanico, & Episcopo Taxcalensi, quibus, vel cui libet Dominationum vestiarum iuramentum committitur, loco Summi Pontificis illud acceptatur, exhibeam; & cum id præstare nequaquam possim (prædictas limitationes attendatis) sicut summa rerum omnium, & temporalium, & spiritualium iactura, quæ pastoris absentiam necessariò consequi ostendit Spiritu Sancto è Cœlo emissio Sacra Trident. Synod. sess. 24. cap. 1. de resident. Prælator. Pecuniae enim, quæ in tam longo terrarum diversarum spatio, & itinere plus quam mille milliarum, hoc est, trecentas leguas, deberent expendi: propriam facultatem, & decimalem portionem (quæ hodie tenuissima est) in magna quantitate superarent. Oves quibus (ut invigilarem, & assisterem, illa, qua possem vigilantia, & diligentia, paternoq; affectu prouiderem, Rex noster pius, ac Catholicus huius Novi Orbis per uigil custos, & prouidus gubernator, hic me misserat) graui periculo manerent expositæ, Sacramento Confirmationis, eis multis abhinc annis necessariò priuarem, Pontificalibus officijs, Sacrorum Ordinum collatione, Sancti Olei, & Chrismatis consecratione, alijsque plurimi missi spiritalibus subsidij, destitutas relinquem: cum meæ curæ, regimini, & gubernationi tres sunt Episcopatus modò commissi Chiapensis, Guattemalensis, & Verapaz, & quia teneræ sunt oves, temeraria effe illarum desertio, & ab eis per tam longum tempus absentia, vitam ipsam mortis non leui periculo exponerem labioso, ac protracto itineris spatio, varijs qualitatum temperamentis, & summo iam calore, summo item frigore, vicissitudine quamdam immoderata, & intemperata affecto, & ipsa Episcopalis auctoritas, quæ ita debet condecorari, & venerari ab omnibus, omnium contemptui traderetur, dum varia-

rum Regionum gentes, multarum Diocesis Ecclesiæ, quas adire necesse est; festinatione in eundo, & redeundo necessaria, summa cum earum molestia, & expectatione (nè dixerim scandalo, vel saltim adiuratione) transirem. Quæ omnia si Summus Pontifex intelligeret: suo paterno ita moueretur affectu, ut nequè iniungeret Vobis Dominis, ita distantibus, iuramentum præstari à me, tam grauitè impedito, nequè fieri per procuratorem aliquo modo contradicteret, quod & conjectura pietatis ipsius, in tanta rerum omnium inuersione, incommodis, & impedimentis, facit intelligi. Ergo etiamsi lex esset, quæ illud sic expressè fieri iniungeret (quod nullibi constat) ab illius impletione, eæ tanè exactæ rationes quemlibet æqua interpretatione libera rent. Nullam enim legem (cum quilibet rationabilis esse debat, & possibilis temporis, locoque conveniens, ut auctor est Isidorus, & D. Thomas interpretatur 1. 2. quest. 95. articul. 3. & rectè tradit August. Paren. lib. 3. confes. cap. 37.) cum tam evidenti rerum, proprio incommodo, & probabili vitæ periculo, quemquam obligare ratio ipsa persuadet, & res ipsa iure suo postulat, & proprio ore clamasset, si loqui liceret.

Alias impossibilis esset, & impossibilia præciperet, moraliter loquendo: quæ enim nimis difficulta, impossibilia iura ipsa communi vocant affatu, sicut & quæ impossibilia sunt, difficulta nominantur: quod de paterna tanti, ac Summi Pastoris clementia, nè suspicari quidem potest. Et inde manifestè colligo, quia t nulla lex 72 humana per se strictius obligat, quam lex aliqua naturalis, & diuina. Sed eæ aliqui etiam sub mortali obligantes, non obligant cum probabili vitæ periculo. Ergo etiam nulla lex humana in eo casu per se loquendo obligat. Minorem doctè probat Mag. Soto lib. 1. de iust. & iur. quest. 6. art. 4. & patet in lege naturali de satisfaciendo creditori, aut de reddendo deposito, & in lege Diuina de facienda integra peccatorum confessione, in qua, si vitæ imminet periculum aliquod peccatum cœlare quis poterit, nè tunc confessio erit formaliter diminuta, tantum moraliter. Item Dauidi licuit, & Matthathiæ, ut probabili vitæ periculo uterque occurreret; illum panibus à lege prohibitis vesci: hunc Sabbato pugnare contraria legem, & ille accusatur à Christo Domino, Matthæi 12. hic à Diu. Thom. 1. 2. question. 100. articul. 8. ad ultimum. Ergo lex hæc humana (etiamsi esset, quæ iu-

ramentum fidelitatis personaliter propria manu, & persona fieri iniungeret) cum tam probabili vita periculo, & aliarum rerum temporalium, & spiritualium discrimine, nollet obligare: de quo alijs subtilius, breuius, & praestantijs. M. Valentia tom. 2. in 1. 2. Tiu. Thom. disp. 7. q. 5. punct. 6. §. 4. & M. Suarez tom. de legibus, lib. 3. cap. 30. n. 6. & Co- uarrub. ipse in fine illius, §. Consentit in his, ibi: Quæ nullius, vel modici sunt præiudicij; cum Cardinali in Clement. 1. de iure iurando, notabili 21. Cuius autem erit præiudicium, si iuramentum fidelitatis, & fidei professionem (de quibus propria manu, & personaliter praestantis, nulla est lex, præceptio, aut aliter faciendi prohibito) per Procuratorem praestitero. Nullus sane: imò multorum damnum, & præiudicium, vt diximus, si non ita fiat: & hanc legis temperationem laudat P. Thomas Sanchez lib. 3. sue Summae, cap. 13. n. 25.

Ex quibus, ut animaduersione dignum, & ad huius conclusionis complementum infero: quod cum non expresse (ut diximus, & expressius dicemus) personalis exhibitio iuramenti fidelitatis præcipiatur, nec de hoc aliqua sit specialis lex, aut præceptio, relinqu debet quantum ad hoc, quod personaliter, vel per Procuratorem praestetur, dispositioni iuris communis, cuius nulla facta est correctio in Concilio Tridentino, nec alibi: Et quod non mutatur expresse; quarè itare prohibetur? I. Præcipimus, Cod. de appellationibus, & I. Sancimus, Cod. de testamentis. Nec per sub additos intellectus, & illatas verborum expositiones correctio, aut noua præceptio, (quæ strictissimi iuris est) & inducenda: est communis doctrina, qua ut afolet dexteritate utitur Ioannes Gutierrez lib. 3. prædicarum, quæst. 15. num. 35. & item suo de matrimonio, cap. 43. num. 11. ubi probat, matrimonium per procuratorem, post Concilium Tridentinum, relictum esse dispositioni iuris communis, iuxta textum in cap. fin. de Procuratoribus in 6. Quia per Concilium non est expresse correctum, neque nuncupatum requiri præsentiam personalem contrahentium, & pars per huiusmodi Procuratorem præsens esse dicitur, & respondere; sic in præsenti, ubi Concilium Tridentinum expresse, nec tacite, præcisè, nec individuo præcipit, huiusmodi iuramentum fieri personaliter. Sessione enim 24. cap. 12. sic ibi. Prouisi etiam de Beneficijs quibuscumque, &c. & infra. Prouisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solùm coram Episcopo, & eius officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur. Ubi si vellet præsentiam personalem expresse percipere, & ius

commune corrigeret, id exp̄ssisset. Et in Bulla Pij IV. omnibus, qui Cathedralibus, & Superioribus Ecclesijs præficiuntur, iuramentum, & fidei professio his solūm verbis præcipitur. Publicam t̄ orthodoxæ fidei professionem 73 facere, sequè in Romanæ Ecclesiæ obedientia permanuros spondere, & iurare teneantur, & paulo inferius, iuxta hanc, & nō aliam formam professionem prædictam solemnitè fieri auctoritate Apostolica tenore præsentium, districte præcipiendo mandamus; neq; in Bulla Sixti V. que incipit, Romanus Pontifex, ann. 1585. ubi de visitatione liminum t̄ Apostolorum constitutionem edidit, aliquod 74 verbum de iuramento personaliter, & non alio modo, præstanto, pronuntiat, neq; in Bulla translationis, & confirmationis, neque in ea, qua iuramentum vobis committitur, personalis additio nuncupatum, exp̄sse, præcise, & in individuo præcipitur, quod deberer fieri, non solū nō, ut iuris communis in totum constaret correlio, sed tantum in parte: ut sumitur ex Barr. in l. Si constante, ff. solut. matrim. n. 39. & Tiraquel. in præfatione ad tract. nu. 62. & communiter ita iuri spiriti loquuntur. Ubi ergo de huiusmodi iuramento personali in his omnibus mentio inest, Nullibi sane. Quod quidem cum id præstare voluerint Romani Pontifices exp̄sse conscribi, & exactè notari, dilicidè poni, minimè prætermississe noscerentur. Ergo signum potis inum est, quo hoc iuris communis dispositioni relinquatur. Ergo Episcopus alio translatus iuramentum fidelitatis, & fidei professionem, per procuratorem secundum iuris ordinem in conclusione, adactū, & in nullo exp̄sse, exactè, ac dilucide correctum, facere potest: quod est facere per se ipsum: quia ut supra diximus, quod ex mandato speciali per procuratorem fit, verè dicitur fieri à parte principali. Ergo si, & ego per procuratorem fecero, & per me ipsum facere indicabor.

Quare, & fecere t̄ alij, ut refert idem Thom. Sanch. tom. I. Sum. lib. 2. cap. 5. n. 7. §. Maior autem illis diebus, quibus haec scribebat, Episcopus, scilicet de Malaga, qui per procuratorem præstitit iuramentum in manibus Episcopi de Guadix, qui solū triginta leuis distat à Diocesi Malacitana. Qui ut faceret retulit, alium Episcopum similitè per procuratorem eam fidei professionem emisisse. Quod est maximè considerandum, attentaria rerum, terrarum, & aliarum circumstantiarum qualitate, & quod viri doctiss. sacrarum Canonum obseruantissimi, & Ecclesiæ Romane, & eius Summo Præsidi, & Patrum Patri subiectissimi, non sine magno consilio (tota Hispania spe-ctante) fecerunt.

SOLVVNTVR OBJECTA.

Adea, quæ in principio obiecta difficultatem extulerant, suo ordine satisfaciā. Et primō ad locum Sacri Concilij Trid. sess. 24. cap. 12. de reform. Respondeo: Quod in illo loco, & verbis Concilij, nequè unum est verbum significans, hanc Fidei professionem, & iuramentum necessariō debere fieri per propriam personam, ut diximus satis clare, & exacte supr. §. Ex quibus. Etsi hoc Sacra Il-
76 lustrisimorum Cardinalium + Congregatio interpretetur, ut per duas declarationes ibi ci-tatas videtur ostendi. Afferro primō: Quod adhuc sub iudice lis est; an tuismodi declara-tiones vim habeant obligandi, in forma legis, vel solūn sint doctrinal. s. Quod et si Nicolaus Garc. tom. 1. de Benef. in proem. & Fr. Emm. Rodrig. tom. 1. q. Regul. q. II. art. 6. & 2. con-trā aliquos Theologos eas defendant, & eis, ut se nī nīs observantes ostendant, nē dixerim ostentent, vi in legis absolute attribuant M. Suar. inter eas personas, & communitates, quibus data est potestas ferendi leges, nequè Cardinales extrā suas Ecclesiās, nej; ut in illa Congregacione conuenientes, enumerat: imò cō-sulto videtur eorum mentionem omittere, tom. de legib. lib. 4. cap. 3. 4. 5. & 6. & expre-sse, ait: Nullam communitatēm prætēr ab eo enumeratas potestatem habere condendi leges. Et in 3. p. D. Th. tom. 4. disp. 28. sect. 6. Expressē ait, quasdam barum declarationum alijs opponi, & se inuicēm cōtradicere, & M. Salas, quem magni facio, ob vitæ puritatem, & doctrinæ integritatem, quem agnoui, & vnicē tractavi, tom. 2. de legib. quæst. 87. tra-ctat. 14. disp. 21. sect. 12. §. Sextō colligunt, ex sententia doctiss. Canonistarum aduertit eas Cardinalium declarationes, ut in iudicio ad-stringant, necesse esse, ut in forma authentica exhibeantur, scilicet, vel per Breue Papæ, vel per monitorium Auditoris Cameræ, vel per episto-lam alicuius Cardinalis Sacrae Congregationis, vel partibus citatis per transumptum, ex regis-tris ipsius Congregationis desumptum, sigillo Secretarij munitum. Quarum conditionum, nēc vnam habent eæ declarationes, quæ per manus aliquorum seruntur, quæ ignorantur à pluribus, sciuntur à paucis, & de earum cer-ta, & authentica auctoritate dubitatur à Doctoribus, literis, & pietate præstantibus, cum necessario vniuersaliter ferri deberet. Quia le-ges sacratissimæ, quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debeant, l. Leges, C. de legib. & constit. & extra de postulatione Prælatorum, cap. Ad hæc, & cap. Cognoscen-tes, de constit. quod etiam de legibus ipsis Pon-

tificijs, id ipsum M. Soto affirmat libr. 1. de iust. & iur. q. 1. art. 4. & præcipue de ijs, quæ irritos faciunt aliquos contractus, qui sine no-tabili damno priuatarum personarum, fieri, aut rescindi non possunt, quales essent eæ de-clarationes, si legis virtutem haberent. De quo Thom. Sanch. tom. 3. de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 10. vbi ait (cuidam respondens argumento.) Nec obstat declaratio Cardinalium in con-trarium adducta, quia de ea non constat au-thenticè, nequè illi necessariō standum est, quamvis magnam auctoritatem habeat. Ita & M. Medina 1. 2. q. 90. art. 4. §. Quod si quis, & sic cùm Sacrum Concilium nibil ha-beat expressum, quod necessarium esset (ut dixi-mus) si iuramentum propria manu, & perso-na exhibendum vellet iniungere: & Cardina-lium Congregationis declarationes non ita cer-tum sit, an vim habeant obligandi sub forma legis, ex nullo capite personalis potest exigere Fi-dei professio, & iuramentum fidelitatis.

Secundō respondeo. Quod nequè Sacrum Concilium, nequè eius (modo sit legis latua in-terpretatio Cardinalium Congregationis de-claratio, Episcopos comprehendunt, nequè de eis, sed de Beneficiarijs, de quibus Sancta Congregatio fuerat interrogata, est instituta, determinatio. Lex + enim pœnalis, ad id, de 77 quo non est expressa mentio facta, extendi non debet ex lege: etiam de simili ad simile, & multò minus de persona ad personam, ut est communis iuris doctrina, ita gloss. in cap. In pœnis 49. de Regul. iuris in 6. dicens: Quod de pœnis non arguimus ad similia, quia pœ-næ proprium catum non excedunt. Ita Bu-trius in cap. Ultimo, de consuetudine, n. 57. & 58. & benè Castro lib. 1. de leg. pœnali, cap. 7. documento 7. Hoc etiam tenet, & omnium di-cit esse commune M. Molina tractat. 2. de iust. & iur. disp. 176. §. quarti, & multò mi-nus ad Episcopos ex lege, lex illa debet exten-di, iuxta illud in cap. P. cricalosum, de sentent. excommunic. in 6. & etiam si illos Concilium comprehendat, illius præceptio plenè adimple-tur; & lex ipsa perfectè servatur, si per Procu-ratorem iuramentum præfetur, quod id ipsum est, ac solemniter facere, & per se ipsos adhi-bere, iuxta id, quod satis diximus in conclusio-nis probationibus, & dicemus inferius.

Illa autem Rotæ decisio, in nullo habet vim legis, nequè apud aliquem eæ decisiones hunc habent vigorem; cùm iuxta causarum varias rationes, rerum diuersarum diuersas item cir-cunstantias, & earum partium ab similes pro-bationes, iudices illi supremi quidem, & era-ditione, & auctoritate, iuxta cuiusq; sensum (in quo cuique datum est abundare) iudicium ferat. Etsi adhuc iuxta illas prudenter faceret,

qui rem omnimodo similem, si casu euenerit, agnoscens, deficiente lege, ubi licitum est, à similibus ad similia procedere, iudicauerit: ea tamè non de Episcopis, & in tām sublimi Dignitate constitutis decidit, sed de quodam Carthaginensi Thesaurario, inter quos est maxima dissimilitudo personarum, & Dignitatum. Quod attendendum est, etiam ab ijs, qui leges pœnales vellent extendere de casu ad casum omnino similem, id fieri non posse, de persona ad personam, ita dissimilem, & quæ tām sublimibus priuilegijs gaudet in ire. De quo M. Suarez, tom. de legib. lib. 6. cap. 3. num. 7. & cap. 4. num. 11.

Ad illud, quod quasi pro doctrinali propositione allegat illa Rotæ decisio, scilicet. Quià certum est huiusmodi iuramentum debere corporaliter præstari? Respondeo iuxta suprà dicta in ipsius conclusionis prolatione, sumendo iuramentum tūm ex natura rei, tūm ex singulare, & humano præcepto.

Ad id autem ex Abbe in comprobatione huius, quasi doctrinalis, propositionis in decisione Rot. allegatum in cap. ego N. de iure iurando, num. 6. ubi, & citat Andream. Respondeo: Quod præterquam, quod ad ius iurandum realis contractus alicuius rei sacræ, aut Euangeliorum, nullatenus ad substantiam iuramenti desideretur, ut est vera sententia Couarrub. in cap. Quamvis pactum, de pactis, 1. part. §. 1. num. 1. qui alios citans dicit esse communio rem, & veriorem sententiam, pro qua facit text. in cap. Etsi Christus, de iure iurando, ubi per illa verba: Testis est mihi Deus; iuramentum inducitur, assi per Sacra Dei Euangelia iuratum est, cum id tantum in iuramento exigatur, quod Deus in testimonium vocetur, ita & Zanallus in suis practicis commanib. contrà communes, quest. 407. & Magister Sanchez, tom. 1. summ. lib. 3. cap. 1. num. 3. Præter hoc autem, quod verissimum est, illud verbum hæc, ob cuius vim Abbas illud asseuerat, non ita personalem actionem, & actuallem, & realen contactum Euangeliorum exigit, per illum ipsummet qui iurat: ut per alium, scilicet per procuratorem (quod est per se ipsum facere) non possit exhiberi: ut manifeste constat in cap. Tibi Domino 63. distin. ubi iuramentum fidelitatis constat exhibitum per procuratorem, & sine illius capit. & iuramenti, & verba habentur expressa; sic Deus me adiuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Ergo si hoc verbum, hæc, contactum personalem exigeret: vel hic non fieret iuramentum per procuratorem: vel sic illud per procuratorem præstanto, aliter iuraret Othon, & qui eius nomine Domino Papæ Ioanni præstisit iu-

ramentum, alio modo præstaret: vel sic præstitum à Domino Papa non acceptaretur, ubi glossa verbo Et iurare, id expressius ostendit, & formam iurandi per procuratorem expressit. Quod & suprà in probatione conclusionis expressimus.

Ad argumentum M. Sanchez, per inductionem adductum, ex verbis Bullæ Pontificis. Respondeo, esse argumentum per illustrationem minus efficax, quam opus erat, ut tantum rigorosam obligationem nobis omnibus imponeret Thomas Sanchez, qui ab ea Beneficiarios, & alias Cathedralium Eccliarum Dignitates exemerat, & nobis, suo solùm verborum Pontificis in Bulla iuramenti, voluntario intellectu, per solam inductionem illato, communis iuri (sine iure, vel aliquo Pontificis verbo expresso, quo exactè, & dilucide ius commune corrigetur) correctionem velit inducere; quod vitandum esse, etiam iure, quod fieri posset, omnes Doctores admittunt, ex cap. Cum dilectus, de consuetudine, & glossa ibi verbo Iuri communi. Præterquamquid, si Pontifex, ut laboribus parceret, & expensis: non ad se ipsum accedere cogit: laboribus parcat, & expensis, ut non ad alium (cum tanta laborum molle, expensarum magnitudine, terrarum peragratione, ne dicam peregrinatione, propriæ gentis, & aliarum, per quas est iter agendum, summa defatigatione, & illarum omnium, quarum mihi à Deo cura commissa est desertione, simili cum Episcopalis Dignitatis dispendio, & vita propria periculo) inbeat personaliter accedere. Quod & ex ipsius Summi Pontificis verbis, paternam benignitatem redolentibus, colligitur, quod benignè parceret, si id certò sciret, & benignè ferret, si spē pietatis paternæ ab ijs incommodis, proprijs periculis, & aliorum dannis me ipsum, & meos liberans, huiusmodi iuramentum, & fidei professionem, per alium, cum omnibus à iure requisitis exhibeam. Quod est (ut diximus) per me ipsum exhibere. Cuius oppositum creditur ex benignitate Pontificibus assueta, nonuisse: sed potius sic interpretatumiri, si ad illum fieret recursus in hoc casu, ijs circumstantijs affecto: & eius intentio colligi potest ex ipsiusmet verbis, & modo iuramentum committendi, ibi: Volens parcere laboribus, & expensis. Quæ illa moderatione subintelligi possunt, licet non exprimantur: quod tantisperceret laboribus, proprijs expensis, rerumque, & personarum incommodis, & non cumentis, quibus non intelligimus eius paternam voluntatem, & pietatem opponi: ad hanc etiam, si legem de hoc sic faciendo condidisset: sicut non intelligimus legem Ecclesiæ,

& præceptum de Missa die festo audienda, necessitate subueniendi proximo grauitè infirmanti opponi, & legem, & præceptum ieiunandi, aliqua infirmitate, vel saltè debilitate laboranti, ad quod creditur legislatorum, ex benignitate obligare noluisse. Credo & ego me ad hoc, scilicet, ut iuramentum personaliter exhibeam: etiam si posset, noluisse ipsius circumstantijs temporis, loci, & itineris, laboris, incommodi, & personæ obligare, & verba eius sic subintelligi debere, & si non exprimantur. De quo M. Suarez, dict. de legib. lib. 6. cap. 7. Et quando de alterutra legis (sic esset) interpretatione dubitaretur, quæ benignior est, esse sequendam, & hanc fuisse legislatoris voluntatem, monemur intelligi, cap. In pœnis, de reg. iuris in 6. ibi. In pœnis benignior est interpretatio facienda, & cap. Eos 50. & cap. Si quis dederit 24. quest. 1.

79 Ad alia duo argumenta. Respondeo, & primò, ad primum, quòd si de invaliditate actuum, ex defectu formæ, vel solemnitatis à iure inuentæ, excitaretur sermo: longissima protraheretur disceptatio. De quo unus, qui mihi instar mille esse solet, M. Suar. consulatur, tom. de legibus, lib. 5. fere per totum. Breui tamè argumento, in hac re satis difficulti, & quod ad eius intimam difficultatem enodandam, intimèque enucleandam occasionem parat. Respondeo: Quòd non + omnis forma actus, etiā à lege inuenta, & ordinata substantialis est: sàpè enim solemnitas, etiā à lege præcepta, actui est accidentalis; ut in Sacramentis constat, & specialiter in matrimonio, cap. Nostrates 30. quest. 5. & in sententia ferenda, ex leg. 1.c. de appellationib. & in electionibus, cap. Quid propter, de electione. Omissio autem huius formæ accidentalis, non tollit substantialiam actus, neque illum annullat, sic in præsenti, assentia personalis, licet esset ad solemnitatem actus, à lege inuenta: illa tamè non substantialis est, siquidè ab illo actu potest separari, sicut in omni actu, ubi iuramentum præcipitur, tanquam de solemnitate testimonij, cap. Tuis, de testibus: & quia per partes potest renunciari; inde noscimus, non esse de substantia actus, quia absolute loquendo separari potest ab actu. Ita Petrus Caull. centuria 1. casu 69. ubi multos Doctores, pro huius doctrinæ confirmatione adducit. Sic ab omni contractu, quantumvis personalem exigat actionem, vel iuramentum, separari potest persona iurantis, & contrahentis, dummodo consensus, qui necessarius est, & substantialis, ad validitatem contractus, non deficiat. Ergo signum est, tunc

præsentiam personalem non esse de substantia actus, ut constat de matrimonio, & alijs, ut diximus ex cap. fin. de procurat. in 6. & in præsenti iuramento fidelitatis, præterquam quod ita sit, sicut in alijs contractibus (ut plurijs diximus) unum habet speciale, (& quod scrupulosè dubitabitibus, maxime securitatis esse potest) quod nullibi huiusmodi actio, ut præsentialis præcipitur + expresse, clare, exactè, dilucide, & determinatè, neque tanquam substantia, neque tanquam solemnitas, ad substantiam actus substantialiter necessaria, ut diximus, §. Ex quibus; & sic minor illius argumenti negatur. Cui addo, quòd quando iuramentum in Bulla translationis iniungitur, non additur clausula irritans, vel annulativa, (ut aiunt) si sine illa forma, vel præsentia corporali iuramentum præstetur, quod proprium signum substantiae, formæ, sed solemnitatis substantialis est: ut ait Felinus in cap. Cum dilecta de rescriptis, num. 6. §. Quintum signum, vel saltim quod aliser fieri non possit, quæ simplex dicitur prohibitio, sed solùm sic ait ibi, in Bulla translationis: Volumus autem, quod antequam regimi- ni, & administrationi dictæ Ecclesie de Guatema, te in aliquo immisceas, in manibus Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscopi Mexicanæ, & Episcopi Tlaxcalensis, seu alterius eorum, professionem fidei Catholicæ, iuxta unam expresse facias, & fidelitatis debitæ solitum præstes iuramentum iuxta alteram. An vero id fieri debeat personaliter, necn e? Nullo modo præcipit, neque in aliquo, pœnam actus irriti imponit, si non personaliter præstetur. & illa verba Sacri Concilij Tridentini, session. 24. cap. 12. Nec illis possessio suffragetur, non de iuramento personaliter præstanto (de quo nec unum verbum protulit, ut supra diximus) debent, nec possunt intelligi, sed iuxta subiectam materiam, & verba præcedentia, solùm ad effectum acquirendi fructus intelligitur, non ut possessio irrita sit, ut intelligunt Nauarro, Flamin. & alijs, quos ingenuè sequuntur Nicol. Garc. tom. I. de Benefic. 3. part. cap. 3. num. 33. Emmanuel Rodriguez in summa, tom. I. cap. 119. Azor, & Ledesma locis citatis. Quod signum est personalem assentiam non esse de substantia actus fidelitatis iurandæ, ac fidei profundiæ, sed tantum de solemnitate, quæ potest omitti, & abesse, & omissa, actus non redderetur invalidus: ut tradit gloss. in Clement. I. de iure Patron. verb. Inhibentes, & Felin. in cap. Ex parte, de constitut. limitat. 2. Unde manifestè colligo, quòd huiusmodi præsentiae, & personalis exhibitio iuramenti, etiā si præ-

ciperetur à lege (quæ non exp̄rēsē p̄cipitūr, vt s̄p̄ ostendim̄s) quamvis ad solemnitatem actus pertineret, accidentalis esset, non substantialis, vel verbis utar Felic. cap. Cūm dilecta, de rescript. leuis est solemnitas, sinē qua actus (dummodo consensus iurantis p̄ficitur, eo modo, quo iure ipso disponitur, scilicet per procuratorem, & internuntium, qui secundū formam p̄scriptam, in cap. Tibi Domino 63. distinct. gloss. verb. Et iurare, illud exhibeat) licitus, validus, firmus, & constans, omnique solemnitate, quæ iure ipso requiritur, & p̄cipere consueuit, ornatus euadat.

Ad secundum argumentum. Respondeo, concedendo, quod iuramentum sit obligatio Religionis ad Deum, cūm ei iuramentum p̄ficitur, vt communissima est Theologorum, & Canonistarum doctrina, & quod sit actio eius, qui iurat. At iuramentum inter homines, & homini ab homine factum, quantumvis sit personæ vinculum, & obligatio ex virtute Religionis proueniens, & personalem videatur actionem postulare, fieri potest per procuratorem, qui eius, cuius nomine iurat, mandatum habeat, vt satis diximus, & nifallor, manifeste ostendimus.

Ad confirmationem ex D. Thom. Respondeo, ibi D. Thomam, non agere de hoc modo iurandi, an scilicet per se, vel per alium personaliter, vel per procuratorem fieri possit? Sed quod ita sit actio personalis, id est, suæ ipsius, cuiuscumque personæ, quæ iurat, propria actio, & obligatio: vt non transeat ad alios, vel hæredes, vel de Ciuitate, & Collegio, vt ex contextu illius solutionis ad quartum, constat, ibi: Ad quartum dicendum, quod iam iuramentum est actio personalis; ille qui de nouo fit Ciuis alicuius Ciuitatis, non obligatur, quasi iuramento ad obserienda illa, quæ Ciuitas seruatura iuravit, tamè tenetur, ex quadam fidelitate, ex qua obligatur, &c. Et ita Doctorem Sanctum interpretatur Caietanus, ibi, & Soto lib. 8. de iust. & iur. quest. 2. art. 2. ad 4. & est vera sententia multorum, quam tenuit Abb. in cap. Veritatis, num. 3. de iure iurando, & multi alijs, quos referunt, & sequuntur Couarr. cap. Requisiti, num. 2. de testament. & de pactis, 1. part. §. 5. num. 4. Anton. Gomez, tom. 2. variar. cap. 14. num. 19. & Gutierrez de iurament. 3. part. cap. 12. num. 7. & alijs. Etratio est, quid iuriandum, est personæ & vinculum, & obligatio voluntariè assumpta, ex virtute Religionis, ex quavi, & modo se obligandi, nequit huiusmodi obligatio ad aliam transferri personam, & ita in hoc sensu dixerat D. Thom. quod

iuramentum est actio personalis, id est, non ad alium translata ex vi propria iuramenti.

Atsi, de quo nostra est dissensio, & disputatio sit sermo, & de hoc velimus D. Thomam ibi differuisse, cūm quasi uniuersali propositione aliunde petita, & doctrinaliter adducta argumento quarto respondeat, proferendo sic: Quod quiā iuramentum est actio personalis. Respondeo secundo. Quod huiusmodi iuramentum fidelitatis, & fidei professio, quantumvis personalis actio sit, iuxta formam communiter receptam in iure, possunt per procuratorem p̄fici, & per illum quisque obligare personaliter, id est, suam sic ligare personam, ac si ipse per ipsum personaliter, & propria manu iurasset, sicut in matrimonio contingit, cuius contractio personalissima (vt ita dicam) actio est. Ita Caietan. hic, cuius verba expressa, & tanti Doctoris sapientiam, & D. Thomæ veram intelligentiam scaturientia, supra in probatione conclusionis adduximus.

Nisi velit aliquis sic aliter D. Thomam interpretari, quod iuramentum est actio personalis. Ita, vt sine consensu proprio, & actione eiusdemmet personæ, quæ iurat, seu, quæ iurare tenetur: hoc est, sine eius specie, li mandato, iuramentum p̄fici non possit. Cum eo autem sic, (vt satis diximus) utram.

AD DEI GLORIAM. ET honorem.

ITÀ sentio, ita existimo, ita arbitror, pro vera determinatione debere defendi: non solum probabilem probans aliquorum sententiam, sed peritiorum, virorum assertione amplectens. Nihilominus tamè meam in hoc determinationem subiçio, & Sanctæ Romanae Ecclesiæ, eiusque Supremi Pastoris correctioni, & aliorum melius me indicantium iudicio: & quid cūm restanti momenti discutitur, & de animæ periculo agitur, in quo, quod tutius, sanctius, & securius est, esse tenendum monemur, cap. Ad audientiam, & cap. Significasti, de homicidio. Testor coram Deo, & Angelis eius, id me velle, idque in animo esse sequendum, si alijs Doctores (erunt quidem quam plurimi) aliter censuerint, & docuerint: quorum doctrinae meam sat cognitam ruditatem, vt deo, submitto. Maximè Dominationum Vestrarum Illustrissimi Domini: quibus est hoc modo commissum, iudicio, censure, & pietati, me ipsum, & mea offero, ea, quæ possum, & teneor humilitate. Sic Deus me adi-

iuuet. Guattemala 3. de Dizembre 1622. Ioannes Episcopus de Chiapa electus, & Gouvernator de Guattemala.



S V M M A R I V M .

- 1 **B**eneficium propriè vacat per obitum Beneficiati.
- 2 Quod procedit, licet antè possessionem contingat obitus.
- 3 Quo casu Ecclesia vacat per prius, non autem dicitur viduata.
- 4 Beneficiatus, licet resurgat, non habet regressum ad Beneficium.
- 5 Lazarus resuscitatus àn rumperet testamētum, &c.
- 6 Matrimonium morte unius coniugis soluitur, & an iterum coualefacat, coniuge defuncto resuscitante & num. 7.
- 7 Casus in hac re habitus, refertur.
- 8 Adulterium non committit, qui cum mortua copulam habet.
- 9 Beneficium vacat per professionem Beneficiati in aliqua Religione emissam.
- 10 Beneficia non vacant per professionem Militum Sancti Iacobi, Alcantarae, & Calatravae, & reddituratio.
- 11 Beneficium vacat per matrimonium; licet non sit carnali copula consummatum, & num. 13.
- 12 Hoc etiam procedit respectu pensionum.
- 13 Qui matrimonium contrahit nulliter, non amittit Beneficium, intellige, vt num. 16.
- 14 Per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam, vacat prima.
- 15 Episcopus eodem tempore non potest duabus Ecclesijs coniugij vinculo esse adstrictus.
- 16 Prælatus cum Ecclesia contrahit spirituale matrimonium.
- 17 Pontifici Summo de iure Diuino solùm competit hoc coniugium separare, & num. 22.
- 18 Concubitus Episcopi consecrati dicitur adulterium.
- 19 P. Vasquez hanc dissoluendi spiritualis matrimonij facultatem videtur Pontifici negare.
- 20 Pontifices hucusque approbant ex causa Episcoporum translationes, & remotiones, & num. 44.

- 25 Prælatus ad aliam Ecclesiam translatus non dicitur de novo matrimonium contrahere.
- 26 Translatus ad aliam Ecclesiam non potest ad primam redire, nisi ex Pontificis voluntate.
- 27 Papa dicitur Dominus Beneficiorum, habereque in Beneficialibus absolutam potestatem.
- 28 Beneficia omnia sunt de iure positiva, ideo eorum potestas residet penè Papam.
- 29 Verius est, Papam esse solūm administratorem vniuersalem, ac dispensatorem Beneficiorum.
- 30 Expenduntur in id Diui Bernardus, & Thomas, & num. 31.
- 32 Hoc ipsum probatur ex proprio Pontificis ore.
- 33 Beneficiorum, Ecclesiarum, ac rerum ipsarum dominium penè Christum Dominum residit.
- 34 Ecclesia non dicitur vacare mortuo Pontifice, cùm sponsus eius, & caput Christus Dominus sempervivat, & num. 36.
- 35 Papa est vniuersalis Ecclesiæ Pastor à Christo Domino relictus.
- 36 Metropolitana, ac Cathedralis Ecclesia nunquam moritur.
- 37 Quid sit translatio?
- 38 Episcopus sine Papa non potest translationem celebrare.
- 39 Episcopus ad aliam Ecclesiam se transferens sine Papa, quam pñnam incurrat?
- 40 Antiqua iura migrationes ambitu, & auaritia factas improbant.
- 41 Iura hæc ad literam referuntur, & num. 43.
- 42 Legitima causa interueniente fit à Papa translatio, & num. 23.
- 43 Prima Ecclesia, à qua transfertur Episcopus, à quo tempore vacet?
- 44 Aliqui docent non vacare primam donec secundæ sit adopta possessio.
- 45 Alij verius tenent, vacare primam, ex quo translatio est approbata à Papa, & num. 48.
- 46 Prælatus translatus quoad primam Ecclesiam habetur promortuo.
- 47 Translatus ad aliam Ecclesiam nihil commune habet cum prima.
- 48 Translatio ad secundam Ecclesiam natura sua operatur extinctionem primæ.
- 49 Quæ omnia procedunt consensu translati interueniente.
- 50 Leg. fin. Cod. de remission. pignor. in suo causa dicitur singularis, qui de ea agunt.

ARGUMENTVM.

Eccllesia, à qua Prælatus transfertur ad aliam, à quo tempore dicatur vacare? Quæ requirantur, vt translatio perfici possit? Vbi multa de potestate Pontificis in hac materia, & circà Beneficialia, expenduntur.

CAP. XXIII.

Non paucain superioribus diximus de Sede vacante; sed quia persæpè solet contingere vacatio Sedis per Prælati ad aliam Ecclesiam translationem, non absolum, & alienum erit, aliqua loco, de eo vacationis genere recensere. Nam licet verum sit, propriè, & verè Ecclesiam, & Beneficium dici vacare per Prælati, vel Rectoris obitum, esseque tunc primum, & præcipuum vacandi modum, cap. Suscep-
tum 6. de rescript. in 6. cap. 2. cap. Præsenti 34. de Præbend. eod. lib. cum alijs, Petr. Gregor. de Benefic. cap. 32. à num. 1. Francisc. Pauin. de potest. Capit. Sed. Vacant. Præ-
lud. 7. num. 4. Loter. de re Benefic. lib. 3. ques. 8. num. 19. Garc. de Benefic. II. part. cap. 2. à princ. Hieronym. Gonçalez ad Regul. octau. Cancellar. gloss. 15. à num. 3. &
§. 1. n. 2. Barbos. de offic. & potest. Epis-
cop. 3. part. allegat. 57. num. 22. 198. &
seq. & allegat. 72. num. 7. Carol. de Tapia
decis. 18. num. 8. P. Auendañi. in Thesaur. In-
dic. tit. 19. num. 6. D. Vrrutigoit. in tra-
ctat. de intrusione. quest. 113. num. 3. licet sit
mors ciuilis, Staphilæus de Grat. expedit.
tit. de var. mod. vacatur. num. 92. Mich.
Reynof. obseru. 5. num. 5. modò iure possi-
deret, non de facto, Seraphin. decis. 667. à
num. 2. Giurb. consil. 19. num. 53.

Etiā si antè possessionem Beneficij, vel
2 Episcopatus obitus t accidat Rebuff. consil.
48. Nauarr. in tractat. de orat. cap. 8. num.
29. Put. decis. 360. à num. 1. lib. 2. Gonçale-
lez dict. §. 1. num. 24. & 33. Garc. vbi su-
præ, 4. part. cap. 2. in princ. num. 14. Tapia
dict. num. 8. cum seqq. quo in casu, vt priùs,
3 dicitur vacare Beneficium, & t Ecclesia,
non viduata, gloss. in Clement. 1. verb. Col-
latio, vbi Vitalin. num. 43. vt lit. pendent.
Gonçalez dict. gloss. 15. §. 2. à num. 2. Vi-
uian, de iur. Patronat. part. 2. lib. 8. cap. 8.

num. 7. Iacob. Put. decis. 148. alias 200.
lib. 1. Barbos. in cap. Si electio 26. de elect.
in 6. num. 3. & voto decis. 4. num. 42. lib.
1. Ioan. Baptist. Ciarlin. controvers. forens.
lib. 1. cap. 216. num. 10. Garc. de Benefic. 5.
part. cap. 1. num. 549. Thom. de Auenda-
ño primarius Limensis Aduocatus, & D. Leo
Pinell. in allegat. iur. pro D. Episcop. D. Al-
phons. Ocon, sobre la vacante del Cuzco, nu-
mer. 6.

Taliter, vt si miraculosè Beneficiatus
resurgat iam defunctus, ad Ecclesiam, quam
obtinebat, t non habebit regressum, Pauin.
dict. prælud. 7. num. 4. & ex eo Barbos. dict.
allegat. 57. num. 199. Gonçalez dict. gloss.
15. n. 6. Cened. cum multis ad Decretal. Colle-
ctan. 171. n. 7. Guazin. de defens. reor. defens.
39. cap. 1. à num. 13. facit gloss. Acurfij in
leg. Ex his 4. ff. de legib. vbi querit, àn La-
zarus resuscitatus t rumperet testamentum, 5.
& quæ circà hoc scribunt Doctores. Gram-
mat. decis. 103. num. 118. Muscatell. in prax.
7. part. gloss. sententiam, num. 47. Thor.
3. part. Compend. verb. Insufflatio post princ.
adde Paludan. in 4. distinet. 38. quest. 4. ar-
tic. 4. in fin. in illis verbis: Sèd ad hoc (argu-
mentum) ipsimet respondent, & bene, quia
sicut non est inconueniens post matrimonium
consummatum, alterum mori, & sic matri-
monium t solui, & nihilominus si mortuus 6
suscitaretur, posset t contrahere cum alia,
prima viuente; sic non est, &c. relatum à
nostro amantissimo Præceptore D. D. Em-
man. Gonçalez Tellez in nou. comment. ad
Concil. Illiberitan. lib. 2. cap. 30. in fin.
optimè Alphonf. Moute de incantation.
seit. 2. cap. 14. à num. 25. vbi refert casum t
de facto habitum, iunctis Barth. in leg. Näm
adea, ff. de legib. Egid. in leg. 1. Cod. de Sa-
crosanct. Eccles. part. 6. §. 3. num. 5. Ci-
riac. controvers. 4. à num. 83. P. Azor institut.
Moral. tom. 1. lib. 12. cap. 7. quest. 1. Ca-
ball. resolut. crim. cas. 257. num. 4. Iul. Clar.
in §. Testamentum quæs. 86. Did. Perez in
lib.

lib. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 23. Marienço in rubric. tit. 1. gloss. 1. lib. 5. Recop. num. 84. Barbos. in cap. Super illa 4. à num. 2. de secund. nupt. Girond. de priuileg. à num. 1282. & 1291. ex quibus deduci posse videtur adulterium non committere eum, qui cum foemina t mortua, iam à matrimonio per mortem separata, copulam habuit; vide quæ tradit P. Dian. 9. part. Moral. tractat. 9. resolut. 1. & 11. part. tract. 5. resol. 46. in fin. iunctis P. Pellizzar. in Manual. Regul. lar. tom. 1. tract. 4. cap. 3. sect. 4. num. 70. & alijs, quos ibi refert.

Itaque licet, ut dixi, Ecclesia vacet verè, & propriè per obitum Prælati, non ideo deest aliud medium, per quod vacatio possit accidere (interim omitto, & excipio alios plures, à Doctoribus pañim traditos vacandi Beneficia modos, ut per professio- nem t Religiosi; nisi sint de illis, quæ per professio- nem non vacant, ex cap. Beneficium 1. de regul. iur. in 6. Emman. Rodrig. tom. 1. Regular. quæs. 37. artic. 1. Barboi. dict. allegat. 57. num. 288. P. Sanchez in Deca- log. lib. 7. cap. 29. num. 1. & 8. Garc. vbi infra, cap. 9. P. Francisc. Pellizzar. in Ma- nual. Regular. tractat. 3. cap. 4. à num. 49. vbi ex P. Sanchez vbi proximè, num. 6. ait, per professio- nem t Equ. tum Sancti Iaco- bi, Alcantaræ, & Calatravæ non vacare Beneficia, quia non sunt veiè Religiosi, nec mundo, ut alij, moriuntur. Late amicissi- mus, & Preceptor noster Don Francisc. Na- uarro in all. gat. iur. por el Conde de Niebla con el Conde de la Ribera, sobre una Encomienda, num. 19. Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 12. num. 46. alter Barbos. in repertor. verb. Militare, pag. 243. vbi plures, & alij pañim. Item t per matrimonium, cap. 1. vbi

gloss. cap. Diversis fallacijs 5. de Cleric. con- jugat. Garc. de Benefic. 11. part. cap. 8. in princ. & 1. part. cap. 5. à num. 108. Camill. de Medic. consil. 2. à num. 107. Ricc. in prax. 1. part. resol. 211. P. Sanchez de ma- trim. lib. 7. disput. 42. num. 4. Ricciul. de person. extra grem. Eccles. existent. lib. 7. cap. 1. Donat. Anton. de Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 60. à num. 1. Simon. Barbos. in re- pertor. verb. Beneficium primum, pag. 33.

quamvis non sit carnali copula consumma- tum, Aufrer. in addit. ad Capell. Tolosan. de- cis. 240. Carol. Anton. Bottilierius de suc- cess. ab intell. cap. 2. theorem. 74. num. 12.

14 Gigas de pensionib. quæst. 54. qui etiam t af- firmant idem, quoad pensiones, late Andr. Vallenf. de Benefic. lib. 2. tit. 23. à num. 1. Scobar de puritat. & nobilit. 1. part. quæst. 4. §. 7. num. 57. & 70. Barbos. de offic. &

potestat. Episcop. dict. allegat. 57. num. 202. D. Vrrutigoit. dict. tractat. de intrusion. quæst. 98. num. 2. & 15. addit. rursùs Sco- bar dict. num. 70. ex Cardin. in Clement. gratiæ descript. & Rebuff. in tract. nomi- nat. quæst. fin. num. 14. matrimonium t nullum contrahentem non amittere Benefi- cium Ecclesiasticum, quod tamè intelligi- git, quando fuit nullitas t ex defectu Bene- ficiati in consensu, aut si iste fuit vi obtenu- tus, &c. vide Ricc. lib. 1. prax. Eccles. resol. 212. Marin. vbi suprà, num. 4. Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 14. à num. 16. Ric- ciull. de iur. personar. lib. 7. cap. 2. à num. 11. D. Olea de cession. iur. tit. 2. quæst. 5. num. 10.

Igitur per Episcopi translationem ad aliam Ecclesiam t vacare primam, nemo est qui valeat iustè dubitare, cap. 1. & 3. de translat. Episcop. ut notant Rebuff. in prax. Benefic. tit. requisita ad collationem, num. 52. Gonçalez dict. gloss. 15. num. 48. Barbos. post antiquiores, in dict. cap. 3. num. 5. cum eodem tempore t duabus Ecclesijs spiri- tualis coniugij vinculo nequeat esse obnoxius Episcopus, Massobr. in prax. habend. concurs. requisit. 1. dub. 9. à num. 16. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. dict. 3. part. alleg. 119. num. 10. D. Fermosin. de Sede va- can. tractat. 1. quæst. 2. num. 23. cum alijs. Contrahit enim Prælatus spirituale t ma- trimonium cum Ecclesia, cui præst, cap. Inter corporalia 2. ibi. Spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, cap. fin. de translat. Episcop. vbi Abb. num. 39. cap. Cùm inter 21. de election. cap. Sicut vir. 11. cap. Sicut alterius 39. 7. quæst. 1. P. Sua- rez tom. 3. de Religion. lib. 1. cap. 16. num. 2. P. Azor inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 3. vers. Quæstio igitur est. Seba- stian. Cæsar de Ecclesiast. Hierarch. part. 1. disp. 6. de Episcop. §. 2. num. 24. Lambertin. de iure Patronat. 2. part. lib. 2. art. 9. quæst. 3. num. 3. Valer. Reginald. in prax. for. pa- nitent. lib. 30. tractat. 3. num. 257. D. Ve- gga in cap. Atsi Clerici 4. §. de adulterijs, nu- mer. 89. de iudic. D. Solorzan. de Indiar. Gu- bernat. lib. 3. cap. 13. à num. 99. Barbos. in dict. cap. 2. num. 5. P. Diana latè 12. part. Moral. tract. de consecrat. Episcop. resolut. 51. Palac. Rub. in repe. rubric. de donat. in- ter. §. 66. num. 21. Scobar deratiocin. cap. 39. num. 13. Ioan. Domin. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. n. 2030. Betancurt. in me- mor. sobre que los Capitulares de las Indias sean prueidos en las Prelacias dell as, propos. 4. §. 7. in fin. Tondut. Benefic. resol. 2. part. cap. 3. §. 13. num. 11. latè D. Archiepilcop. D. Ber- nardin. Almansa in allegat. iur. sobre la ad- mi-

ministracion del Arcobispado de Santo Domingo, hecha por los Gouernadores nombrados por sus antecessores en él, à num. 8. cum seqq. doctiss. Petr. de Marca in concord. Sacerdotij. & Imperij, lib. 6. cap. 8. à princip. & §. 1. ubi ex Innoc. III. docet, soli Pontifici Romano t ex iure Diuino cōpetere auctoritatem separandi coniugium spirituale, quod ab Episcopo cum Ecclesia contractum est. D. Villarroel en el Gouierno Eclesiastico, 1. part. q. 1. art. 13. n. 74. Didac. Vald. in alleg. iur. por la Igles. de Palencia, soireretener el Breue de su Santidad, en que concedio al Almirante de Castilla la presentacion de las Canongias della, n. 44. & 47. Ioann. Baptist. Luperus de illegit. comment. 1. §. 5. n. 92. (ubi ex Farinat. de delict. car. quest. 138. n. 70. p. 2. docet Episcopi consecrati concubitum t esse adulterium) Zachar. Pascalig. de Sacrif. nouæ Legis, quest. 859. num. 7. D. Fermos. d. q. 2. n. 24. P. Auend. d. tit. 19. à n. 6. cum seq. Ioan. Baptist. In. go en el memor. de la justificacion que assiste a la Metropolitana de Zaragoza en los pleitos con la Iglesia del Pilar, impresso año 1656. §. ultim. lit. M. Thom. Auend. & D. Pinell. supr. n. 26.

Itaque Episcopus à coniugij vinculo non potest eximi, nisi Sanctissimi accedat t absolutio, & libertatio, ut proxime relati textus, & Doctores latè advertunt; quibus addendi sunt, cap. Bonæ memoriae 4. §. fin. in fin. de postul. Prælat. ibi: A vinculo, quo tenebatur Colocen. Ecclesia, absoluente, Hostiens. ubi infrà, Ioan. Monach. in cap. Generali 13. n. 10. de elect. in 6. Ioan. Andr. in cap. Quod ob gratiam, n. 1. in princ. de regul. iur. eod. libr. Abb. conf. 101. n. 7. p. 2. & in cap. fin. n. 13. de translat. Episc. Bañez de iustit. & iur. q. 63. art. 2. Francisc. Marc. decis. 1100. Mauric. Alced. in prax. Episcop. 1. p. cap. 3. n. 91. Farinat. decis. 475. n. 1. p. 1. recent. D. Solorz. n. 84 & D. Villarr. ubi proxime, D. Cardin. Zapat. en el discurso de la obligacion de los Prelados 1. p. concl. 13. num. 7. P. Vazquez 3. p. tom. 3. disp. 241. Barbos. d. alleg. 119. n. 4. & de iur. Ecclesiast. vniuers. lib. 1. cap. 2. n. 141. Mich. Anton. Frances de Vrutig. de Eccles. Cathedral. cap. 3. num. 20. & cap. 6. num. 157.

Et licet P. Vazquez ubi proxime, eam dissolvendi spiritualis matrimonij Pontifici Maximo videatur t negare potestatem; ipsum intelligit ex verbis, & sententia Abbatis in cap. fin. num. 13. de translat. Episcopi. D. D. Christophor. de Moscoso & Cordoua in memor. sobre las vacantes de las Indias, n. 61. per hæc verba: Anque el P. Gabriel Vazquez en la 3. p. tom. 3. disp. 241. niega al

Papa esta potestad, porque es de derecho Diuino la indissolubilitad, y los Concilios, y autoridades de Santos que pondra hacen fuerza, y reconoce la dificultad Nauarrete en el disc. 28. vers. No se quitaria en la conservacion de Monarquias; los Pontifices han admitido las renunciaciones, y aprobado t las translaciones; porque la Iglesia es una, y residir en esta Ciudad, o en aquella pende de su arbitrio, y de la atencion que tienen a lo que mas conviene al bien publico. Considero sutilmente Abad en el cap. fin. num. 13. de translat. Episcop. ibi: Placet mihi, quod efficiatur intuitus Prælatus alterius Ecclesie, quia non dicitur de novo t matrimonium contrahere; Ecclesia enim vniuersalis est unum corpus mysticum; Unde ex quo semel consensit Episcopari in hac Ecclesia vniuersali, non potest resistere Papa, si pro bono publico vult cum transferre ad aliam Ecclesiam particularem, quia sola in his alteratur locus, non autem dignitas respectu Ecclesie vniuersalis. D. Cardin. Zapata in memorial, sobre la obligacion de la residencia, concl. 3. n. 7. p. 1.

Qua verò interveniente ita prima Ecclesia manet libera, vt ad eam Episcopus idem per se redire non possit; sed solum ex Pontificis t voluntate, & dispositione, Hostiens. in summ. de translat. Episcop. num. 6. Gofred. ibidem, etiam num. 6. Calderin. cons. fin. in princip. de translat. Episcop. Abbas dict. num. 13. cuius verba refert, & sequitur Barbos. dict. alleg. 119. num. 6. & 8. & D. Cardinal. Zapata dict. num. 7. Farinat. ubi suprà. Hoc enim omne à summa illa procedit potestate, & auctoritate, quam Sanctissimus in Beneficialibus, rerumque omnium spiritualium dispositionibus obtinet; per quam communiter dici soleat, Pontificem Maximum in Benefcialibus t esse absolutum dominium per cap. Cuncta per modum 17. quest. 3. cap. 2. de Præbend. in 6. Clementin. 1. vt lit. pendent. Archidiacon. in cap. 1. in fin. 16. quest. 7. Parit. de resignat. Benefic. lib. 2. quest. 4. num. 34. Petr. Cened. Cononic. quest. quest. 22. à num. 1. Aeneas de Falconib. in tract. de reservat. prælud. 2. num. 2. Silver. Bernat. in respons. iur. pro Regio Patronat. 1. p. §. 4. in fin. & §. 5. n. 18. Peña decis. 22. n. 3. & decis. 572. num. 8. & decis. 610. numer. 4. Cæs. Argell. de acquirend. possess. quest. 19. artic. 1. num. 41. D. Solorzan. dict. lib. 3. de Indiar. Gubernat. cap. 2. num. 17. & cap. 5. num. 48. Gonçalez ad Regul. octau. Cancellar. §. 1. proœm. numer. 33. Viuian. de iur. Patronat. libr. 1. numer. 197. Bald. in l. fin. C. sentent. rescind. non poss. Surd. cons. 333. n. 2.

Marcabrun.de Anguillis conf. 23.num. 283.
Ascan.Tamburin.de iur Abbat. ton. 3. in
decis. Rota 20. à numer. 12. Ioann. Baptist.
Afin.in paxi iud. §. 7. cap. 5. limit. 39.
num. 3. Rot.Roman.apud Pacifico.post tract.
de Saluian.i terd. decis. 199. num. 2. Ioann.
Petr.Monet.de commut.vlim. v lant. cap. 5.
n. 99. Alexand.Sperelli. decis. 154. num. 41.
Paul.Rubeus resolut.practicabil.cap. 86. n.
100. & 110. Francisc.Reuterter. decis. 485.

28 num. 2. in fin. vbi ait, omnia Beneficia esse t
de iure positio eorumque potestatem pe
nès Summum Pontificem reside re, & decis.
272. num. 2. vbi Donat.Anton.de Marin.in
obseruat. num. 1. & lib. 1. resolut. iur. cap.
228. à num. 1. Didac.Valdes in allegat. iur.
pro Eccles.Cathedral. Palantin. con el Almi
rante de Castilla, sobre retener el Breue en que
se le diò facultad de presentar las Canongias
della, n. 80. Reynos. olseru. 12. n. 17. vbi ait,
hoc interligi, clave discretionis precedete,
& clave iustitiae non errante, ut dixit gloss. in
cap. Quantò, de iureiar. & in cap. Non est,
de voto, ex text. in cap. Manet 24. q. 3. D.
Rojas decis. 217. nu. 3. & decis. 318. n. 3.

Nihilominus alij rectius, ac verius sen
tientes, licet in Ecclesijs, earumque rebus,
& dispositionibus omnimodam Romano
Pontifici Summo tribuant potestatem, & iu
risdictionem, non tamè illum ipsarum Do
minum appellant, & profirentur; sed solum
29 t administratorem dispensatoremque illa
rum, d. c. ip. 2. de Præbend. in 6. I. Clement. 1.
in fin. vt lit. pendent. cum alijs Diu. Bernar
dus ad Eugen. Pap. lib. 3. de consid. cap. 1. ibi:
30 Dispensatio tibi t credita est, non data posses
sio; si pergis usurpare banc, contradicit tibi
qui dicit; meus est orbis terræ, & plenitudo
eius; possessionem, & dominium cede huic; tu
curam illius habe, pars tua hæc, ultra ne ex
tendas manum, Diu. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1.
ad 7. illic: Quamvis enim res Ecclesiastica
sunt eius (Pape) ut principalis dispensatoris
31 t non tamè sunt eius, ut domini, & posse
ssoris, vbi Cardin. Caiet.

Audi hoc ipsum ex proprio Pontificis
Maximiore, D.D. Francisc. Sarmient. Sa
cri Palatij Auditor, opusque suum in lucem
edendum Pontifici Pio V. offerens lib. 1. se
lectar. cap. 8. num. 25. ibi: Ex his etiam in
tellige, Romanum Pontificem in Ecclesijs,
cum ad regimen Ecclesiarum, & publicam uti
litatem Beneficia sunt constituta, plenissimam
potestatem habere, non tamè ita absolute, vt
Dominus omnino Beneficiorum dicatur; licet
aliqui id velint, quod adulantium commentum
est; vt sepiissime Sanctissimus D.N. Pizs V.
42 dicere solet, qui non t. Dominos Beneficio-

rum, sed dispensatores, se, & alios Romanos
Pontifices profitetur.

Quibus addendi sunt Archidiacon. in
cap. 1. de Præbend. & Dignitat. in 6. Petr.
Bellug. in Specul. Princip. rulric. 13. §. tra
ctemus, num. 20. Pat. Leonard. Less. de iu
stit. & iur. lib. 2. cap. 34. Palac. Rubeus
in tractat. de Benefic. in Curia Vacantib. §. 1.
vers. Hanc etiam, & §. 4. in princ. Paris. de
resignat. Benefic. lib. 8. quæst. 7. à num. 4. P.
P. Molin. Sanchez. Dicastill. Caramuel. Fra
gof. Sot. Azor. & alij, quos congesit, &
sequutus est Pat. Diana 11. part. Moral.
tractat. 13. resolut. 14. vers. Sed Papam, vs
què in finem, P. Suarez, & alij apud Hiero
nym. Zeuall. in tractat. de las fuerças, in
proœm. cap. 6. num. 12. & seq. Pereyr. decis.
95. num. 1. in fin. & de man. Reg. 2. pari.
cap. 61. num. 27. Pinell. in Rub. C. de rescind.
vendit. 1. pari. à nu. 20. Cened. in Collectan.
ad sext. Collectan. 71. num. 1. Silver. Bernart.
vbi supr. §. 4. in fin. Carol. Anton. Botti
lier. d. cap. 2. theorem. 74. Gigas de pension.
quæst. 6. à num. 1. Fr. Hyacint. Donat. rer.
Reg. l. rom. 1. p. 2. tract. 14. quæst. 27. num.
2. & quæst. 23. à num. 1. Garc. de Benefic. 1.
p. cap. 5. n. 274. & 5. p. cap. 1. à princip. Fil
liuc. de stat. cleric. tract. 41. cap. 2. à n. 2. &
tract. 45. cap. 5. à n. 14. Fabric. Bleynian. de
Benefic. lib. 3. cap. 3. n. 26. D. Valenç. conf. 4. n.
161. & conf. 63. n. 94. P. Sanch. iterum. con
sil. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 35. n. 7. M. Ara
gon. 2. 2. q. 62. art. 2. vers. His suppositis. Me
noch. cons. 112. n. 6. Leo in Thesaur. for. Ec
cles. cap. 15. n. 27. P. Gibal. de Uniuers. nego
tiat. lib. 4. cap. 8. art. 2. à n. 2. Param. de ori
gin. Inquis. lib. 3. de Sum. Pontif. potest. q. 1.
opin. 4. n. 112. Mantic. decis. 76. n. 2. D. Ca
rralc. in Recopil. cap. 6. §. 4. n. 7. Clem. Mer
lin. decis. 775. à n. 20. & decis. 764. nu. 12.
& decis. 702. M. Lezan. consult. 50. nu. 80.
Tondut. de pension. cap. 2. n. 6. Capic. Latro
consult. 153. n. 18. Narcis. Peralt. de la po
testat Secular. cap. 3. n. 14. D. Garc. Per. Ara
ciel in memor. sobre las vacantes de las Indias;
n. 33. D. Mofcof. in simil. memor. n. 6. & 7.
Consult. Supr. Ind. Conf. ann. 1617. in ea
dem materia, art. 1. lit. E. & art. 3. sub. n. 6.
Pius Vives vbi insr. lit. A. pag. 37. Rota
apud Melium post addit. ad Castill. de alimen
tis. 16. n. 26. Mich. Moez de Iturb. in cap.
8. de rescript. in 6. n. 12. D. Vrrutig. in tra
ctat. de Intrasion. q. 12. n. 15. alter Vrrutig.
de Eccles. Cathedralib. cap. 6. nu. 20. & cap.
11. num. 18. & cap. 14. nu. 7. Sim. Barbos.
in repertor. verbo Papa. pag. 269. & pag.
271.

Ratio horum est, quam supra traditæ au
tho-

thoritates supponunt quia Beneficiorum, & Ecclesiarum, ipsarumque rerum dominium non obtinet Papa, cum penes Christum + Dominum resideat, cap. Qui Christi 1. cap. Qui abstulerit 6. 12. quest. 2. cap. Cum secundum, de Præbend. cap. Cum ex eo, de electione. in 6. Sanct. Trident. Concil. sess. 25. de reformat. cap. 1. cum alijs, ut notarunt Innoc. in cap. Cum super, de caus. possess. & propriet. P. Sanch. in Decalog. libr. 6. cap. 6. numer. 9. Tanner. apud Dian. vbi supra, vers. Hoc etiam, Abb. in cap. Non minis, num. 6. de Immunit. Ecclesiar. Pontan. de spol. Ecclesiast. lib. 1. num. 69. Rodoan. eod. tractat. quest. 9. num. 6. Afflict. decis. 361. num. 24. D. Beltran de Gueuar. in propag-
nac. contrà Venetos, assert. 1. §. 6. numer. 53. D. Valençuel. contrà eosdem, 1. part. nu. 16. Genuens. praticabil. Ecclesiast. q. 446. num. 3. Palac. Rub. in tractat. de Benefic. in Cariac vacantib. §. 1. in fin. Clement. Merlin. dicit. decis. 702. num. 13. Roa Albarracin Canonicar. quest. cap. 12. num. 4. plures apud D. Solorzan. dicit. lib. 3. cap. 11. num. 11. Pius Viues in discurs. Apologet. pro Immunitat. Eccles. lit. 2. in fin. pag. 37. amantiss. Praeceptor meus Don Francisc. de Palacios in allegat. iur. por el Colegio de San Hermengildo de Sevilla con el Real Fisco, num. 26. Dom. Balboa in alleg. iur. por el Estado Ecclesiastico, num. 144. Rota Romana apud Ioann. Pallares Gayoso. Canon. Eccles. Cathedral. de Lugo, en el memorial sobre no deber contribuir aquella Iglesia en el servicio de millones, nu. 4. Consultatio Supremi Indiarum Consiliij dict. art. 1. lit. D.

Ex quo dimanat, mortuo Pontifice Summo, non dici Ecclesiam + vacare, quia eius Sponsus, & Caput Christus Dominus nunquam moritur, ut notant gloss. in Clement. Nè Romani, de electione. verb. Non consona, & in cap. 1. verb. Sede vacante, de schismat. in 6. Borgasius de irregularit. tit. de dispensat. Concil. in 3. part. à num. 2. Contilorus de Canonizat. Sanctor. cap. 7. à num. 19. relatus, & sequutus à Mich. Anton. Francisc. de Vrrutigoit. de Eccles. Cathedral. cap. 3. num. 59. in fin. Vitalin. in dict. Clement. Nè Romani, num. 37. Loter. de re Beneficiar. lib. 1. quest. 35 Ultim. num. 43. licet Papa sit vniuersalis + Ecclesie Pastor à Christo Domino relictus, Michael de Anino de unitat. ouil. cap. 11. numer. 3. & 9. Læl. Iordanus de Romanæ Sedis origin. cap. 7. num. 11. D. Valençuel. contrà Venetos, 6. part. à num. 114. sic etiam, ut n. 36 117. notar, non dicitur Sedes Apostolica + mortua, licet decepar Papa, cap. Si gratiouse s. de rescript. in 6. Authent. quomod. oportet Tom. I.

Episcop. §. Licentian, Mandos. ad Regal. 1. Cancellar. quest. 10. nu. 15. & Regul. 3. quest. 14. n. 4. Flamin. Paris. de resignat. Benef. lib. 5. q. vlt. n. 232. Gambaro de potest. Legat. & Later. lib. 9. à n. 27. Iacobat. in tractat. de Concil. lib. 6. art. 4. n. 4. Alexand. cons. 120. sub n. 4. lib. 1. & in l. In Annalibus, C. de legat. Mar. Mut. ad capita Regni Siciliae Federic. cap. 78. n. 424. tom. 2. pag. mili 157. Iacob. Cohellius de notit. Cardinal. cap. 16. priuile. 16. vers. Quæ verò, pag. mili 171. Ioan. Bapt. Iñigo vbi supra, lit. N. & O. vbi idem, ex d. cap. Si gratiouse docet quoad + Metropo- 37 litanas, & Cathedrales Ecclesias; quæ nun- quam moriuntur, dixi cap. 18. n. 32.

Translatio, ergo (reuertamur ad questio-
nem) qua interveniente, primam Ecclesiam
vacare dicimus, si alicuius personæ de una
Ecclesia + ad aliam Canonica transmutatio; 38
vt benè definiunt Hostiens. vbi supr. in princ.
Tondut. d. 2. p. cap. 4. §. 6. n. 10. & 11. vbi
notat Episcopum per se eam exequi + non 39
posse, sed solùm per Sedis Apostolice au-
toritatem, vt dixi ex o. 1. de transl. Episc. ibi:
Translationes Episcoporum, & Sedium muta-
tiones, cap. Nisi 3. de offic. legat. cap. Frater
52. 16. q. 1. cap. Mutationes 7. q. 1. idem
Tondut. vbi proxime, 3. p. cap. 129. n. 1. P.
Azor. Inst. Mor. p. 2. lib. 4. cap. 35. Bar-
bos. in d. cap. 1. n. 3. & d. 3. p. de offic. &
potest. Episc. alleg. 50. n. 5. & de iur. Eccles.
vniuers. lib. 1. cap. 2. n. 141. Vrrutig. vbi
supr. cap. 7. n. 4. D. Moscol. in menor. sobr.
las vacantes de las Indias, n. 209. Si autem
ipsam Romano inconsulto Ponifice teme-
re fuerit aggressus, temeritatis suæ poenam
luet Episcopus, ab utraque + Ecclesia, à 40
qua nempe, & ad quā depositus, cap. Quan-
to 3. de translat. Episc. Tond. d. §. 6. n. 12.

Has ergo migrationes, & mutationes am-
bitu. & auaritia factas, & que quotidie cele-
brabantur, antiqua iura, + & Canones im-
probant, de quibus sunt accipiendi, & intel-
ligendi. Canon. 15. Concil. Nisen. tom. 1. Con-
cil. pag. 344. ibi: De Ciniitate ad Ciniaten + 42
non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus
transferatur, Canon. 21. Concil. Antioch. sub
Iul. I. pag. 512. cod. tom. illic: Episcopus ab
alia Parochia nequaquam migret ad aliam,
nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus
a populis, nec ab Episcopis necessitate com-
pulsus, maneat autem in Ecclesia, quam pri-
mitus a Deo sortitus est, nec inde transmi-
gret, secundum pristinum in hac rē terminunt
constitutum. Concil. Carthagin. III. Canon.
48. pag. 713. eodem Concil. Sardicens. pag.
526. eod. to. 1. cuius primus Canon sic se ha-
bet: Hosius Vrbis Cordubæ Episcopus dixit:

Non tam mala consuetudo, quam perniciosissima rerum corruptela est, ex ipsis fundamentis penitus extirpanda; nō cui liceat à parva Ciuitate in aliam migrare; eius enim causae prætextus est manifestus, propter quem talia tentantur. Nullus enim Episcopus adhuc inueniri potuit, qui à maiori Ciuitate in minorem transire studuerit; vnde constat, eos ardenti plura habendi cupiditate succendi, & magis arrogantiæ seruire, ut videantur maiorem habere potestatem, & Canon. 2. vbi bona nota, quæ huic rei occasionem dedisse Eusebium Nicomedensem, advertit cap. Episcopas 7.q. 1.

Clariū † Papa Pelagius II. à Benigno Archiepiscopo consultus, an secundum Canones licite forent Episcoporum translationes respondit: Quod in Canonibus legitur; non decere Episcopum de Ciuitate ad Ciuitatem transire, vel transferri; non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti; aut auctoritate maiorum hoc agunt; sed de his, qui anaritiæ ardore inflammati sponte sua profiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati Ecclesiæ seruire, & qui ut dominationem agant insistere cupiant; tradit Petr. de Marc. in concord. Sicerd. & Imper. lib. 6. cap. 8. §. 4.

Verum, si causa concurrat legitima, iurecè hęc translatio fit Pontificia auctoritate; licet non quævis sufficiens ad hoc iudicanda erit, sed tantum illa, qua † Ecclesiæ simul, & personæ utiliter prouideatur; ut bene suadent verba Cardinalis Bellarmij apud D. Fermosin. relata de Sede vacante tractat. 1. quæst. 2. num. 25. & extensiū apud D. Villarroel. en el Gouierno Ecclesiast. 1. part. quæst. 1. artic. 13. numer. 50. & notant Socrat. Histor. Ecclesiast. libr. 7. cap. 35. & 39. Theodoret. in ead. Histor. libr. 5. cap. 4. & 8. vbi exempla traduntur, Marca vbi suprà, & lib. 3. cap. 14. §. 6. tit. 2. à num. 31. & 37. Nouiss. Magist. Gregor. Argaiz en su Corona Real de España. cap. 18. vers. Dize que el transito, pag. 80. vbi optimam Decretalem Papæ S. Anteri ad Hispaniæ Episcopos missam refert circiter ann. 232. sed apud me regnauit hic Papa ann. 238. creatus enim fuit in Sardinia patria nostra anno salutis 237. ita in Bullar. Magn. tom. I. pag. 6.

Supposito ergo, quod per Prælati Canonice ad aliam Ecclesiæ translationem, inducit in prima Sedis vacatio, succedit dubium, à quo scilicet † tempore ea admittatur, gloss. in cap. Si quis iam translatus 21. q. 2. verb. Translatus. Lud. Rom. conf. 345. n. 17. Felic. in cap. Eam te, n. 8. de rescripto. Ioan. Yañez Parlador. differ. quotid. different.

120. num. 12. & plures relati à Farinac. decis. 475. num. 3. part. 1. recent. à Garc. de Benefic. 11. part. cap. 6. num. 40. à P. Dian. 8. part. Moral. tract. 4. resol. 33. in princ. à D. Fermosin. dict. quæst. 2. à num. 19. & in rubric. de translat. Episcop. à num. 11. & 13. & à D. Villarroel dict. quæst. 1. art. 14. numer. 15. tenent, primam Ecclesiæ non vacare, donèc Episcopus translatus † secun. 46 de adipiscatur possessionem; & ita in Gallie Regno seruari, testatur Tondut. dict. cap. 4. §. 6. num. 16.

Sed communior, & verior sententia affirmat, per solam Prælati translationem ad aliam Ecclesiæ à Papa approbatam & admissam, etiam sine possessione, vacare primam, sic ex cap. In apibus 41. §. Eccè 7. quæst. 1. & alijs iuribus infra tradendis, docent Ioann. Monach. in cap. Generali 13. post num. 10. vbi Philip. Prob. de elect. in 6. Abb. cap. fin. de translat. Episc. n. 13. & in cap. Cùm novis, de elect. not. 9. & consil. 101. per rot. vol. 2. D. Greg. Lop. in l. 3. tit. 16. p. 1. gloss. 1. en. in fin. in hanc etiam inclinant Francisc. Patin. de potest. Capit. Sed. vacant. prælud. vls. n. 7. & part. 2. quæst. 8. n. 30. P. Azor. instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 12. q. 9. Farin. vbi sup. n. 16. D. Solorz. de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 13. à n. 80. vbi licet dubius procedere videatur, tandem nn. 86 hanc admittit Garc. d. cap. 6. n. 39. D. Valenç. conf. 190. à n. 11. Scip. Robit. conf. 32. à n. 2. vol. 1. D. Fermos. d. q. 2. à nn. 19. vbi ait, primam Ecclesiæ vacare à tempore, quo † in Romana Dataria ad secundam admittitur translatio, & n. 23. respondet gloss. in d. cap. Si quis iam translatus. Sic etiam Farin. d. n. 16. & P. Dian. d. resol. 33, vers. Sed puto, & in fin. adde Machad. de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. p. 4. tract. 1. docum. 5. n. 3. Grat. discept. forens. cap. 127. à n. 45. Andr. Vallen. de Benef. lib. 2. tit. 25. n. 43. Menoch. de arcitr. cas. 185. n. 32. D. Villarr. vbi sup. n. 29. Frances de Vrratig. de Eccles. Cathed. cap. 7. à n. 89. P. Auend. in d. Thesaur. Indic. tit. 19. à n. 6. 11. & seqq. Gonçal. ad Regul. 8. Cancell. d. gloss. 15. n. 48. & quamvis nn. 49. insinuare videatur, primam Ecclesiæ non vacare, donèc sint Bullæ expedite, & Capitulo presentate, in fin. ait, hoc procedere, non quoad primam Ecclesiæ, sed quoad secundam, ad quam transfertur promotus, ut postea nos dicemas. Præfata sententia ea est ratio, quoniam in illo casu, quo ad primam Ecclesiæ, à tempore approbationis Pontificiæ promisus, seu translatus Prælatus por mortuo † habetur, ut probant iura in dict. cap. In apibus 41.

41. §. Eccē , versic. Translatus , cap. Si quis iām translatus 21. quæst. 2. cap. Sicut alterius in fin. 7. quæst. 1. cap. 2. de translation. Episcop. gloss. verb. Moriatur , in cap. Si cui 36. de Træbend. libr. 6. Alciat. consil. 1. num. 25. lib. 1. Paquin. dict. prælad. fin. num. 7. Arnulph. Ruzæus de Regalior. priuileg. 41. numer. 3. Vincent. de Anna allegat. 92. à num. 3. Fabr. de Anna consil. 14. à num. 8. Dom. Solorzano dict. cap. 13. numer. 76. & 87. & cap. 7. num. 47. Gratian. disceptat. forens. cap. 296. num. 16. Dom. Valençuel. dict. consil. 190. à num. 7. Mauric. Alced. de p̄ecellent. Episcop. Dignitat. 1. part. cap. 3. num. 91. Vrrutigoit. de Eccles. Cathedral. cap. 11. à num. 23. & alij ; vndē dici solet , ad aliam Ecclesiam translata
 50 tum nihil commune habere + cum prima , à qua transfertur , dict. cap. Si quis iām translatus , Dom. Valençuel. ubi proxime , num. 12. & consil. 74. num. 27.
 51 Translatio enim ad secundam + Ecclesiam ex vi sola translationis primæ , à qua , operatur extincionem , argument. text. in l. Cùm in diuersis 44. in fin. ff. de Religios. & sumptib. funer. ibi : Cùm autem impetratur , ut reliqua transferantur , definit locus Religiosus esse , vt ex Albert. Brun. in tractat. de permanentib. conclus. 3. num. 78. notat in specie D. Valenç. dict. consil. 190. num. 20.

Quod prouenit ex consensu Prælati translationi præstito ; id enim + operatur consensus natura , vt omnino ei standum sit , l. Homo liter. 21. ff. de stat. homin. l. fin. Cod. de remission. pignor. ibi : Qui semel consensit alienatio ni hypothecæ (quæ lex singularis in casu + suo appellatur à Baldo ibidem , & est menti tenenda , ad quam vide Dom. Coquarrubias libr. 3. variar. cap. 12. num. 2. Negusant. de pignorib. 3. membr. part. 6. num. 21. Ioann. Anton. Trigon. singul. 83. num. 5. Petr. Surd. consil. 513. numer. 7. & decis. 163. ubi Hodiern. numer. 1. Vincent. Carroc. de excussion. honor. 1. part. quæst. 8. Gratian. discept. forens. cap. 38. num. 15. & seqq. Cancer. 3. part. variarum , cap. 21. num. 212. Fontanell. decis. 588. num. 6. Noguerol allegat. 22. numer. 23. Dom. Salgad. in Labyrinth. creditor. 3. part. cap. 13. §. Unico , per totum.)



S V M M A R I V M.

- 1 **C**onsensus translati requiritur ad translationis effectum, & n. 9.
- 2 Dùm expectatur consensus , remanet pri- mæ Ecclesie Prælatus.
- 3 Ad primæ Ecclesie vacationem suf- ficit tacite intervenire consensum iltum.
- 4 Translationem admisisse creditur , si nouæ Ecclesie nomine appelletur trans- latus.
- 5 Itèm si alio quoniam signo animum suum explanet.
- 6 Consensisse creditur , ex quo translatus ad secundam Ecclesiam gubernandam per- git.
- 7 Coniecturis probatur consensus transla- tioni adhibitus.
- 8 Sponsalia videntur contracta per promo- tum , eo ipso quod præsentationem ad- misse.
- 9 Consensus præstitus ad secundam Eccle- siam , inducit prime renuntiationem.
- 10 Nihil interest , banc renuntiationem præ- cedere , vel subsequi Papæ approbacio- nem quoad hoc.
- 11 Papa transfert , non petito translati con- sensu , causa legitima interveniente.
- 12 Papa , sicut solas confirmat Episcopos , ita potest compellere , acceptare.
- 13 Episcopus potest in aliam Ecclesiam tranferri pro bono pacis.
- 14 Itèm eius depositio ob eandem causam pos- test à Papa probari.
- 15 Translati consensus non expectatur , quando ad ipsius preces transfertur.
- 16 Translatus , ex consuetudine Hispaniae , primam Ecclesiam administrat , dùm ad secundam non accedit , limitate nu- mer. 19.
- 17 Sed de iure communi aliud dicendum.
- 18 Postquam approbat à Papa translatio , non potest translatus in prima Eccle- sia administrans ipsius Beneficia con- ferre.
- 19 Nec fructus eo tempore decursos perci- pere.
- 20 Hi fructus à tempore fiat , spectant fu- turo successori.
- 21 Etiam si litteræ Apostolicæ non sint ex- peditæ ,

- 24 Quando intelligatur perfecta Papæ, aut alterius Principis gratia, per verbum Fiat, & n. 32.
- 25 Prælatus non debet, ut talis tractari, donec gratiæ scriptura fiat.
- 26 Ex Romanæ Curiæ stylo, ad effectum conferendi Beneficia, habetur prouisus pro translato statim.
- 27 Qui de hoc stylo memoriam agunt.
- 28 Stylus hic facit ius.
- 29 Sed communi iure aliud dicendum videtur, & redditur ratio, & numer.
- 30.
- 31 Primus Episcopatus vacat à tempore, quo à vinculo absoluitur translatus.
- 33 Concordantur Doctores circa vacationem primæ Ecclesiæ antè, vel post secundæ possessionem.
- 34 Sententia, vel quid aliud iudiciale, à Vicario post translationem Episcopi factum, non valet; licet translationem ignoret.
- 35 Collatio Beneficij à Vicario reuocato, reuocationem ignorante facta, tener.
- 26 Ratio differentiæ inter utrumque casum refertur, & num. 37.
- 38 Reuocatio nunquam presumitur.
- 39 Capitulum, Sede vacante, incipit administrare à tempore approbationis Pontificiæ, & num. 42.
- 40 Refertur circa hoc noua declaratio Pontificia, & num. 41.
- 43 Octo dies à Concilio assignati ad Vicarij constitutionem, incipiunt à die noctis translationis, & n. 44.
- 45 Translatus antè possessionem secundæ Ecclesiæ, & post approbationem translationis, est Episcopus; sed nullum actu possidens Episcopatum, & n. 47.
- 46 Vagantes Episcopi erant sine actuali Episcopatu.
- 48 Indiarum Episcopi, non percipiunt fructus quoisque personaliter ad suas Ecclesiæ accedant.
- 49 Regium rescriptum in hoc refertur.

ARGUMENTVM.

Consensus translati saltim tacitus requiritur ad translationem; an quandoque sine eo effectum sortiatur prouisio, seu mutatio? In Indijs Prælatus, nisi ad Diœcesim accedat, non percipit fructus.

CAP. XXIV.

EX Traditis ergò in precedenti capite observandum est, ad vacationem primæ Ecclesiæ, per translationem ad aliam requiri necessariò translati consensum, & voluntatem; nam sine ea effectum non sortiri translationem, notat gloss. in cap. Post electionem 7. verb. Confirmationem, de concession. Præbend. Ioann. Monach. & Philipp. Prob. ubi eos capite Superiori, retulimus Abb. dict. consil. 101. Farinac. dict. decis. 475. num. 4. Dom. Valençuel. dict. consil. 190. num. 11. Rota Roman. apud Cenc. post tractatum, de censib. decis. 177. D. Fermosin. n. fin. dict. quæst. 2. à numer. 26. & alij ibidem relati. Quapropter quoisque translati pendet assensus, primæ Ecclesiæ non desinit ipse esse Prælatus. Farinac. decis. 278. num. 2. part. 2. recent. Massobrius in prax. habendi con-

curſ. Regular. 1. dub. 9. à num. 14. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 3. part. alleg. 119. num. 9.

Qui tamèn consensus, ad hanc inducendam vacationem, nedum expressus, sed etiàm & tacitus sufficiens erit, veluti si translatus nouæ Ecclesiæ nomine, & Dignitate & se subscribat, quo præcedentem videtur approbare, & admittere translationem, argument. text. in leg. Sicut 8. §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. ibi: Sed si subscriperit, consensisse, leg. Fideifisor. 26. §. 1. ff. de pignorib. leg. Pluribus 140. ff. de verb. obligat. Iass. in leg. Si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus, eod. tit. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 31. à num. 37. Siluer. Bernart. in respons. iur. pro Regio Patronatu, 1. part. §. 7. num. 4. & §. 10. num. 20. Noguerol. dict. allegat. 22. à num. 19. D. Salgad. dict. §. vnico, optimè, leg. 21. in fin. tit. 16. lib. 1. sum.

Vel si quoquis alio signo, aut actu suam ex-

- exponat, & explanet tu voluntatem, latè, & benè Mascard. deprobat. conclus. 183. num. 23. D. Gregor. Lop. dict. gloss. pen. in fin. Gratian. dict. cap. 296. à num. 24. Loter. de re Beneficiar. lib. 1. quæst. 12. num. 21. D. Solorzan. dict. cap. 13. à num. 87. & seq. vbiait, in Indiarum Regnis induci primæ Ecclesiæ vacationem, ex quo promotus tu ad secundam gubernandam, virtute Regiæ Schedulæ de ruego, y encargo ad id missæ per gat, vbi latè, & numeris sequentibus P. Auendañ. dict. tit. 19. num. 13. Farinac. dict. decis. 475. num. 6. Tondut. resolut. Beneficial. 2. part. cap. 4. §. 6. num. 15. vbi docet conjecturis præstum fuisse tu consenatum probari, Sarau. de iurisdict. adiunctor. quæst. 8. à num. 1. D. Villarroel en el Gouier. Ecclesiæ. dict. 1. part. quæst. 1. art. 14. à num. 33. 38. & 50. & à num. 44. probat, per Regiam nominationem, seù præsentationem admissa sponsalia videri tu contrahi per promotum, quæ spirituale matrimonium perfectum operantur, Summi Pontificis confirmatione accedente, ex Abbat in cap. 2. de translat. Episcop. num. 39. P. Azor tom. 2. lib. 6. cap. 16. quæst. 3. Lap. allegat. 75. Lambertus. de iur. Patronat. lib. 2. part. 2. art. 9. quæst. 3. num. 3. addit rursùs, num. 48. ex Mauric. Alced. (licet ex Gratian. ibi: Mendosè affirmetur) interim omnia in suspenso esse, quoisque possessionem nouæ Ecclesiæ adipiscatur translatus; sed verius dicendum, hoc procedere, donec tu translationi per Papam factæ consentiat, leg. Proinde 8. ff. si certum per ut. Arnuph. Ruzeus de iur. regalior. priuileg. 41. num. 21. Menoch. de arbitrar. dict. cas. 185. num. 31. & seq. Gratian. dict. cap. 296. num. 49.
- Id enim tu omnne, primi Episcopatus renuntiationem, & secundi admissionem, ex se significat, & denotat, vt ex dict. cap. In apibus. §. ecce, vbi gloss. aduertit Abb. dict. consil. 101. num. 3. & 4. Ioan. Monach. in dict. cap. Generali 13. num. 5. Ioan. Anton. Massobr. dict. regul. 1. dub. 9. num. 4. Farinac. vbi proximè à num. 5. id ipsum docent, Francisc. Marcus decis. 1100. par. 1. Gratian. dict. cap. 296. num. 16. Barbos. dict. allegat. 119. num. 7. vbi sacrae Congregationis declarationes refert, D. Villarroel, & alij supra, dict. art. 14. à num. 32. Quam renuntiationem, siue precedere, siue tu subsequi Papæ approbationem, & confirmationem supponamus, eumdem operari quoad hoc effectum, rectè notant Lambertin. dict. lib. 2. art. 5. quæst. princip. Cassador. decis. 3. à num. 2. de renuntiat. Gratian. num. 17. D. Solorzan. à num. 96. vbi proximè.
- 11

Excipe tamè, nisi causa adsit legitima, ob quam etiàm invitum, & renuentem velit Papa transferre, quo in casu etiàm tu non requisito, vel petitò translati consensu, à translationis tempore inducta creditur, & causata vacatio, Abb. in dict. cap. Cum nobis de election. not. 9. & in cap. vlt. de translat. Episcop. num. 13. D. Gregor. Lop. vbi supra l mol. in cap. Clericis, de vit. & honest. Clerico. Genuens. Practicab. Eccles. quæst. 287. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 98. Paris de resignat. Benefic. lib. 3. quæst. 18. num. 14. Farinac. vbi supra à num. 6. Barbos. in dict. cap. 2. de translat. Episcop. num. 7. D. Fermosin. dict. quæst. 2. num. 26. & seqq. sicut enim solius Papæ est Episcopos confirmare; ita eius est præcipere, & compellere tu eos accepture, ex cap. Scias 7. quæst. 1. P. Sanchez in Decalog. lib. 4. cap. 8. num. 38. Flamin. Paris. dict. num. 14. Fr. Hyacinth. Donatus rerum Regular. tom. 2. tractat. 10. quæst. 19. num. 5. & part. 3. tractat. 10. quæst. 20. num. 3. Barbos. in cap. 1. de Cleric. non resident. num. 3. Barbat. consil. 1. num. 106. vers. Decimo nono adduco lib. 3. Iul. Ferret. de ferijs num. 19. qui asserunt, pro bono pacis Episcopum in aliam tu Ecclesiam posse transferri; & à propria remoueri, immò depositionem Episcopi iniuste factam posse tolerare tu Papam, ob bonum pacis, docent Roman. consil. 332. num. 130. in fin. Barbat. dict. consil. 1. sub eod. num. 106. Fusc. verb. pax. conclus. 173. num. 11. & 13. Nouel. tract. crimin. cap. fin. numer. 16. 18. & 67. Guazin. de pac. & treg. 1. part. quæst. 8. num. 4. & 28. vbi ait ex Nozell. & Roman. Ecclesiam de facto tolerasse depositionem quorumdam Episcoporum, ob bonum pacis.

Itèm si translatio ad aliam Ecclesiam, ad transferendi preces, & postulationem fiat, ex eo quod antecedenter, eius consensu adhibitus animaduertitur, dum se Pontificis voluntati prouum, & humilem tu exhibet, sic Ioan. Andr. in cap. Quid ob gratiam de regul. iur. in 6. num. 5. Farinac. dict. decis. 475. num. 6. ex alijs, D. Fermosin. dict. quæst. 2. num. 22. Adde Tiraquell. de iur. constit. 3. part. limit. 30. num. 11. Roland. consil. 19. num. 34. lib. 1. Sarmient. reddit. Eccles. part. 1. cap. 3. num. 3. Catalc. decis. 42. num. 16. lib. 1. Gutierrez. in cap. Quamvis pactum de pac. in princ. num. 59. Guid. Pap. decis. 23. num. 12. alleg. iur. por. Doña Maria de Vera y Galca con la Condesa de Casarrubios, sobre una Encomienda, num. 93.

Verum, licet prima Ecclesia vacare di-

- catur à translationis tempore , à Summo Pontifice approbatę , vt iam dixi ; interim tamen , & dum translatus ad secundæ Ecclesiæ accedit possessionem , primam , & eius Diœcesim administrare , in eaque iurisdictionem exercere , admittitur secundum
 17 t̄ coasuetudinem in Hispanię Regnis , & Ecclesijs hucusquè seruatam , de qua Nicol. Garc. de Benefic. dict. 11. part. cap. 6. num. 41. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 77. & cap. 7. num. 48. Machad. de perfect. confes. dict. tom. 2. part. 4. lib. 4. tract. 1. docum. 5. num. 3. P. Auendañ. dict. tit. 19. num. 8. licet iuxta
 18 t̄ commune eius t̄ aliud dicendum esse affirmet D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 86. iunctis Rot. apud Farinac. dict. decis. 475. num. 6. in fin. Barbos. de iur. Ecclesiastic. Vniuers. lib. 1. cap. 19. num. 37. Tondut. dict. 2. part. cap. 4. §. 6. num. 14. ut ex infra dicendis clariūs apparebit.
- Limitant tamēn Autores prædicti ; quādō prouisus ad primam vacantem Ecclesiā , post sui antiquioris Prelati translationem , eius iam possessionem t̄ acquirit , & capit , aut ad eam gubernandam , virtute Regiæ Schedulæ de ruego , y encargo ad horum Regnorū Episcopatus accedit ; tūc namquè omnino cessare ea administratio , & iurisdictio dicitur , quam translatus exercebat. Nēc itēm hic medio illo tempore , post translationem à Papa approbatam , & antē secundi Episcopatus possessionem , poterit t̄ vacantia prime Ecclesiæ Beneficia conferre , Garcia dict. cap. 6. num. 42. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 77. sicut nec frustus eo t̄ tempore decursos suos facere , cū spectent ad futurum successorem à tempore
 21 fiat t̄ suæ sanctitatis : Extrauag. Saluator. in fin. de Præbend. Abb. in cap. Nostri , & in cap. Transmissam de electione. Paris , vbi supr. lib. 1. quest. 6. à num. 27. 38. & 69. Petr. Barbos. in leg. Diuortio 8. part. 2. à num. 44. ff. solut. matrimon. Garc. dict. num. 41. & 2. part. cap. 2. num. 91. D. Araciel in memor. sobre las vacantes de las Indias , num. 156. D. Moscoso in simil. memor. num. 104. vbi Regiam Schedulam anni 1615. refert , qua declaratum fuit , pertenecer al Obispo de Truxillo los frutos desde el fiat de su Santidad , D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 5. num. 46. & cap. 7. num. 48. & cap. 13. num. 77. & dixi cap. 18. à num. 15. & alibi Auendañ. & D. Pinell. infra , à num. 38.
- Quæ omnia æquè procedunt , quāmvis super traslatione t̄ non sint ad hūc literæ Apostolice correcte , & expedite , cū simplex Papę voluntas , verbis declarata , translationem addmittens , & confirmans ,

suf ficiens sit , vt translatus credatur , & primam Ecclesiā vacare , ex dict. cap. 2. & 3. de translat. Episcop. iunct. Bald. in leg. Humanum. in fin. Cod. de legib. & in leg. Cū apud Cod. de commun. seru. manumis. & Mafcard. dict. conclus. 183. à num. 35. qui ait , ex hoc solūm verb. Fiat gratia , à Pontifice Summo , in signatura prolato , ipso factō intelligi concessionem , t̄ & gratiam fuisse perfecitam ; quia solo viuæ vocis oraculo Papæ , ea perficitur , taliter , vt non evanescat concedentis morte , etiā literis non expeditis , ita Arehidacon. Ioan. Andr. & Geminian. in cap. fin. 21. quest. 1. Mafcard. vbi proxime.

Non tamēn interim t̄ debet , vt Prelatus tractari , donēc gratia scriptura Apostolica probetur , & constet Nauarr. consil. 1. de priuileg. & in cap. Accepta , de restitut. spoliator. opp. 8. num. 30. Emman. Rodrig. tom. 1. Regular. quest. 7. art. 5. Graff. decisionum 1. part. lib. 1. cap. 13. num. 51. Fr. Hyacinth. Donatus , rerum regular. 1. part. tract. 2. quest. 3. num. fin. Maximè consideratur gratia perfecta in casu relato , ad effectum conferendi Beneficia translati , statim enim habetur t̄ pro translato , Episcopus ex Romane Curię stylo , vt vacantia Beneficia , si quę sunt valeant conferri , pr̄cipue addito à sanctissimo indecreto (vt fieri solet) vt Beneficia vacent , quemadmodū obseruatur in casu , quo quis Beneficia obtinens , in Episcopum assumitur , vt dicemus cap. 29. à num. 21. & probant t̄ stylum gloss. in Clement. prima , 27 verb. Collatio in fin. vt lit. pend. Cardinal. consil. 10. num. 4. Roman. consil. 345. num. 17. verl. In Romana vero Curia Mandos. ad eundem Roman. consil. 335. in 1. edit. cum alijs Farinac. dict. decis. 475. à num. 19. stylus iste t̄ Curia facit ius , cap. Ex literis 11. 28 de constitut. Cald. Pereyr. quest. forens. lib. 2. quest. 38. num. 2. Gutier. Canonic. lib. 1. cap. 33. num. 35. in fin. Ioan. de Amicis consil. 42. num. 2. Francisc. Merlin. decis. lucens. 68. num. 9. Garcia de Benefic. 1. part. cap. 5. num. 23. & 87. Ceuall. de cognit. per viam viol. part. 2. quest. 135. num. 4. Barbos. in dict. cap. Ex literis num. 3. & de pensionib. quæs. 5. num. 16.

Licet aliud dicendum videatur iuris rigore inspecto ; deficiente t̄ enim eo stylo secundum veriorem sententiam translati Episcopi Beneficia vacant , post adeptam secundæ Ecclesiæ possessionem , sicut dicemus de Beneficijs nouitè in Episcopum electi infra , cap. 28. à num. 14. sic procedunt Ioan. Andr. in dict. cap. Cū in canclis , num. 42. verl. Ante consecrationem , vbi Bu-

Butrius in §. cùm verò, num. 10. Agid. numer. 24. Farinac. vbi proxime, num. 3. in fin. 30. & num. 18. vbi quòd ideo est, quia t̄ hæc solum per alterius Beneficij incomparabilis assecurationem vacant, cap. 27. à num. 1. Episcopatus verò statim ac à prime Ecclesiæ vinculo, à Papa absolutus t̄ est Prelatus, Barbos. dict. allegat. 119. num. 11. D. Femosin. dict. quæst. 2. num. 23. in fin. cum alijs supra traditis, cap. preced. num. 47.

Si autem scire cupias, an, & quando intelligatur gratia perfecta per t̄ solum verbū fiat à Principe prolatum, vide Bald. in dict. leg. Cùm apud Cod. d. commun. seru. manus. & in leg. Humanum, Cod. de legib. D. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 51. vbi Addent. & lib. 3. cap. 3. à num. 21. P. Molin. de iusit. tom. 3. disputation. 599. à num. 3. Arnulph. Ruzatum de iur. Regal. priuileg. 4. num. 14. & primileg. 45. num. 6. Vincent. de Franch. decis. 62. num. 2. Francisc. Marc. decis. 512. num. 4. part. 1. Emman. Barbos. ad ordinat. Lusitan. lib. 2. tit. 39. num. 2. Ricc. decis. 206. num. 5. part. 2. Ioan. Gutier. alleg. 1. num. 6. & lib. 2. practicar. quæst. 74. in princ. & lib. 2. Canonicar. cap. 17. num. 4. Azeued. in leg. 2. tit. 7. lib. 5. Recopil. num. 13. Cabed. decis. 3. num. 6. part. 1. D. Hieron. Leo, decis. 38. num. 2. lib. 3. D. Castill. tom. 5. controuers. cap. 67. num. 64. Cancer. 3. part. variar. cap. 3. num. 165. Camill. de Caratha. cons. 2. à num. 2. & consil. 106. à num. 12. Francisc. Mar. Prato discept. forens. cap. 49. à num. 17. Capic. Latro decis. 154. à num. 5. & per tot. & consult. 108. post num. 40. Paul. Bellon. de potestat. eorum, quæ in contin. fiunt, lib. 2. cap. 109. num. 2. Capic. Galloot. respons. Fiscal. 7. num. 2. Carol. de Tapia decis. 8. à num. 1. tom. 2. D. Moscoso dict. num. 104. D. Crespi obseru. 5. à num. 179. 288. & seqq. & obseruat. 37. à num. 41. & obseruat. 38. nouis. Ioseph. Maldonado, & Prado in not. ad eundem D. Molin. dict. cap. 7. num. 57.

Vnde Mascard. vbi supra, num. 33. concludit, ita esse intelligendos, & conciliandos Doctores in hac materia varie loquentes, vt qui affirmant requiri secundi t̄ Beneficij possessionem ad primi vacationem, intelligentur de minoribus Beneficijs Episcopatu inferioribus; qui verò sine possessione dari vacationem docent, accipiendo de Episcopatus, & alijs maioribus Dignitatibus ita etiam referunt, & tenere videntur D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 80. & seqq. Gratian. dict. cap. 296. num. 35. D. Villatobel dict. art. 14. num. 55. P. Dian. dict. resol. 33. vers. Sed patro, & ante eos, Hostiens.

in summ. de translat. Episcop. num. 6.

Ex quibus infertur, quod si interim officialis, seu Vicarius Episcopi translatetiam translationem a Pontifice factam ignorans, ferat sententiam, vel quid aliud iudiciale operetur, mero iure t̄ erit nullum, cum iam eo tempore sit omnino abdicata iurisdictio, & potestas ita Calderin. consil. 10. de sentent. & r. iudicat. Mascard. num. 15. D. Solorzan. num. 81. Gratian. à num. 17. locis vbi proxime, D. Valenç. consil. 190. à n. 10. P. Dian. dict. vers. Sed puto, ad medium, Iul. Labor. luculration. Variar. tit. 4. de electione. Canonic. cap. 25. n. 17. cum alijs. Vide tamèn Ludouic. à Valle, Auend. & D. Pinell. infras.

Non tamèn idem dicendum est de collatione præsentato à Patrono facta à Vicario reuocato, reuocationem tamèn ignorante, hæc enim procedit, t̄ & valet, cap. Si tibi absenti 17. vbi omnes notant, de Træbend. in 6. Anastas. Germon. de indult. Cardina. §. tibi quoad Vixeris, à num. 60. & 73. Boer. decis. 347. num. 12. Vincent. Carroc. decis. 72. num. 14. ex Calderin. consil. 4. de offic. legat. Marin. resolut. iur. lib. 2. cap. 174. num. 5. Ludouic. à Valle in trax. collector. Hispan. 2. part. cap. 2. Auendañ. & D. Leo, Pinell. vbi infras. num. 23. D. Almansa, vbi eum sèpè retulimus, num. 150. argum. leg. Si forte 17. ff. de offic. Praesid. quo vtuntur, Boer. & Carroc. num. 1. vbi proxime refertque ita decimum in Rotis Romana, & Padua, Ioan. Papon. ad decisiones Francias. lib. 2. tit. 2. arrest. 4. Ratio in promptu est, quia in primo t̄ casu est omnino abdicata iurisdictio à translationis tempore, in secundo vero non ita, donec de reuocatione certioretur officialis, seu Vicarius; vt etiam patet in procuratoribus, & alijs absentium, vel etiam prætentum mandatis vtentibus; eorum enim acta tenent, licet sint ipsorum mandata reuocata, si interim t̄ reuocationis actus notus factus non fuerit, leg. Si procuratorem 65. in fin. ff. de procurat. leg. Si fideiussor. 29. §. 1. ff. mandat. cap. Mandato 13. de procurator. cap. Ex parte Decani, vbi DD. de rescript. & in Clement. 1. de renuntiat. & vbi que gloss. Cancer. 2. part. Variar. cap. 14. à num. 173. D. Ludouic. Cassanate consil. 9. num. 31. Mar. Giurb. decis. 79. numer. 20. ad med. vbi plures, quos refert, & sequitur D. Salgad. in labyrinth. creditor. 1. part. cap. 36. num. 34. Vincent. Carroc. vbi proxime, cùm nunquam præsumatur t̄ reuocatio, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 36. num. 1. Anton. Thelaur. decis. 107. num. 4. Giurb. & D. Salgad. vbi proxime.

Ex hucusque traditis apparet, iam in

principali quæsito resolutio, ut ne mpe pri-
ma Cathedralis Ecclesia, à qua Prælatus
transfertur, vacet ab eo tempore, quo trans-
latio fuit fortita effectum per Summi Pon-
tificis approbationem, & consensum à trans-
lato præstatum; taliter, ut Episcopalis va-
cantis Sedis t ad Capitulum spectet ad-
ministratio, aut ad alium eius loco, cap. Bonæ
memorie 51. vbi Dec. num. 37. de appellat.
Abb. in cap. Irrefragabili, n. 2. de offic. ordin.
D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 86. Ludouic.
Posth. decis. 194. num. 2. Quod iam nouis-
simè declaratum inuenimus à Pontifice Sum-
mo t in Breui, de quo ibi mentionem facit
D. Solorzan. tanquam relato à Mauric. Al-
ted. in præ. Episcop. 1. part. cap. 3. num. 94.
cui tamè assentiri omnino non videtur, immò dubius prosequitur, & euadit, verùm de
eo Breui, sic scribit Barbos. de offic. & po-
test. Episcop. 3. part. allegat. 54. num. ibi: Se-
cundùm ultimam impress.

Hodiè tamè aliter se res babet, nam S.
D. N. Urbanus VIII. in sua constitutione in-
cipit: Nobis nupèr, sub dat. 20. Martij
1625. de consilio S. R. E. Cardinalium Con-
cilij Tridentini Interpretum, quibus negotium
mature, ac diligenter examinandum, & sibi
referendum commisit, declarauit Ecclesiam,
& qua Episcopus de suo consensu transfertur
ab eo tempore t vacare, quòd idem Episcopus
ab illius vinculo in existentis tempore Roma-
ni Pontificis Consistorio absoluatur; etiàm an-
tè expeditionem literarum Apostolicarum,
vel adeptam secundæ Ecclesie possessionem;
posteaquam verò ex testimonio, scù documento
Secretarij Sacri Collegij, vel alio modo bu-
iussmodi absolutionis notitiam Episcopus trans-
latus habuerit, illico eum ab exercitio ordi-
nariæ iurisdictionis abstinere debere, eamque
in Capitulum transire; ita vt statim Capitu-
lum t eadem iurisdictione uti, Sedem vacan-
tem publicare, atque Officiale, sed Vicari-
rium ad Consilij Tridentini præscriptum con-
stituere possit, & debeat. Adde eumdem
Barbos. in cap. 1. de translat. Episcop. num.
5. vbi sacræ Congregationis Episcopor.
14. Decembbris 1624. ad literam refert, quæ
est eadem, quam Sanctissimus in Breui re-
lato anno sequenti approbavit, & de offic.
& potestat. Episcop. dict. 3. part. allegat. 119.
num. 7. & in votis decisivis, vot. 123. à num.
12. & de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 19. num.
37. & de Canonic. cap. 42. num. 32. De hac
ipsa declaratione agunt Tondut. Beneficial.
resolut. 2. part. cap. 4. §. 6. num. 13. & D.
Fermosin. dict. quest. 2. num. 22. Massobr. in
præ. habendi concurs. requisit. 1. dub. 9.
Auendañ. & D. Leo Pinell, in allegat.

iur. sobre la vacante del Cuzco, à num. 24.

Secundùm quæ videtur t esse declara-
tio Sacræ Congregationis Concilij, quam 43
ex Prospero Augustino, in not. ad Stephan.
Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitu-
lum Sede vacante, pag. mibi 144. referunt
Nicol. Garc. de Benefic. dict. 11. part. cap. 6.
num. 39. D. Solorzan. dict. cap. 13. num. 84.
D. Villarroel dict. quæst. 1. artic. 14. num.
55. determinans, ac decidens, octo dies,
qui ex Sancto Tridentino Concilio sess. 24. cap.
6. assignantur ad Vicarij constitutionem
computandos esse t à die scientiæ transla-
tionis Episcopi per Papam factæ, & admis-
sæ. 44

Vnde non malè infertur ex proxime in
superioribus dictis euenire, quòd post
translationem à Sanctissimo factam, & ap-
probata, & antè secundæ Ecclesie, ad
quam transfertur promotus possessionem;
erit quidem translatus Episcopus; sed t nul-
lum actu possidens specialem Episcopatum, 45
iuxta text. in cap. 2. §. Sic etiā in de translat.
Episcop. in illis verbis: Cùn quis Episco-
pali præditus Dignitate, nullus tamè Ec-
clesie posse esse Episcopus, Hostiens. vbi
suprà, num. 6. quo supposito non erit ab-
sonum, neque monstruosum, vt D. Villa-
arroel, videbatur dict. art. 14. num. 19. da-
ri quidem Episcopum sine actuali Episco-
patu, vt de vagantibus Episcopis t obiter
scripsit, & optimè D. D. Ioan. Anton. de
Otalora Gueuara, de irregularit. prouen-
ient. expænit. public. part. 2. excurs. 2. num.
9. pag. 152.

Passimque contingere potest, & solet,
vt Episcopatus t à primo vinculo absolu-
tus amittat primæ Ecclesie fructus ab abso-
lutionis die, & secundæ, ad quam fuit trans-
latus, etiàm eos, qui sibi competunt ab eo-
dem die, si antè secundæ Ecclesie posses-
sionem decedat, vt in facto accidisse notat D.
Fermosin. dict. quest. 2. num. 21. & iterum,
num. 24. in fin. vbi addit, id contingere ex
natura translationis, & consensu translati,
maximè in Indijs, vbi præter id, quòd in eis
perspè sint translationes longissimæ, na-
vigationes, & itinera penè infinita; speciali
iure decretum est, vt nullatenus Prælati
Episcopatus reditus, & emolumenta per-
cipiant, quàm t si personaliter ad suas Ec-
clesias, & Dioceses accedant ex Regia Sche- 48
dula 25. Ianuarij 1569. tom. 1. impress. pag.
171. per hæc verba.

E L REY. Venerables t Deanes, y Cabil- 49
dos de las Iglesias Catedrales, ansi de la
ciudad de Santo Domingo de la Isla Espan-
ola,

la, como de todas las otras Iglesias Cathedrales de las nuestras Indias, Islas, y tierra firme del mar Oceano, y a cada uno, y qualquier de vos, à quien esta mi cedula fuere mostrada, ó su traslado de Escrivano Publico; sabed, que Nos presentamos à esas Iglesias à los Prelados, que en ellas van, y que los tales Prelados acaece muchas veces no ir à residir en sus Obispados, ni Arquispaldos; y estando sin ir à residir en ellos, se les acude con los frutos corridos, y despues sin auerido à ellos tornar à ser promouidos de los dichos sus Obispados, y otras veces acaece morirse antes de llegar à ellos, y que conuendria darse algun medio en ello; de manera, que esas dichas Iglesias no fuesen defraudadas, ó como la mi merced fuese: lo qual visto por los de mi Consejo de las Indias, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos, è yo tuvelo por bien. Porque vos mando à todos, y cada uno de vos, segun dicho es, que ningun Prelado de aquellos, a quien Nos presentamos à esas Iglesias, no acudais con los frutos corridos de sus Obispados, hasta que vayan à ellos à residir personalmente; lo qual haced cumplir, sopena que se cobrará de vuestras personas, y bienes los frutos, que ansi se les huviieren entregado. Fecha, &c. Ex qua, & alia 8. Iunij 1606. desumpta est, leg. 3. tit. 5. lib. 1. summar. ita: Que no se acuda à los Prelados con los frutos de sus Iglesias, hasta que residan en ellas personalmente, Ludouic. Betancurt. in memorial. sobre que las Prelacias de las Indias se dèn à los Capitulares dellas, proposit. 4. §. 4. Thom. Auendañ. & D. Leo Pinell. in allegat. iur. pro D. Episcopo D. Alfonso Ocon, sobre la vacante del Cuzco, à num. 42.




S V M M A R I V M .

- 1 **C**Asus, qui huic tractatui ansam præbuit, refertur.
- 2 Beneficium vacat, quando ipsius possessor Episcopatus adipiscitur possessionem.
- 3 Regia voluntas tantum inspicienda est, in prouisione Beneficii Regij Patronatus.
- 4 Rex Catholicus in Indiarum Regnis consideratur, quasi Apostolicæ Sedis Delegatus, vel Commissarius. & num. 6. 7. 10. 14. 15. 16. 67.
- 5 Doctores referuntur, qui hanc senten-

- 8 tiam tueruntur, & numeris seqq. num. 44.
- 9 Rex Catholicus in Indiarum conuersione, visitur Ecclesiastica potestate, & n. 9. 18.
- 11 Ex delegatione namque Apostolica Pontificis vices gerit.
- 12 Domini, D. Martinus Enriquez Nonce Hispaniae: & D. Franciscus de Toledo, Regni Peruani eodem tempore Proreges nominantur.
- 13 Pius Papa V. hanc probauit electionem.
- 17 Post Pontificem, Regi Catholicico spectat conseruare, & augere Ecclesiam Americae.
- 19 Rex in his, quæ in Ecclesia obtinet, habet iurisdictionem, tanquam Episcopus. & num. 30.
- 20 Unde resolutum in eis materijs à Rege, habetur, ac si à Papa fuerit decretum. & num. 21.
- 22 Rex Catholicus in Indijs est Papæ minister.
- 23 Potest etiam appellari Dei Vicarius, & Magnus Prætor, & num. 24.
- 25 Qui his contradicit, Papæ contradicere, videtur, cui potius, quam Regi exequenti tribuenda sunt, & num. 26.
- 27 Rex nibil ex se spiritualitatis consert, sed id à Papa dimanat, & num. 31. 32. 33. 34.
- 28 Nominare ad Beneficia Patronatus est spiritualitatis administratio.
- 29 Per Regem dicitur spiritualitatem transire, sicut aqua transit per canale lapidem.
- 35 Presentatio a Rege procedit, institutio ab Ecclesiastico, & num. 36.
- 37 Beneficium Ecclesiasticum nequit obtinendi sine Canonica institutione.
- 38 Ecclesiasticus suspensus, interdictus, vel excommunicatus, nequit instituere, licet mitia, vt num. 39.
- 40 Suspensus, excommunicatus, hereticus, vel de gradatus potest ordines conferre.
- 41 Spiritualis potestas non cadit in latum.
- 42 Regi Catholicico fuit concessum præfatum priuilegium a primis Indiarum temporibus.
- 43 Verba Alexandri VI. in hoc referuntur.
- 44 Doctores citantur, qui agunt de hac Bulla.
- 45 Secularis nequit spiritualia administrare.
- 46 Papam tamen potest ipsum ad hoc capace reddere, & num. 47. 48. 49. 51. 56.
- 50 Rex Francie dicitur dominus Beneficiorum sui Regni,

- 52 Episcopus potest in Officiale suum vulgo Prouisor constituer adhuc Sacro Or-
dine non condecoratum.
- 53 Qui tamèn non sit ipius cognatus.
- 54 Dummodò sit saltè n primæ tonsuræ.
- 55 Ergo à fortiori Papapoterit sacerdalem
capacem facere ad spiritualia.
- 57 In Hispaniæ tamèn Ecclesijs Officialis
debet esse sacris condecoratus, ex priuilegijs Pontificijs.
- 58 Verba Summorum Pontificum circà hoc
referuntur, & num. 59.
- 60 Hec priuilegia in quibus Hispaniæ Ec-
clesijs procedant.
- 61 Castellæ, & Legionis nomine, quæ Regna
contineantur?
- 62 Hispaniam, ex alijs, in duodecim Regna
diuidit Hoppingius.
- 63 Bullæ illæ, an ad Indiarum Ecclesijs ex-
tendantur? & num. 66.
- 64 Indicum Imperium, Castellæ, & Legio-
nis Regni unitum.
- 65 Patris Antonij Quintanaduñas lap-
sus aduertitur.



ARGUMENTVM.

Rex Catholicus, ex Pontificalia concessione, in Indijs Occidentalibus, ad ipsarum conuersionem, est quasi Delegatus, vel Commissarius Apo-
stolicus. Laicus, ex priuilegio, potest capax redi ad materias spiri-
tuales. Officialis Episcopi, an esse possit Sacro Ordine non initiatu, quid-
que circà hoc prò Ecclesijs Hispaniæ à Romana Sede sit indultum? Et an pro-
cedat in Indijs?

CAP. XXV.

Nunc autem casum in hac nostra Regia Argentina Cancellaria t de facto habitum, in medium disputandum propo-
nam, qui equidem huiusmodi scribendi materiam, ansam præbuit. Catholicus er-
gò Rex noster Hispanus D. D. Franciscum
de Borja, huius Metropolitanæ Argentinæ Ecclesiæ Decanum, in Tucumanens. nomi-
nauit Episcopum. Decanatu verò, per præ-
fatam nominationem vacanti, Archidiaco-
num, Archidiaconatui immediatam Digni-
tatem; ac tandem ultimo loco vacanti Ca-
nonicatu, Portionarium Don Ferdinandum
de Bohorques, præsentauit. Hic à Capitulo,
Sede vacante, Regio suæ præsentationis ti-
tulo exhibito, in Canonicum recipi in fine
 anni 1669. petijt. Cæterum Capitulum Re-
gio viso rescripto, & solita veneratione ad-
misso, ipsius differendam executionem fore,
quousque D. Decanus prædictus ad Episco-
patum promotus, vacuam suam Sedem re-
linqueret, decreuit. Don Ferdinandus er-
gò se grauatum asserens, ad Metropolitanum Iudicem Ecclesiasticum appellationem
emissit, cui tamèn Capitulum recusauit de-
ferre, quapropter per viam violentiæ, &
recursus in Regio Argentino Senatu cau-

sam introduxit, vim sibi illatam esse, appella-
tionis denegato remedio affirma ns, &
proponens; meque Fisci Patronum pro Re-
gio Patronatu, & præsentationis præfatæ
executione adiutorem vocauit. Prætendit
enim sui Canonicatus possessionem non esse
suspendendam, in præsentique casu dari De-
canatus vacationem, admissa iam ad Tucu-
manens. Episcopatum nominatione Regia,
etiam antè huius effectuam possessionem, &
Pontificiam confirmationem; ac proinde
omnes prædictos iam prouisos, & Regias
admissas obtinentes præsentationes, suas af-
sequi debere Dignitates; vt tandem ipse
Don Ferdinandus Canonicatus valeat adi-
pisci possessionem, & collationem; quæsiūm
fuit, quid de iure respondendum?

Sanè in hoc casu ex traditis, cap. 28. &
num. 14. facilis videtur responsio; funda-
vimus enim ibi secundum commune ius, &
generalem Doctorum sententiam, tunc so-
lum t primum vacare Beneficium, & Digni-
tatem, cum ad Episcopatum translatus,
vel promotus ipsius est adeptus posses-
sionem, ex cap. Cum in cunctis 7. §. Cum vero,
de electione, cum alijs ibidem relatis; cum au-
tem in præsenti appareat D. Decanum Tucu-
manens. Ecclesiæ nondum acquisiuisse pos-
sessionem, nec Apostolicas ad id necessarias
literas recepisse; immò nec Regiam præsen-
ta-

tationem à Pontifice Summo fuisse approbaram, videtur D. Ferdinandum in suo recursu non omnino bonum ius fouere.

Nihilominus tamèn, licet hæc iure communi generaliter attento locum habeant, recteque procedant, adhuc quoad casum huiusmodi nostrum, non minimam videntur continere difficultatem; ex eo præcipue, quod versamur in beneficij Regij iuris Patronatus, in quibus supposita Apostolica concessione, & gratia in Reges Catholicos collata, voluntas + tantum, & dispositio Regia inspicienda, servadaq; est, quoad hoc extraditis cap. 30. n. 2. eo maximè addito, quod Catholico Regino nostro, in his Indiarum Occidentalium Regnis concredita sit Ecclesiastica, seu spiritualis gubernatio, consideraturque ipse, quasi Sancte Romanæ, & Apostolicæ Sedis + Cōmissarius, vel Delegatus, ex Summorum Pontificum concessionibus, indultis, & priuilegijs, cum plenaria potestate, & facultate disponendi in eis quidquid æquius, melius, & tutius ipsi vilum fuerit circa spiritualem gubernationem in ordine ad spirituale augmentum fidelium, & infidelium consequendum, & promouendum, conuersionemque Indorum in praefatis his partibus existentium, obtinendam.

Hanc partem, + & conclusionem defendant constantē Fr. Ludouicus Miranda in *Manual. Prelat. Romæ ann. 1612. in lucem edito*, Sanctissimoque Paulo Pape V. dicato, tom. 1. q. 42. art. 6. ibi: Et dico, quod supradicti Reges Hispaniarum non id faciunt sua auctoritate, & potestate ordinaria, ut potè qui comparsum habeant, quod ipsa de per se non se extendit ad spirituale, & quod rerum omnium spiritualium dispositio tantummodo ad Romanum spectat Pontificem; sed faciunt id ex delegatione, & speciali commissione eorumdem Romanorum Pontificum, qui attendentes ad spirituale augmentum fidelium, & infidelium existentiū in illis partibus, supradictos Reges suos Legatos, & Commissarios fecerunt, atque constituerunt, & dominia illorum Regnorum illis concederunt, cum plenaria potestate administrandi in ipsis, & disponendi non solum temporalia, verum etiam spirituale, ad supradictum finem, &c.

Quæ iterum refert quest. 43. artic. 2. vbi ex monumentis sui Ordinis Seraphici, ait: Alexandrum Papam VI. constituisse supradictos Hispaniarum Reges, ad hunc effectum, suos Commissarios, + & Delegatos cum plenitadine potestatis ad disponendum, & ordinandum in supradictis Regnis omnia, quæ pertinent ad iurisdictionem spiritualem, quantum ad effectum mittendi ibidem

Tom. I.

Predicatores, & Confessores, & Ministros idoncos, & Frat. Ioann. Baptist. in aduentent, Confess. Indor. 2. part. fol. 177. pag. 1. ibi: Unde hoc priuilegium, & indultum non tam ad ipsos Mendicantes pertinet, quam ad Regem Catholicum, qui ex speciali indulto Alexandri VI. & aliorum Pontificum, Legatum + Apostolicum in his terris agit; ad quem pertinet de idoneis Ministeris, quos voluerit, & sibi visum fuerit, prouidere, &c. Doctissimus Seraphin. Freytas de iusto Imper. Lusitan. Asiatic. cap. 7. num. 3. illic: Reges Hispaniae à Romano Pontifice delegati ad Indiarum + conuersionem, non laicali, sed Ecclesiasticae vntuntur potestate, & numer. 9. Emmam. Rodrig. tom. 1. Regularium questionum 35. art. 2. & quest. 56. art. 11. Alphonsi, à Veracruce in declarat. Bullæ Alexandri VI. Pat. Ferdinand. Rebell. de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. quest. 32. nn. mer. 8. Ioann. Focher. in Itinerar. ad Indiarum conuersion. 1. part. cap. 7. versic. Quart. & cap. 11. & 12. Ioan. Silva in animadversionibus pro gubernat. Indiar. fol. 7. D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 2. à num. 33. & 37. Christophor. Roa Albaracin. Canonicar. quest. cap. 4. num. 6. in illis verbis: Et cum Catholicissimi nostri Hispaniarum Reges duplii ex capite + iurisdictionem exercant in America, & ex iure Patronatus, & ex Pontificis Maximi Delegatorum officio, ut doctè tradit, &c.

D. Garc. Per. Araciel in menor. sobre las vacantes de las Indias, p. 83. Particularmente, inquit, que V. M. s. considera en las Indias por mas que Patron, y como Delegado + de la Sede Apostolica, y a quien iste cometidas las veces de su Santidad en todo lo Ecclesiastico, asi por + Bulas, como por costumbre. Quod deinde confirmat ex eo, quod electis, & prouisis in Proreges Nueç Hispanie, & Regni Peruani eodem + tempore Dominis D. Martino Enriquez, & D. Francisco de Tole- do, Summus Pontifex probauit electiones, Regique Catholicó Domino nostro gratias egit, advertitque nonnulla eis committéda pro Sancti Euangeli prædicatione, &c. il- lic: El Papa Pio V. embid a su + Magestad las gracias de que huiesse escogido tales per- sonas, de las cuales se podian prometer los buenos sucessos, que despues se experimentaron, y que para la predicacion del Euangilio les aduirtiesse las cosas que alli le apuntava, en que reconoció, que todo lo tocante a ello corria por cuenta + de los Señores Reyes de Castilla, y les pertenecia, y tocava el asadir a ello.

D. Don Christophorus de Moscofo & Cordoua, in simili memorial. num. 114. ibi:

R

E

Y es tan conjunto al Pontifice V. M. en las
 35 Indias, que se tiene por Delegado † suyo, por
 ser muy concerniente al Paronazgo, y buen
 gouierno temporal, y Ecclesiastico de aquel Im-
 perio, D. Villarr. en el Gouiern. Eccles. 1. p. q.
 2. art. 8. a. n. 23. & 2. p. q. 12. art. 5. n. 82. &
 quæst. 20. art. 3. num. 92. D. D. Ioann. Pala-
 fox & Mendoza in Defens. Canonic. sobre que
 los Padres de la Compañia deben pedir licencia
 al Ordinario Ecclesiastico para Confesar, y Pre-
 dicar, 5. p. n. 24. per hæc verba: Porque sin
 16 reparar, que V. M. es Legado † de los Pon-
 tifices Romanos, para disponer la paz Eccle-
 siastica, y gouierno espiritual en las Provincias
 de las Indias Occidentales, por concession
 Apostolica. &c. & repetit in allegation. por
 el Clero de la Puebla de los Angeles, allegat.
 4. punct. 1. à num. 3. & allegat. 2. punct. 4.
 num. 1. vbi inter alia, hæc invenies verba: El
 segundo, porque nadie puede dudar, que despues
 de la Suprema Cabeza, que es el Pontifice, per-
 tenece a la gran Religion, Piedad, y santo Ze-
 lo de los Catolicissimos Reyes de Espana, Seño-
 res nuestros, y a su Consejo Supremo de las In-
 37 dias el aumento, y conservacion † de la Igles-
 ia de la America, vbi id probat, ex Gonçal.
 ad Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 173. Do-
 ctil. P. Francisc. Pelliz. in Manual. Regul.
 tom. 2. tract. 8. cap. 3. n. 305. P. Angel. Maria
 Verricelli quæst. Moral. tom. 1. tract. 1. q.
 98. §. 37. num. 239. & seqq. Doctissimus,
 & sempèr venerandus Illustriss. Quitensis
 Episcopus D. D. Alphons. de la Peña Mon-
 tenegro in suo Itinerario, lib. 1. tractat. 10.
 sess. 4. num. 4. nostras amantiss. D. D. Ioann.
 Francisc. de Montemayor & Cuenca in pro-
 pugnacul. pro Reg. iurisdic. post diuisiones
 Hispaniol. §. 28. n. 5. vbi cum Freytas, & D.
 Solorzan. docet, hanc iurisdictionem à Re-
 ge nostro, quasi Delegato Apostolico, exer-
 18 cendam esse † Ecclesiasticam, nouiss. P.
 Auendañ. in Thesaur. Indic. tit. 1. n. 159. &
 tit. 2. n. 4. & 126. & tit. 4. num. 100. vbi,
 vt solet, mature, & prudenter loquitur, iun-
 ge tradita à Cald. Pereyr. conf. 5. num. 3. &
 18. D. Castill. de tertijis, cap. 12. à nu. 3. &
 32. D. Larr. allegat. Fiscal. 27. n. 13. & nu.
 10. in fin. ex Bald. in l. fin. Cod. Sinè cens. vel
 reliq. & D. Gregor. Lop. in l. 51. tit. 6. p. 1.
 verb. Por razon, iuncta gloss. verb. Pontifex,
 in l. fin. §. Ab huīsmodi, ff. de munerib.
 19 & honorib. docet, in his, quæ † Rex no-
 stros in Ecclesia obtinet, habere iurisdictionem,
 tanquam Episcopum, vide eum ibi cap.
 34. num. 43.

Ex quibus sequitur, quòd quidquid in his
 gubernationis Ecclesiasticae materijs Reges
 nostros disponere, arbitrari, ac resolvere

contigerit idem † erit, ac si ipsi Romani 20
 Pontifices disponerent, ac resolvarent;
 cùm in hac parte vices eorum gerant Re-
 ges, vt animadvertiscant, & docent proximè
 traditi, ex doctrina Ioann. Andr. in cap. 2.
 de Præbend. in 6. iunctis Staphil. de liter.
 gratia, & iustitia, tit. de form. mandat. de
 prouidend. form. 3. à nu. 10. gloss. in cap. Val-
 dè, verb. Representetur, 94. distinct. Gon-
 çalez vbi supr. D. Araci loco citato, num.
 34. illic: Particularmente si se aduierte,
 que todo quanto en esta parte obrare el Prin-
 cipe Seglar, no es en virtud, y poder pro-
 prio, sino en virtud, y en nombre de la Se-
 de Apostolica, cuya autoridad, y jurisdic-
 cion † està representando; y assi esta no se 21
 muda, aunque el ministerio, y medio por cu-
 yas acciones se explica, y executa, sea Se-
 glar; y assi es visto, y se debe considerar to-
 do como hecho, y obrado por la misma Sede
 Apostolica, D. Solorzan. dict. lib. 3. cap. 20.
 num. 33. Dom. Alfar. de offic. Fiscal. glos.
 2. num. 19. vbi ait, Regem nostrum in
 his rebus † esse Papæ Ministrum prop-
 ter indultum, Marth. de iurisdic. 4. part.
 centur. 1. cas. 46. num. 23. P. Dian. 3. part.
 Moral. tractat. 1. de Immunit. resolut. 65.
 in fin. Magist. Lezan. in sua Turri Danidi-
 ca, cap. 4. num. 211. D. Palafox dict. allegat.
 4. artic. 1. num. 4. D. Solorzan. dict. cap. 2.
 numer. 41. vbi ex D. Gregor. Lopez in l. 1.
 tit. 1. part. 2. dicit posse † appellari Re-
 gem nostrum Dei Vicarium, l. 7. in fin. d.
 tit. 1. p. 2. l. Inter claras 5. C. de Summ. Tri-
 nitat. l. 1. & 5. cod. tit. & part. Cardin. Bel-
 larmin. de offic. Princip. lib. 1. cap. 7. in fin.
 Petr. Gregor. de Republic. lib. 6. cap. 5. Dom.
 Moscos. cum alijs in discurs. legal. contra el
 Marques del Aguilas, y consortes, por el de-
 sacato q̄ tuvieron en Palacio el año 1635. con-
 tra D. Juan de Herrera, n. 5. Adde D. Thom.
 de regimin. Princip. apud Ioann. Francisc.
 San-Felic decis. 62. num. 41. vbi etiam
 refert D. Greg. Lop. in d. l. 1. & in l. 5. glos.
 1. & 2. D. Felic. de Veg. in cap. Cùm non ab
 homine 10. n. 15. de iudic. Gabr. Pereyr. de-
 cis. 22. n. 6. & de man. Reg. cap. 34. à nu. 1.
 Carol. de Tap. decis. 1. Supr. Consil. n. 2. Mar.
 Cutell. de prisca. & recent. Eccles. libertat.
 lib. 2. q. 14. n. 23. ex Bald. in Auth. hoc am-
 plius, vers. An filij Regis, C. de fideicomm.
 optimè Scobar à Corro de puritat. & no-
 bilitat. 2. part. quæst. 1. gloss. 2. num. 4. Ho-
 norat. Leotard. de iur. q. + 3. n. 46. Zeuall.
 de cognit. per viam violent. gloss. 3. num. 3.
 & commun. contra commun. q. 897. n. 374.
 Sim. Barb. in repertor. verb. Reges, pag. 333.
 D. Montemayor vbi supr. §. 18. à n. 2. Si-
 mi-

24 militèr, vocari posse t̄ Magnum Prætorem, ex Alvar. Velasc. consult. 79. n. 2. D. Salg. de Reg. protet. 1. p. cap. 1. prælud. 1. à n. 40. vbi plura congessit, & præl. 3. n. 45.

Quapropter mandatis, & resolutionibus Regis in hac re adversantem, & contradicentem ipsi Pontifici Summo t̄ contradicere, docet Miranda dict. art. 6. concl. 2. & dict. q. 43. art. 6. Papæ enim mandanti potius, ac verius, quam Regi exequenti totum

26 hoc tribui t̄ oportet, argum. l. Pater 12. in fin. ibi: Solam enim electionem filio concessit; ceterum ipse manumisit, ff. de manumiss. vindict. l. 3. ff. de interdict. & relegat. l. Vnum ex familia 69. §. Si de falcidia, ff. de legat. 2. l. Si arrogator 22. ibi: Quia hoc non iudicio eius ad eum pervenit, sed principali prudenter, ff. de adoption. l. Item eorum 6. §. Si Decuriones, ff. Quod cuiusque vniuers. nomin. cap. Cum aliquibus 4. de rescript. in 6. cum alijs, iunctis D. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. à num. 3. Crauet. cons. 144. Roland. à Vall. cons. 86. à n. 25. lib. 1. D. Araci. vbi supra sub n. 22. D. Valenç. cons. 69. n. 55. 83. & seqq. & cons. 93. à n. 12. Carpio de execut. testam. lib. 2. cap. 17. n. 13. Sard. decis. 292. n. 9. & decis. 297. n. 1. Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 26. n. 12. & cap. 28. à n. 8. Barbos. de pension. q. 2. n. 31. in specie, D. Palafox dict. alleg. 4. art. 4. n. 151. Fontanell. decis. 459. num. 15. D. Olea de cession. iur. tit. 3. q. 3. n. 14. doctiss. & Religiosiss. Iurisconsultus amicus, & Preceptor meus D. D. Didac. Andr. Rocha, Limens. Questor, in lib. d. Immacul. Deipar. Concept. cap. 16. n. 6. ad med.

Itaque in his casibus omnibus, & alijs; & quoties ad Dignitates, & Ecclesiastica Beneficia Catholicus Rex noster presentat, 27 ex se nihil dat, t̄ aut confert spiritualitas (spiritualitatis t̄ enim administratio est, ad iuris Patronatus Beneficia nominare, & præsentare, Bald. cons. 77. volum. 1. Francisc. Pauin. de potest. ut. Capit. Sed. Vacant. 2. part. princ. quæs. 5. n. 3. Iacob. Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 2. quæs. 110. n. 1. D. Episcop. Montenegro d. lib. 1. tract. 1. sess. 4. n. 16.) Sed id omne à Summo Pontifice dimanat. Vnde per Regem ipsum spiritualitatem dicimus transire, sicut aqua transit per canale

29 t̄ lapideum, notant ex cap. Si iussus fuerit 30. 1. q. 1. vers. In canali lapideo nibil generatur, Ioann. de Lignan. in cap. Dilectus 34. in fin. de Præbend. Ripa in cap. Decernimus, à num. 47. de Iudic. Carpio de executoribus testament. lib. 1. cap. 6. n. 17. Marth. d. 4. p. centur. 1. cas. 46. n. 12. & num. 13. ait, quod quando t̄ Rex ex priuilegio Papæ Eccle-

siaistica confert Beneficia, Ioco Episcopi subrogatur, ad tradita supr. n. 19. fac. Fontanell. decis. 309. n. 14. cap. 34. n. 43.

In quod observa multum optima Innocentij verba, in cap. Quod sapèr, de electione in princ. ibi: Dicimus, quod ex investitura t̄ Regum, vel electione, non habeant investitutum ab eis aliquod ius spirituale; puta, quod possent conferre Ecclesiastas, vel Canonicatus, vel ordinare Clericos, vel huiuscmodi; potestatem autem horum recipiebant à confirmatore, t̄ vel 32 consecratore, vel quocumque alio ministro speciali, & Ecclesiastico, Rebuff. in tract. nominat. q. 15. nu. 10. vbi ait: Laicum habere ius conferendi Beneficia, ex priuilegio Papæ, & si confert, non conferre t̄ aliquod ius spirituale; quia ipse non habet, sed investitus consequitur ius t̄ spirituale à confirmatore Ecclesiastico. Vnde dici solct. nominationem, & presentationem ad Regem; institutionem, & collationem ad Ecclesiasticum t̄ pertinere, 33 Bonifac. Vitalin. in Clement. vnic. de concess. Præbend. Anastas. Germon. de indult. Cardinal. §. In quibuscumque, n. 13. Camill. Borrrell. de præsident. Reg. Catholic. cap. 50. à n. 32. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 26. n. 3. & dixi cap. 11. n. 38 & seqq.

Quod autem Ecclesiasticum Beneficium, seu collatio, & institutio ipsius conferri non t̄ valeat, nisi à Prælato, vel alia persona 36 Ecclesiastica, docent iura in cap. Messana 61. cap. Sacrosancta 51. de electione, cum alijs, Pat. Paul. Comitol. respons. Moral. lib. 1. quæst. 68. Garc. de Benef. 1. part. cap. 2. n. 32. Gonçalez d. gloss. 5. n. 10. Ricc. Collect. 1042. vers. Quarto requiruntur, Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. disput. 5. quæs. 22. à num. 10. D. Vrrutigoit. in tract. de intrusion. quæs. 64. num. 2. & quæs. 115. num. 22. Nec similiter obtineri Beneficium t̄ sine Canonica institutione, seu collatione, cap. 1. de regal. iur. in 6. cap. vnic. vt Ecclesiast. Benef. Loter. de re Benef. lib. 3. quæs. 8. à n. 16. Cardin. Seraphin. decis. 611. num. 2. P. Sanchez cons. Moral. lib. 2. cap. 1. dub. 10. num. 11. Lara de Anniversar. & Capellan. lib. 2. cap. 1. n. 16. Barbot. in d. cap. 1. de regul. iur. vbi plura P. Dian. 5. part. Moral. tract. 1. resolut. 23. vers. Sèd his, Pareja de instrument. edition. tit. 5. resolut. 7. num. 5. D. Vrrutigoit, vbi proxime, quæs. 25. num. 3. & quæs. 71. num. 15. & seq. & quæs. 94. n. 12. & q. 97. n. 10. & q. 105. à n. 5. & 9. Aluar de Velasc. de Iudic. pers. rubr. 9. annot. 12. §. 2. n. 25. D. Episcop. Montenegr. vñ. sup. n. 2. sess. 4. tract. 10. dixi cap. 10. n. 12. & seq.

Limita tamèn, quando Prælatus, aut alius Ecclesiasticus suspensus, interdictus, aut

38 excommunicatus inuenitur ; his namquè terea instituendi facultas denegatur, D. Couar. in cap. Alma mater, p. 1. r. deit. §. 7. n. 9. de sentent. excommun. Riciull. de person. extra grem. Ecclesiæ existentib. lib. 4. cap. 3. num. 1. D. Virutigoit. vbi proximè quæst. 2. num. 29. Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disput. 5. num. 80. Vbi nihilominus ait, Episcopum suspensum posse ter conferre, quandò specialiter à collatione non est suspensus; similiter, licet sit suspensus, excommunicatus, hę reticus, vel degradatus poterit ter Ordines concedere, ac conferre, ex Diuo Thom. in 4. distinçt. 25. quæst. 1. artic. 2. late Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 2. part. allegat. 3. num. 3. P. Dian. 12. part. Moral. resol. 6. 1.

41 Superiorum ratio facile appetet, quia spiritualis potestas non ter cadit in laicam, dict. cap. Sacrosanta 51. cap. Causam, quæ 7. de prescription. cap. Quamuis 17. de decim. docent Marc. Anton. Genuens. practicabil. quæst. 39. nu. 1. Marecot. lib. 1. variar. cap. 95. à num. 19. Gutier. practic. lib. 1. q. 15. num. 2. & lib. 2. Canon. cap. 21. à n. 64. Ses- sè decis. 162. n. 20. Monet. de decim. cap. 5. q. 3. n. 17. D. Castill. de tert. cap. 10. nu. 5. Reynos. obseruat. 50. à n. 4. Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 26. §. 2. n. 2. D. Alman- sa vbi infrà, num. 43. P. Azot. Institut. Moral. 2. part. lib. 10. cap. 7. quæst. 3. Petr. Barbos. in l. Titia, ff. solut. matrimon. num. 46. Rodericus Suarez allegat. 8. à num. 11. Gabr. à Sanct. Vincent. vbi proximè, disput. 1. num. 391. cum alijs. Præfatum ergo singulare, & summe notandum priuilegium Regiae Castellæ, & Legionis Coronæ, à pri- 42 mis ter iam Indiarum Occidentalium ac- quisitionis, & possessionis temporibus in- dultum, & concessum fuit à Pontificibus Ro- manis, præcipue ab Alexandre Papa VI. in Bulla anno 1493. tom. 1. Bullar. Cher- bin. pag. 466. & ton. 1. Schedul. impress. pag. 31. de qua late agunt DD. citati, maxi- mè in illis verbis, §. 7. ibi : Insupèr 43 mandamus ter Vobis (Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabeth, hęc verba diri- guntur) in virtute sancte obedientiae, vt (sicut pollicemini, & non dubitamus pro- vestra maxima deuotione, & Regia magna- nimitate, Vos esse facturos) ad Terras Fir- mas, & Insulas predictas viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & exper- tos ad instruendam incolas, & habitatores præfatos in Fide Catholica, & bonis mori- bus imbuendum, distinare beatatis, omnem debitam diligentiam in premissis adhiben- tes, &c. adde de eadem clausula differen-

tes, P. Pellizzar. dict. tractat. 8. cap. 4. num. 85. Didac. Mexia de Cabrera in practic. iu- dic. lib. 1. cap. 6. à num. 14. P. Auend. in The- saur. Indic. d. tit. 1. n. 34.

De hac etiā Alexandrina Bulla, & concessione Regibus nostris Apostolicam ter legationem ad Indorum conuersionem, 44 mittendique probos viros, & Apostolicos Oratores, Magistrosque idoneos faculta- tem indulgente, prēter supradictos tra- stant, Cardinal. Bellarmin. de Roman. Pon- tific. lib. 5. cap. 2. in fin. D. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. 3. per tot. & in fin. Salas de legib. disput. 7. sect. 4. num. 31. P. Molin. de iustit. & iur. tractat. 2. disp. 105. P. Rabeli. dict. quæst. 23. sect. 2. num. 7. Miffeus Histor. Indic. lib. 1. pag. 18. P. Acosta de Procurand. Indor. salut. lib. 3. cap. 2. Caeteran. Sot. Victor. Anton. à Cordub. Bañez, Valencia, & alij apud D. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 2. cap. 23. à numer. 5. & cap. 24. num. 18. vbi plures refert, quos ha- buit à Camili. Borrell, quem non citat, & lib. 3. cap. 1. n. 13. & lib. 1. cap. 6. num. 73. Borrell. de præstant. Regis Cathol. cap. 46. à n. 224. Freyt. d. cap. 7. num. 9. Anastas. Ge- mon. de Sacrari. Immun. lib. 3. cap. 13. num. 30. Francisc. Vargas in tractat. de Episcop. iurisd. confirmat. 10. Gomer. in Histor. In- diiar. Occid. 1. part. in princ. Petr. Mexia in silu. part. 4. cap. 1. D. Vega in cap. Licet ex suscepito 10. de for. compet. num. 18. Barbos. de offic. & potest. Episcop. 1. p. tit. 3. cap. 2. à n. 41. P. Angel. Maria Verricelli vbi supr. tom. 2. tract. de missionib. tit. 13. sect. 8. P. Auend. dict. cap. 1.

- 46 Collatio potest indulgeri, non vocato primo possessore, & n. 27. 28.
- 47 Papæ electio habet vim confirmationis.
- 48 Flaminius Parisius intelligitur, qui dixit, cessare Beneficij vacationem, ante possessionem, & n. 49. 50. 51.
- 52 Tribunalia Suprema ex eisdem actis solent mutare sententiam.
- 53 Iura aliqua in hoc expenduntur.

ARGUMENTVM.

Beneficium primum quando vacare dicatur per afflictionem secundi? an, & quæ dari possit dispensatio super incompatibilitate Beneficiorum?

CAP. XXVII.

Consequens iam videtur hoc in loco de priorum Beneficiorum amissione, & vacatione, per aliorum incompatibilium afflictionem agere; non quidem latè, & diffusè, vt ipsa materia patitur; sed quatenus opportunè ad hanc nostram attinet; præmittendo præcipue aliqua necessaria, vt ita melius, & facilius intelligi valeant, quæ apud Nos servantur.

Communis ergo in hac questione, secundum iura nouissima, est conclusio, per secundum incompatibile Beneficium t ipso iure vacare primum, cap. de multa 28. de Præb. & Dignit. cap. Qui à nonnulli 3. de Cleric. non resid. extrauag. execrabil. §. Qui verò, de Præb. Sacros. Trid. Concil. sess. 7. de reform. cap. 4. & sess. 24. cap. 17. l. 3. tit. 16. p. 1. conducunt etiam text. in cap. Referente 7. cap. Præterea

Tom. I.

14. eod. tit. de Præb. & Dignit. Nauar. cons. 25. n. 2. eod. tit. Abb. in d. cap. Qui à nonnulli, n. 4. Cardinal. cons. 3. n. 3. Cassad. decis. 1. n. 1. de constit. Paul. & mil. Verall. decis. 293. p. 2. Ioan. Selu. de Benef. 3. p. q. 2. n. 23. & q. 28. Benedict. Capra regul. 90. à n. 1. & 22. Dueñas regul. 71. à n. 1. Hieron. Gonçal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. à n. 19. vbi ex iuribus iam relatis quinque distinguit t tempora, & secundum d. cap. de multa, & d. cap. 4. s. Concil. Trid. tenet, & fundat hanc conclusionem; ita etiam distingunt iuxta eadem iura, Didac. Spin. in specul. t. Islam. gloss. 3. à num. 74. Aloys. Ricc. vbi infra, à num. 1. Valer. Reginald. in prax. for. penitentiari. lib. 30. tractat. 3. num. 309. Andr. Vallens. de Benefic. lib. 3. tit. 1. num. 7. optimè D. Valençuel. consil. 83. n. 132. vbi ait, hodiè absquè electione, t ipso iure vacare priora Beneficia, & textibus iam citatis, &

ex cap. i. vbi Franc. not. 3. de eo, qui mittitur in poss. lib. 6. cap. Cum in cunctis 7. vbi gloss. & communiter Doctores, de electione. Clement. Gratiae, de rescript. P. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 13. quæs. r. Gutier. conf. 10. à n. 4. latè Garc. de Benefic. 11. p. cap. 5. à princ. & n. 100. cum seqq. Barbos. in dict. cap. 4. Concilij. num. fin. & locis vbi infra, Pyrrh. Corradus in prax. dispensation. Apostolicar. lib. 6. cap. 4. n. 3. & seqq. Francisc. Peña decis. 303. à n. 1. & 4. D. Villarroel en el Gouvern. Ecclesiast. 1. p. quæst. 1. artic. 14. n. 25. D. D. Didac. Anton. Frances de Vrrutigoit. in tract. de intrusion. q. 46. à princ.

4 Assecutionem autem secundi Beneficij intellige per pacificam & ipsius possessio-
nem, non aliter, ut ex dict. cap. Cum in cun-
ctis 7. §. Cum vero, vbi Abb. ex Dec. nu. 5.
iuncto cap. Licet Episcopus 28. de Præbend.
in 6. cum alijs docent Oldrad. conf. 14. Ro-
man. conf. 335. n. 1. & conf. 341. n. 17. Na-
uarr. conf. 18. num. 3. de Præbend. Rot. decis.
61. in nou. optima gloss. in Clement. 1. vt lit.
pendent. d. verb. Collatio, vbi Cardin. n. 18.
Imol. num. 19. in fin. Bonifac. Vitalin. nu.
73. Bernard. Diaz in prax. cap. 48. vbi Sal-
ced. in not. Lambert. de iur. Patronat. lib.
2. part. 1. quæs. 6. art. 16. Flamin. Paris. de
resignat. Benefic. lib. 3. quæs. 1. n. 129. Car-
dinal. Seraphin. decis. 483. num. 5. & decis.
953. P. Azor. vbi proxime, q. 9. Gratian.
discept. forens. cap. 296. à n. 1. D. Solorzan.
de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 13. nu. 78. Flo-
res Diaz de Mena variar. lib. 1. quæs. 13. à
n. 1. Gonçalez d. gloss. 15. §. 2. num. 9. vbi
explicat, quæ dixerat h. co supr. citato, n. 9.
& seqq. & n. 42. in eadem gloss. 5. in princ.
& gloss. 14. n. 78. Ricc. in prax. for. Eccles.
decis. 393. nu. 12. vbi deciſum per Sacram
Conciliij Trident. Congregationem aduer-
tit Thom. Zerol. in prax. Episcopor. verbo
Vacatio, §. 1. Mauric. Alced. in simil. prax.
Episcop. 1. p. cap. 3. num. 91. Andr. Vallens.
dict. lib. 3. tit. 2. nu. 5. Garc. d. cap. 5. n. 84.
in tertia, & sexta declarationibus, ibi rela-
tis, & n. 114. & fin. Armendariz in addit.
ad Recopil. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 7. de
pluralitat. Benefic. nu. 14. & seqq. Francisc.
Marc. decis. 1120. in fin. p. 1. Matth. Burat.
decis. 19. à n. 3. vbi Ferentill. n. 18. ita deciſum
refert Peña decis. 61. à num. 3. & decis.
204. n. 8. & decis. 308. à n. 1. Barbos. de of-
fici. & potest. Episc. 3. p. alleg. 62. n. 3. & 28.
& alleg. 72. n. 13. & in dict. cap. 4. num. 3.
& 4. & in dict. cap. 17. eiusdem Concilij.
num. 9. 31. & 53. & in dict. cap. de multa.
28. n. 6. & seqq. Petr. Franc. Tondut. resolut.

Benefic. 1. p. cap. 27. n. 43. & 47. & cap. 47.
n. 27. & 2. p. cap. fin. §. fin. n. antepen. Rot.
Rom. apud eundem post tract. de pensionib. de-
cis. 7. D. Fermos. de Sed. vacan. tract. 1. q. 2.
num. 20.

Quod accipiendum, & intelligendum
est, quandò vtrumque Beneficium persona-
lem requirit residentiam; eo namquæ casu
verè, & propriè dicuntur incompatibili-
tia, & se invicem excludentia Beneficia, Ber-
nard. Diaz d. cap. 48. vbi Salced. Lap. alleg.
116. à n. 2. vbi Mandos. lit. B. & alleg. 117.
Feder. de Sen. conf. 120. & conf. 135. Cassa-
dor. dict. decis. 1. de constitut. Verall. decis.
294. à n. 1. lib. 2. P. Paul. Comitol. respons.
Moral. lib. 1. q. 73. Franc. Marc. decis. 1161.
à n. 1. p. 1. Camill. Borrell. in Summ. decision.
tit. 21. n. 11. & 83. Alphons. Hojed. de in-
compatibil. Benefic. 1. part. cap. 13. à n. 13.
& cap. 17. nu. 35. Perez de Lara de Anni-
uersar. & Capellan. lib. 2. cap. 7. num. 15.
Garc. dict. cap. 5. num. 84. Ricc. dict. num. 12.
& in decis. C. r. Archiepiscop. Neapol. 226.
n. 7. p. 4. Barbos. in d. cap. 4. Concilij. n. 2.

Vt duobus accidit & Canonicatibus, qui
simil non possunt concurrere, cùm unus
alium excludat, Garc. d. n. 84. & num. 381.
Ricc. d. decis. 393. per tot. Barbos. in d. cap.
17. n. 20. & d. alleg. 62. n. 28. Lara d. n. 15.
Clement. Merlin. decis. 6. nu. 8. Burat. d. de-
cis. 19. n. 2. Sic & similitè Parochialis re-
gularitè Canonicatum expellit, Ricc. de-
cis. 240. d. 4. part. Ioann. Baptist. Thor. in-
compend. decisionum Curiæ Archiepiscopalnis
Neapol. p. 2. verb. Parochialis, in 3. p. com-
pend. decis. sect. 2.

Immò per ipsam alterius incompati-
bilis Beneficij obtentionem, primo & om-
ninò renuntiasse creditur, gloss. in Clement.
gratios. verb. Renuntiare, de rescript. vbi
Imol. n. 13. Innoc. in cap. In noſtra, n. 2. eod.
tit. in Decretal. Burat. decis. 499. nu. 1. vbi
ita bis fuisse deciſum per Rotam, affirmat,
Gratian. decis. 155. n. 20. Limita & tamèn, ni-
fi duo incompatibilia Beneficia obtinean-
tur, vnum in coadiutoriam, & aliud in titu-
lum, iuxta tradita à Gonçalez vbi supra,
gloss. 5. §. 9. à n. 94. Garc. de Benefic. 4. p. cap.
5. à n. 123. Mich. Ant. Frances de Vrrutig.
de Eccles. Cathedral. cap. 32. n. 116.

Vel si Sanctissimi accidit dispensatio, qui
solus potest super pluralitate Dignitatum,
Canonicatuū, & aliorum incompatibilium
Beneficiorum dispensare, quovsque & ce-
dat, vel decebat dispensatus, cap. Dudam
54. §. Nos igitur, de Præb. gloss. in cap. Quia
in tantum 5. eod. tit. & in dict. cap. de multa.
verb. Per Sedem, & in cap. 1. de consuetud. in

6. verb. Absque dispensatione, & in cap. Ordinarij, de offic. Ordinar. verb. Sui Beneficij, eod. lib. & in cap. Non potest, verb. Apostolicæ Sedis, de Præb. eod. lib. Felin. in cap. Et si Clerici, §. Adulterijs, de Iudic. n. 5. Ioan. An dr. in cap. Literas, de concess. Præbend. Cassador. decis. 3. de constitut. Put. decis. 430. n. 1. Lambertin. de iur. Patronat. d. 1. p. lib. 2. art. 15. quæst. 7. Capra d. regul. 90. à num. 44. & 143. Dueñas dicit. regul. 71. num. 2. Hojed. d. 1. p. cap. 71. num. 29. & 2. p. cap. fin. n. 50. P. Sanch. late Consilior. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 2. & dub. 6. per tot. Vallens. de Benefic. d. lib. 3. tit. 9. n. 3. Lara, & Gratian. vbi suprà Ricc. d. decis. 393. numer. 5. & seqq. Gonçalez dicit. gloss. 15. §. 2. num. 92. cum multis D. Valenç. conf. 51. num. 39.

Eoque in casu sat erit, ità dispensatum, & prouisum in digniori + residere Dignitate, & onera alterius Ecclesiae per alium adimplere, cap. Extirpande 30. §. Qui verò, de Præbent. vt notant Geminian. in cap. Non potest, §. Illud, num. 11. Franc. num. 5. de Præb. in 6. Abb. in d. §. Qui verò, nu. 5. Imol. n. 8. Rebuff. in prax. Benef. tit. de dispensar. de non residend. nu. 28. Lancell. Conrad. in Templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 3. nu. 9. Ciem. Merl. decis. 122. n. 3. vbi ità in Rota mana decisum tradit, & decis. 354. nu. 17. Ferdinand. Brancia apud Donat. Anton. de Marinis allegat. 51. num. 12. D. Roderic. de Mandiaa & Parga en el memor. sobre que por su Dignidad de Maestre-Escuela de Salamanca no debe acompañar con otros canonigos à los Comissarios de la Ciudad, que van con Legacias, num. 37. cum alijs Barbos. in dict. cap. 17. Concilij, n. 29. vbi etià ait, ità fuisse decisum, & in cap. Ex parte 6. nu. 15. & 17. de offic. Vicar. cum Garc. de Benefic. 3. p. cap. 2. n. 179. in declarat. 12. docet, habentem Canoniciatum, & independenter + ab illo, & accessoriè Parochiale non teneri in Parochiali residere, sed tantum in Canoniciatu, & ità Sacram Congregationem declarasse apud Garc. vbi proximè, & in casu prædicto, Parochialis ità vnta concursu + non confertur. Barbos. de iur. Ecclesiast. vniuers. lib. 3. cap. 16. à num. 16. Gonçalez vbi suprà. gloss. 5. §. 7. num. 13. Garc. vbi suprà. 9. part. cap. 2. num. 193. idem Barbos. in summ. decis. Apostol. collect. 340. num. 9. & de Paroch. cap. 2. à num. 18. & 152. in fin. Mich. Anton. Frances de Vrrutigoit. de Eccl. Cathedral. cap. 8. num. 94.

Sic habens plura Beneficia, in celebrando, & recitando, dignius tenetur + sequi, ex Diu. Thom. quodlibet. 1. art. 13. Molfes.

Tom. I.

1. p. tract. 5. cap. 2. num. 47. Martin. Bonac. de Horis Canonic. disp. 1. q. 3. punt. 1. nu. 9. cum alijs. Zachar. Pascalig. de Sacrific. nouæ Legis, quæst. 273. num. 5. P. Suar. libr. 4. de Horis. cap. 23. num. 6. Filiuc. trattat. 23. cap. 7. q. 1. n. 221. Q. atanadueñ. singular. tom. 1. tract. 8. singul. 7. à nu. 7. Vrrutigoit. d. cap. 8. n. 395. (nota obitèr, accedentem ad aliam Diocesim, vbi dimersum Breuiarium admittitur, non pesse + eo vti ad recitandum Horas Canonicas, nisi ibi perpetuò manere debeat. Martin. Benacin. de Hor. Canon. d. quæst. 3. punt. 1. à n. 7. Ioann. Egid. in Decalog. cap. 7. dub. 14. n. 4. Barthol. à Sanct. Faust. de Hor. Canon. lib. 2. q. 120. Scob. à Corr. eod. tract. q. 3. §. 1. num. 15.) Omne ergò suprà traditum A. apostolica operatur dispensatio, qua data, & supposta retinerilicet, quæ alijs + non poterant, 16. Speculat. titul. de dispensat. in princip. Ollodrad. consil. 327. à numer. 1. facit gloss. in cap. Ventum est, verb. Non possum 1. quæst. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. gloss. vni- ca. num. 59. Matth. Burat. dicit. decis. 19. nu- mer. 8.

Eodem modo ex Apostolica dispensatione plures possunt ab eodem Episcopo obtineri Episcopatus; sicut + plures Episcopi in vna Ecclesia, cap. Relato 5. cap. Illud 6. 21. q. 1. Mandol. in rubr. de dispensat. ad plura Beneficia, Sot. de iust. & iur. lib. 3. q. 6. art. 3. Hojed. de incompatibilit. Benefic. 2. part. cap. 1. cum seqq. Barbos. in Collectan. ad Sanctiss. Concil. Trident. sess. 7. de refor- mat. cap. 2. à num. 1. plenè Don Philipp. de Moncada, in Matritensi Curia celebratiss. Advocatus, qui in ætatis flore, mundi pom- pa abiecta, in Capuccinorum Religione sancte obiit, in doctiss. iuris allegat. por la Ciudad de Truxillo, con D. Alonso Messia de Prado, y la Villa de Villanueva, sobre el terri- torio, y jurisdicion, à n. 170. Mich. Moez de Iturbide in cap. Consuetudinem 1. de consuet. in 6. num. 5. & 21. Mich. Anton. Franc. de Vrrutig. vbi suprà. cap. 6. n. 107. & à n. 181. vbi latè D. Crespicio servat. 15. numer. 100. Monet. de commun. Ultimar. voluntat. cap. 12. à num. 39. & 66. cum seqq. vbi addit. Pa- patum + supprimi non posse, cum sit de iu- re Diuino. 18.

Si verò due fuerint Ecclesiæ vnitæ ex A- postolica ordinatione, eis restè vnu Epis- copus absq; noua dispensatione assignatur; cum ambæ pro vna omnino + reputentur, ex cap. Et tēporis qualitas 16. q. 1. notant An- charran. in cap. 1. n. è Sede vacante. Caccia- lup. in tract. de Unionib. cap. 2. Gratian. dis- cept. forens. cap. 655. Gonçalez vbi suprà. 19.

S 3. gloss.

gloss. 5. §. 7. num. 21. Virutigoit. dict. cap. 8. à num. 122. & à num. 391. vbi, quèd pef-
20 sit vna t Ecclesia duos Episcopos, vnum
principalem, & alterum coadiutorem eodē
tempore habere, ex cap. non autem 7. q. 1.

Si aliquis ex dispensatione Pontificia in
vna Ecclesia duas habet Præbendas, vbi
cuilibet ius vocis, & distributionum, per se
21 competit, habebit nē duplēm vocem, t
& distributionem? Vide Ioann. Andr. Card.
Abbat. n. 6. Felin. num. 2. in cap. Cismolim, in
princ. de re iudic. D. Couarr. lib. 3. cap. 13.
n. 6. Hojed. de incompat. Benef. 1. p. cap. 12. à
n. 15. Reynof. cum alijs, obseruat. 27. n. 17.
Itēm. an, & quandò duas militias, officia, &
munera quis obtinere valeat, & duplēi sa-
lario frui, vide l. Ijs quidēm 5. C. Qui mili-
tar. poss. & l. fin. C. de cohorte alib. lib. 12. Are-
tin. in cap. 3. de probat. Plat. in l. 3. C. de Dign-
itatib. eod. lib. Reuerter. decis. 308. vbi Ma-
rin. & lib. 1. resolut. iur. cap. 312. San. Felic.
decis. 328. Galeot. in differt. post primum
resp. Fisc. à n. 71. Camill. de Curte de feud.
2. p. cap. 1. à n. 156. Ioann. Baptist. Thor.
in compend. 1. p. verb. Salarium duplex, & in
supplement. eod. verbo.

Episcopus autēm, aut alijs Prælatus, su-
pēr ea Beneficiorum incompatibilitate, vel
22 pluralitate non valeat dispensare; cūm t non
possit Generalis Concilij per se derogare
constitutioni, secundūm text. in cap. Cūm in-
ferior 16. de maiorit. & obed. & gloss. in cap.
Dilectus 19. de Præbend. verb. Cūm se facul-
tas obtulerit, gloss. in d. cap. de multa, verb.
Per sedem, & in cap. 1. verb. Absque dispen-
satione, de consuetud. lib. 6. & alias suprà re-
latas D. Couarr. de sponsalib. 1. part. cap. 6.
§. 10. n. 11. P. Suarez de legib. lib. 6. cap. 15.
à n. 6. Rebuff. in prax. Benef. tit. de dispens. ad
plura Benefic. num. 29. Marth. de iurisdict. 2.
part. cap. 38. num. 18. Ricc. decis. 105. part. 4.
Francisc. Monald. conf. 73. à num. 8. lib. 1.
Cancer. 3. part. variar. cap. 3. nu. 338. Ro-
bit. in Pragmat. 1. de Guidatico, nu. 55. Ca-
piblanc. de Baronib. cap. 31. num. 13. Farin.
decis. 310. à num. 1. part. 2. recentior. Ioann.
Griuell. decis. Dolan. 89. n. 17. & seq. Quinta-
nadueñ. tom. 1. singular. tractat. 6. singu-
lar. 13. num. 3. Garc. de Benefic. 11. part. cap.
5. à num. 337. Ioann. Baptist. Thor. in com-
pend. decisionum Curiæ Archiepisc. Neapol.
2. part. verb. Episcopus, in 3. part. compend.
seit. 2. Barbos. dict. allegat. 62. numer. 18.
P. Dian. 9. part. Moral. tractat. 6. miscell.
resolut. 40. & 10. part. tractat. 14. resolut.
3. versic. Quero etiam, Vrrutigoit. vbi
suprà, cap. 34. num. 61. Marianus de Iu-
liano ad Ritus Regn. Siciliæ, cap. 149. q.

17. in fin. apud Marcellum Conuersanum,
Simon Barbos. in repertor. verb. Episcopus
non potest, pag. 129. in fin. nouiss. Libellus,
cui titulus est, Escudo de Estado, y Justicia
contra las pretensiones de la Reyna de Fran-
cia, artic. 5. versic. El orden del mundo, pag.
124. An autēm, data urgente t necessi-
tate valeat Episcopus dispensare? Affir-
mant Hostiens. & Abb. in dict. cap. Demul-
ta, Ioann. Selva de Benefic. 4. part. quæf. 7.
num. 29. Rebuff. d. tit. de dispens. ad plura
Beneficia, n. 30. Contrarium tamē t. cmu 24
multis tenet Andr. Valens. de Benefic. lib. 3.
tit. 9. num. 3. in fin.

Quare hodiè ex Sacrosancti Tridentini
Concilij præscripto, in dict. cap. 4. (per-
quod t aucta, & extensa est dict. cap. de mul-
ta 28. de Præbend. decisio, vt ex Sacrae Con-
gregationis declaratione docet Gonçalez
vbi suprà. gloss. 15. in princ. num. 17. & 19.
Quamvis anteā dubitauerit Rota decis. 483.
à n. 4. & decis. 484. nu. 4. part. 1. diuerjor.
iunctis Nauarr. conf. 10. à num. 1. & confit.
24. & 25. de Præbend. Parif. de resignat. Be-
neficior. lib. 3. quæf. 1. à num. 132. Hojed.
d. 1. p. cap. 16. in princ. & cap. 17. num. 39.
cū seq.) omnia Beneficia Curata, Dignitates,
& simplicia personale requirentia resi-
dentiam, vt sunt Canonicatus, Portiones in
Cathedralibus, & Collegiatis, & alia que-
cumque, etiā Capellaniæ, quæ ex funda-
tione, vel consuetudine residentiam petunt,
semper, & vbiq; per secundi obtentionem
t ipso iure vacare primum, vt cum quatuor 26
Rota decisionibus firmat, & docet Gonçal.
vbi proximè à num. 15. alias Sacré Congre-
gationis Concilij iuxta d. cap. 4. & d. cap.
17. retulit Matth. Burat. decis. 473. num. 2.
Barbos. d. 3. p. de offic. & potest. Episc. alleg.
57. n. 201. optimè D. Salg. de Reg. protect. 3.
p. cap. 7. à n. 78. & à n. 4. agit, an primum
Beneficium ipso iure per secundi incompati-
bilis assecutionem vacans, conferri pos-
sit, & eius possessio tradi, non t vocato, aut
citato primo possessore secundūm Benefi-
ciū obtinente? Et rectè componit DD. va-
riè in materia loquentes, de quo etiā tra-
ctat Cardin. conf. 132. n. 7. Hojed. d. 1. p. cap.
4. à n. 6. & cap. 13. n. 59. Flores Diaz de Me-
na variar. lib. 1. q. 13. n. 26. D. Vrrutigoit. de
intrus. q. 80. n. 3. & 10. q. 82. n. 2. & q.
79. à n. 5. & q. 87. n. 17. Vbi etiam agit, an
presentatio à Patrono possessore t non vo-
cato, dari possit, de quo Rota in antiqu. decis.
9. de iur. Patron. Roman. conf. 375. in fin.
Parif. conf. 47. n. 3. lib. 4. Paul. Christin. de-
cis. 131. n. 6. vol. 4. quos observa ad cap. Li-
cet Episcopus 28. de Præbend. in 6.

Hinc aliud nota, incompatibilitatem ex Sacro Tridentino Concilio traditam, semper obstat duorum, pluriumve Beneficiorum incompatibilium retentioni, non vero illorum + acquisitioni; bene enim potest Beneficiatus secundum Beneficium acquirere, Hieron. Gabr. consil. 193. à num. 6. vol. 1. Cardinal. Seraphin. decis. 774. numer. 2. vbi pluriēs per Rotam, & etiā per Sacram Tridentini Congregationem decisum affirmat Clemen. Merlin. decis. 6. num. 9. & decis. 46. num. 19. & decis. 122. num. 4. & decis. 354. à num. 17. Garc. dict. 11. part. cap. 5. à num. 270. Buratus decis. 102. à num. 1. & decis. 248. num. 3. Rota Romana decis. 601. num. 5. part. 4. & decis. 337. num. 10. 8. part. recent. & apud Tondut. post tract. de pensionib. decis. 7. num. 8. & decis. 49. num. penult. & decis. 83. num. 4. Ioan. Francisc. Ferentill. ad Burat. decis. 19. num. 18.

Secundūm quæ est de iure + nostro tex-
tus in Regia Schedula generali Patronat. Re-
gis 1. Iunij 1574. §. penult. pag. 86. tom. 1.
impress. ibi: r queremos, y es nuestra voluntad,
que ninguna persona en las Provincias de las
Indias pueda tener, ni obtener, ni ocupar dos
Dignidades, o Beneficios, o oficios Ecclesiasticos
en una Iglesia, ni en diferentes; y por
tanto mandamos, que si alguno fuere con nues-
tra presentacion para qualquiera Dignidad,
Beneficio, o oficio, antes que se haga la col-
lacion, y prouision, renuncie + el que antes tu-
uiere, & Reg. Sched. 19. Septembri 1580.
pag. 105. eod. illic: r porque nuestra voluntad
es, que de aqui adelante se escusen, y sepaís
lo que en semejantes casos se ha de hazer, esta-
reis aduertido, que ningun proueido no pueda
tener mas de una Dignidad, o Beneficio; y
assi ordenareis (Archiepiscopo loquitur) que
el que tuviere Prebenda, o Canongia la sirua,
sin poder tener otra cosa, sino fuere queriendola
dejar + por seruir alguno de los dichos Bene-
ficios, y en el tal caso gozara del, en que fuere
proueido solamente, sin llevar cosa alguna de
la dicha Prebenda, y esta orden hareis se guar-
de precisamente. Id ipsum antiquiori tempo-
re prouisum inuenio, in Regia Schedula 13.
Nonembris 1537. pag. 103. eod. Por ende (ait)
yo vos encargo, y mando os informes de los Cle-
rigos que tienen semejantes Capellanias, y
Beneficios, y los compelais a que elijan + lo
uno, o lo otro, de tal manera, que solamente ten-
gan aquello que pueden seruir. &c. leg. 4. tit.
9. lib. 1. sum. leg. 21. tit. 4. eod.

Ergo a die pacificæ possessionis secundi
Beneficii incompatibilis, utriusque retentio
duorum mensum spatio + permissa est (licet
Flores de Mena perperam dict. quæs. 13. nu-

mer. 2. dicar, illico teneri primum Benefi-
cium dimittere, assequentem secundum; nisi
pro illo + illico prædictum intelligat tem-
pus); Cassador. decis. 9. numer. 2. deicau-
posse. & propriet. Gabriel. dict. consil. 193.
num. 8. Mascard. dict. conclus. i 83. num. 47.
Farinac. decis. 657. num. 1. part. 2. recent.
Garcia dict. 11. part. cap. 5. num. 55. & à nu-
mer. 100. Burat. decis. 175. num. 9. Andra
Vallenf. dict. lib. 3. tit. 2. num. 5. & à num.
1. Sim. Barbos. in repertor. verbo Beneficium
primum, pag. 33. Augustin. Barbos. dict. al-
legat. 57. num. 201. Tondut. Benefic. resolut.
1. part. cap. 27. num. 44. & 2. part. cap. fin.
§. fin. num. antepen. & 3. part. cap. 183.
num. 8. vbi ex Loueto in recollection. arrest.
lit. G. num. 5. in fine, & ibi addit; asserens, in
Gallia primum Beneficium + incompatibile
post annum vacare, Rota Romana apud eum
dem post tractat. de pension. decis. 7. num. 7.
Clemen. Merlin. dict. decis. 6. num. 10. &
11. vbi ait, quod omnino + tenetur primum
Beneficium dimittere post illud duorum
mensum tempus, Cassador. decis. 1. de consti-
tut. Lap. dict. alleg. 116. num. 3. Cardinal.
Mantic. decis. 356. num. 4. Tondut. dict. §.
fin. num. fin. & eo elapo, a dictæ posses-
sionis principio, primum + vacare creditur,
Cassad. & Mascard. vbi proximè, Garc. dict.
cap. 5. à num. 51. & num. 114. Burat. decis.
102. num. 2. & decis. 121. num. 2. & decis.
175. num. 15. Ferentill. in not. ad eundem
decis. 19. num. fin. Vallenf. dict. tit. 2. num.
6. & 12. vbi, quod controversia mota super
Beneficio intra duos menses præfatos, ces-
sat primi Beneficij + vacatio, & num. 10.
addit requiri etiam, vt pacificam posses-
sionem habens, percipiat fructus omnes, vel
illorum + maiorem partem, ideoque si alte-
ri sint reseruati fructus ad certum tempus,
non amittere + interim primum Beneficium,
qui a esset sine effectu possessio, cap. Si tibi
concessio 26. de Præbend. in 6. vbi gloss. Abb.
& DD. & in dict. cap. De multa, & in dict.
cap. Cum incunctis, §. 1. Corras. 1. part. cap.
10. num. 8.

Non tamè fructus medijs temporis pri-
mi Beneficij secundum assequens lucrabitur,
aut illos, absque poena poterit + colligere;
nisi id faciat, vt seruentur, & ne pereant;
Geminian. consil. 106. num. 10. Burat. decis.
233. num. 13. addit, quæ tradidi de transla-
to ad aliam Ecclesiam, supra cap. 24. num.
20. cum seqq.

Si autem utraque Beneficia simul reti-
nere, & obtinere aliquis presumperit, utro-
que secundum ultimum + tempus, dict. cap.
De multa, & Sancti Tridentini Conciliij, pri-
ua.

uabitur, ut relati superius, & tempora distinguentes notant, per verba predicti Concilij, dict. cap. 4. ibi: *Quicumque de cetero plura Curata, aut alijs incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, siue per viam unionis ad vitam, seu commendae perpetuae, aut alio quocumque nomine, & titulo contra Sacrorum Canonum decreta, & nominatum contra constitutionem Innocentij III. in cap. De multa de Præbend. recipere, ac simul retinere præsumserit, Beneficijs ipsis iuxta illius constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam eiusdem Conciliaris constitutionis rigore priuatus existat,* leg. 3. tit. 16. part. 1. vers. Otroſi el que ouiesſe, Bernard. Diaz in prax. crimin. cap. 58. verbo *Beneficiaplura vbi Salced.* Valer. Reginald. in prax. for. pænitentiar. lib. 30. tractat. 3. num. 309. Garc. dict. 11. part. cap. 5. num. 7. & 76. cum seqq. Ioan. Gutierrez. consil. 10. à num. 4. Barboſ. in cap. Eum, qui 18. de præbend. in 6. num. 3. Velasc. de priuileg. paup. 1. part. quæſ. 12. num. 30. Tondut. de pensionib. cap. 52. num. 5. D. Vrrutigoit. de Intrusion. quæſt. 117. num. 2.

Et licet Joseph. Mascard. dict. conclusion. 183. à num. 15. cum Egid. Cremon. in cap. *Quod ob gratiam, de regul. iur. in 6.* Hostiens. in summ. de translat. Episcop. numer. 6. Calderin. consil. 10. deſentent. & reindicat. & alijs doceat priora promoti Be-
44 neficia statim rite posse & conferri, quamuis secundi Beneficij adhuc non fuerit pofſionem assecutus promotus, id tamen intellige secundum distinctionem, quam poſtea, num. 33. facit, & nos retulimus, cap. 24. num. 33.

Itèm secundum Romanæ Curiæ stylum, quem similitè tradidimus dict. cap. 24. numer. 26. dummodò etiam adſit, & concurrat præstitus translati translationi conſensus, vt diximus ibidem, num. 1. per quem ad eum finem, primum Beneficium vacare creditur; nempe, & vt alij possit conferri, vt bene probare videntur glossæ in cap. Post electionem 7. verbo Confirmationem, de concess. Præbend. & in cap. Licet Episcopus 28. verbo Non vocato, de Præbend. in 6. vbi etiam, 45 quòd collatio poſſit fieri non & vocato primo poſſessor, Cardin. in Clement. 1. vt lit. pend. num. 20. in fin. Calderin. consil. 1. de translat. Episcop. Dec. in cap. Cùm incunctis 7. S. Cùm verò, num. 5. de election. Abb. consil. 101. num. 2. lib. 2. Mascard. vbi suprà, num. 17. Gratian. dict. cap. 296. num. 2. Gonçal. dict. gloss. 15. §. 1. à num. 39. P. Sanchez in Dec. log. lib. 2. cap. 26. à num. 7. & 12. Barboſ. in dict. cap. Licet Episcopus, num. 8. D. Vrrutigoit. de intrus. quæſt. 79. à num.

5. & ſi fiat à Papa prouisio statim videtur collatum Beneficium; cum Papæ t electio vim confirmationis obtineat, Alexand. Spe-
rell. decif. 173. num. 77. Iul. Lauor. Variar. lucubration. tit. 4. cap. 25. ſub num. 18. &
20.

Hinc cauendum t est à Flamin. Paris. de resign. Beneficior. lib. 7. quæſt. 23. à num. 46. docente, Beneficij ab Episcopatu inferio-
ris ceſſare vacationem per ſolam ipſius pro-
uisionem, antequam eius fit capta poſſeſſio; dummodò tamē ſint literæ neceſſarie ex-
pedite, ſecundum Rotæ decisionem, quæ eſt
182. num. 3. part. 2. diuersor.

Quoniām licet verum fit, ita per Rotam uiffe decisum; recessum & tamē ſuit poſt modūm ab ea ſententia, & resolutione in ea-
dem cauſa per ipsam met Rotam (en grado
de reniſta) ut notarunt Francisc. Pauin. de
offic. & potestat. capitul. Sede vacante. præ-
l. 1. 7. num. 14. Gratian. diſceprat. forens. cap.
127. num. 48. Quarant. in ſumma Bullar.
verbo Capitulum Sede vacante, num. 13. &
eſt ſecundum mentem Hostiens. vbi ſuprà,
num. 6. Gonçal. dict. gloss. 15. in princ. num.
49. & §. 2. à num. 87.

Vel etiam poterit & intelligi Parisius, quòd
ceſſet vacatio per prouisionem quoad Pa-
pam, vel alium conferentem; nàm quotiēs
Summus Pontifex, vel alius facultatem ad
id habens à Sancta Sede, abſenti Eccleſiam
confert, quoad ipſum conferentem, dicitur
non vacare ea Eccleſia; verè enim dici po-
teſt, quòd ſit Eccleſiae de Beneficiato prouisum,
ſed ſolū quoad hunc prouisum, donèc
ipſius poſſionem assequatur; ideoque
quoad diuersos t dicitur vacare, Paul. & mil.
Verall. decif. 291. lib. 1. Borrell. in ſumma de-
cifionum, tit. 21. num. 24.

Et ex dictis proximè etiam obſerua. Su-
premis Tribunalibus, vt Rotæ, & alijs simi-
libus permiffum ſempè, & datum videri, vt
exeſdem & actis ſuam poſſint mutare, &
reformare ſententiam, vt notarunt Ludo-
uic. Gomez ad Regul. Cancellar. regul. de
triennal. poſſeff. quæſtion. 5. vbi mirabiliter
de hoc in terminis Rotæ Romanæ loquitur,
Gratian. etiam, dict. cap. 127. num. 49.
Menoch. consil. 59. D. Larrea decif. Grana-
tens. 47. num. 52. Cephal. consil. 310. Boer.
decif. 69. num. 22. Ioan. Petr. Fontanell. de-
cif. 573. num. 21. Petr. Silua in Prætorio com-
petentiar. à num. 12. facit optimus textus
apud Iuſtinian. Imperator. in Authent. de
nupt. §. Nos autem ibi:

Nos autem & in conſtitutionum compo-
ſitione multa quidem, & alia de iſtis decreuimus,
quæ exiſtimauimus oportere; nunc conſilijs
per-

perfectioribus causam considerantes, etiam quædam corrigerem, non aliorum solummodo, sed etiam quæ nobis ipsis sancta sunt; non enim erubescimus, siquid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, ad inueniamus, hoc sanctire, & competentem prioribus imponere correctionem; nec ab alijs expectare, corrigi legem. Authent. ut fratrum filij, §. Itaque iuste corrigentes, & §. Illud quoque, adde Papinianum in leg. Nonnunquam 8. in princ. ff. de collation. bonor. leg. Diui 17. ff. de iur. Patronat. cap. Apostolico 4. cum seqq. 35. quæst. 9. ex D. Ambros. lib. 3. de offic. cap. 12. cap. Unusquisque 8. in fin. & cap. Non semper 12. ex Concil. Toletan. 8. cap. 2. cap. Incommutabilis 9. 22. quæst. 4. Frat. Ioan. de la Puente in Conuen. Monach. lib. 3. cap. 6. §. 10. & Sacris literis relatis, Iudic. cap. 16. Ierem. cap. 26. Ionæ, cap. 3. Regum, lib. 4. cap. 20. D. D. Andr. de Riaño en el memorial, sobre la contribucion del Estado Eclesiastico en la sisra, à num. 255. Doctis. D. D. Mich. de Monfaucon in Supremo Rei Dominicae meritissimus Fisci Patronatus, primo in Aduocationis munere acclametissimus, in allegat. iur. per Iuan Estuan Doria, y Pablo Sauli con Don Joseph Strata, num. 188. vide optimum locum apud Illustris. mihiique amantissimum, omni recommendatione maiorem D. D. Pauum de Ribera, nunc Mexicanæ Ecclesiae Presulem doctissimum, ac prudentissimum, in appendic. Apolog. ad tractat. de probabilitat. Canonizationis Concept. Virginis Mariæ, à num. 344. vbi plura obseruat digna ex Diuo Augustino, & alijs, docet late D. Crespi obseruat. 22. à numer. 220. cum seqq. Magist. Marquez en el Gouernador Christiano, lib. 2. cap. 35. §. 2.



S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia, ad quam transfertur Episcopus, à quo tempore vacare desinat.
 - 2 Communi iure, per solam Papæ approbationem Ecclesiæ vacatio cessat.
 - 3 Ideò Ecclesia, Episcopum habens confirmatum, etiam sine possessione, non dicitur vacare, & numerio.
 - 4 Copinus, & Paponius afferentes, Episcopum electum posse Vicarium constituere antè possessionem, intelliguntur.
 - 5 Hodie quousquè in Capitulo exhibeantur

- Apostolicæ literæ, durat vacatio, & num. 11.
 6 Antequam hoc fiat, nequit Episcopus Beneficia conferre.
 7 Sufficit tamen ad hoc literarum Apostolicarum testimonium.
 8 Ergo Capituli, Sede vacante, durat iurisdictio, donec literæ exhibeantur, & admittantur, & num. 9. 10.
 12 Archiepiscopus factus Episcopus, & confirmatus perdit primam Dignitatem.
 13 Intellige quoad usum pallij; potest tamen titulo Archiepiscopi denominari.
 14 Beneficia promoti ad Episcopatum, vacant aucta Episcopatus possessione.
 15 Hoc ipsum procedit quoad pensiones.
 16 Communi iure non erat incompatibilis Episcopatus cum pensione.
 17 Hodie tamen datur incompatibilitas ex decretis Pontificijs.
 18 Verall. Gratian. & alij intelliguntur in hac materia, & num. 19.
 20 Beneficia promoti vacant lapsò tempore consecrationi preffixo.
 21 Si adhuc ea administret dicitur intrusus, & num. 31.
 22 Inhabilis fit adea, & si ipsa impetrata est nulla impetratio, & num. 23.
 24 Beneficia vacant promoti; si per eum sterterit quominus possessio acquiratur.
 25 Consecratio non est tempus ad possessionem praefixum.
 26 Tres menses assignantur ad consecrationem à die Pontificiae confirmationis.
 27 Post hos tenetur Prælatus ad fructuum restitutionem, si non consecratur, & num. 29.
 28 Si intra totidem menses id neglexerit, Episcopatu deponitur, & num. 30.
 32 Limita, nisi adsit legitimum impedimentum.
 33 Beneficia non vacant, si post tres menses datur Pontificia dispensatio.
 34 Quot Episcopi ad consecrationem requirantur.
 35 Tres de iure Divino requiri docent aliqui, & aliter factam esse inualidam, & numer. 4. 8. 51. 52. 54.
 36 Alij, non esse definitum, de fide requiri tres, & num. 50.
 37 Ideo Pontificis autoritate unum Episcopum posse alium consecrare, & numer. 55. 59.
 38 Apostoli constitueret, ut Episcopus a tribus consecraretur.
 39 Tapa ex causa potest in hoc dispensare,

- & num. 55. 59. licet contrarium, numer. 49.
- 40 Aliquando concessum, ut duo Episcopi, & alius in Dignitate Ecclesiastica constitutus, possent consecrare Episcopum.
- 41 In Indijs ex priuilegio, unus Episcopus cum duabus Dignitatibus potest consecrare, & num. 56. 57.
- 42 Bulla Apostolica ad literam, & qui de ea agunt, referuntur, & num. 43.
- 44 Sine literis Apostoliciis an valeat Episcopus consecrari?
- 45 Praeter Bullam Pij Papae IV. relatam solet alia Episcopis indulgeri.
- 46 Sacerdos simplex ex Papae commissione, an valeat Episcopum consecrare?
- 47 Verba quædam doctissimi D. Caramuelis referuntur.
- 53 Corepiscopus non est verus Episcopus.
- 58 Romæ declaratur, consecrationem ab Episcopo, & duobus assistentibus, post licentiam à Sanctissimo obtentam, & antè ipsius notitiam, esse validam, quoad Sacramentum, & impressionem characteris.



ARGUMENTVM.

Ecclæsia, ad quam transfertur Episcopus, à quo tempore desinat vacare? Promoti Beneficia quandò vacant? Quòd tempus Episcoporum consecrationi sit præfixum? Quot Episcopi ad eam celebrandam requirantur, & quid circà hoc obseruantur in Indijs?

CAP. XXVIII.

Proxima præcedenti videtur esse questio illa, quam hoc loco proponendam, & resoluendam duxi; quonam, scilicet à tempore vacare desinat secunda Ecclesia, ad quam transfertur Episcopus; seu quam nunc primùm ad eam nominatus, & presentatus adipiscitur; similiterque, quandò huius Beneficia quæ antè Episcopatum obtinebat, vacare dicantur?

Quoàd primam ergò partem breuitè respondendum puto, quòd licet verum sit, communiiure inspeccio, per solam Pontificis Maximi prouisionem, seu admissionem, Sedis Episcopalis cessare vacationem, promoto, seu confirmato acquiri iurisdictionem, eique licere Beneficia conferre, antè Episcopatus possessionem; accedente tamen translationi, seu approbationi promoti consensu, ex Abb. in cap. Transmis. 15. num. 3. de election. Felin. in cap. Né Dei, de Simon. num. 2. Oldrad. consil. 194. Cardinal. Tusc. liter. V. conclus. 4. num. 1. qui dicit, tamen vacare Ecclesiam habentem Episcopum Confirmatum, quamuis adhuc non sit possessionem adeptus, Ioan. Selua de Benefic. part. 3. quest. 40. Rota decis. 182. num. 3. part. 2. diuersor. Gratian. discessat. forens. cap. 127. à num. 45. Hieronym. Gonzalez ad Regul. Octau. cancellar. gloss. 15. §.

2. à num. 80. Ludou. Sarabia de iurisdictione adiunctior. quest. 17. num. fin. in fine iuxta, quæ intellige t̄ tradita à Rhenat. Coppin. de Sacra Politia, lib. 1. tit. 6. num. 10. & Paponio in decisionib. Franciæ, lib. 2. tit. 2. in appendic. arrest. vltim. dicentibus Episcopum electum, & prouisum, antè possessionem posse Vicarium constituere, & hunc omnia facere, quæ ad Vicarij officium pertinent, & ita iudicatum fuisse anno 1541.

Hodiè tamè illud iceslat, & quoysque Bullæ, seu literæ Apostolicæ t̄ expeditæ, & in Capitulo ostensæ, executionique mandatae sint, durat Sedis vacatio, secundum Extraag. iniunctæ, de election. inter commun. Rebuff. in prax. Benefic. tit. de Simon. in resignat. num. 11. P. Azor institut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 9. versic. Ceterum, Quarant. in Summ. Bullar. verbo Capitulum, Sede vacante, num. 13. Paris. deregnerat. Benefic. lib. 8. ques. 5. num. 33. Gonçalez vbi proxime, à num. 81. Ricc. in prax. for. Eccles. decis. 476. edit. 1. & in 2. edit. resolut. 500. Henriquez consil. 29. num. 4. Farinac. decis. 475. à num. 1. part. 1. in postum Thom. Auendaño, & D. Leo Pinell. in alleg. pro D. Episcop. Ocon, sobre la vacante del Cuzco, à num. 18. Barbos. de offic. & protestat. Episcop. 3. part. allegat. 54. num. 160. & seq. Ioan. Petr. Monet. de commut. vltim. voluntat. cap. 10. num. 401. Sarau. dict. quest. 17. num. fin. Andr. Vallens. de Benefic. lib.

lib. 1. tit. 9. num. 13. vbi consequenter docet, antè hoc Episcopum t Beneficia conferre non posse, D. D. Nicol. Fermos. de Sede vacant. tract. 1. quæst. 6. à num. 13. & 17. vbi, & num. 18. & 21. tenet literarum Apostolicarum t authenticum testimonium esse sufficiens, vt eo exhibito, recte valeat Capitulum nouo Prælato possessionem concedere; facit Breue Urbani Papæ VIII. anno 1625. cap. 24. num. 41. traditum in illis verbis: Ex testimonio, seu documento Secretarij, &c.

Vnde sequitur, hoc iure Capituli, Sede vacante, durare potestatem, t & iurisdictionem, donèc Prælatus novus sit Episcopatus possessionem adeptus; vt aduertunt Rebuff. vbi supra, & tit. de foro Vicar. num. 20. & alij iam relati, adde Pauin. de potestat. Capitul. Sede vacante, 2. part. quæst. 10. num. 19. D. Villarroel en el gouern. Ecclesiast. 1. part. quæst. 1. art. 14. à num. 16. & 30. D. Fermolin. dict. quæst. 6. nam. 27. cùm verè usquè ad id tempus Sedes dicatur t vacare, & pro vacante habeatur, Hostiens. in cap. Cùm olim 12. de restit. spoliator. Feulin. consil. 40. num. 4. Barthol. Gauant. in Manual. Episcop. verbo Capitulum Sede vacante, num. 23. & alij supra. Ex quo etiàm infertur, non sufficere, quòd t Ecclesia sit de Prælato prouisum, ac de eo à Papa facta confirmatio, Bonifac. Vitalin. in Clement. 1. de heretic. num. 176. sed requiri etiàm, quòd de sua promotione sint expeditæ, & præsentatæ Bullæ, vt cessare possit t vacatio, & novus Episcopus administrare, Vicarium, seu officialem constituere, &c. dict. extrauag. iniunctæ, Abb. in cap. Qualiter de election. not. 1. Vitalin. Quarant. amicus noster doctis. Carrillo in discurs. iuridic. en defensa de la consagracion del Señor Obispo del Paraguay, discurs. 3. num. 29. & alij vbi proxime.

Si autèm à Papa confirmatus Episcopus (vt in interim notes) primo erat Archiepiscopus, post confirmationem, t & confirmati consensum, priorem perdit Dignitatem, vt ex Bald. in leg. Cùm antè Cod. de nupt. notauit Ferdinand. Fornarius apud Donat. Anton. de Marinis allegat. 12. num. 3. ex sententia textus in leg. Maioribus 2. Cod. quemadmod. civil. muner. indicantur, lib. 10. intellige tamè quoàd usum Crucis, & Pallij; bene autèm poterit Archiepiscopali titulo t denominari, vt ex Sacra Rituum Congregationis declaratione 16. Octobris 1604. tenet Gauant. in Manual. Episcop. verbo Archiepiscopus in addit. num. 3.

Ad secundam verò partem supra pres-

positam, quandò nempè vacare dicantur Beneficia eius, quiad Episcopatum assumptus est; dico, tunc vacare, quandò Episcopatus fuerit quæsita possessio; adepta enim illius possessione t regulariter vacare prouisi Beneficia, docent iura, in cap. Cùm in cunctis 7. §. Cùm vero, vbi gloss. & communiter DD. de election. cap. Licet Episcopus 28. de Præbend. in 6. cap. Siqui Episcopi 6. 92. distinct. vbi gloss. & in cap. De multa 28. verbo Post receptionem, de Præbend. & Dignitat. vbi Abb. & in Clement. 1. vt lit. pend. num. 3. & in dict. §. Cùm vero, num. 3. Oldrad. consil. 14. Roman. consil. 335. num. 1. & consil. 341. num. 17. Cardinal. Seraphin. decis. 110. num. 1. Caputaq. decis. 401. num. 4. Paul. Emil. Verall. decis. 400. num. 1. lib. 2. Ioan. Cochier. ad regul. 24. Cancellar. num. 26. Emman. Rodrig. in summ. part. 2. cap. 10. in fin. D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 13. à num. 79. Camill. Borrell. in summa decisionum, tit. 21. a num. 33. Aloys. Riccius collectan. 866. in fin. & in prax. for. Eccles. resol. 434. Paris. de resignat. Benefic. lib. 5. quæst. 1. num. 26. Gratian. disceptat. for. resol. cap. 296. à num. 1. Mauric. Alced. in prax. Episcop. 1. part. cap. 3. à num. 91. Garc. de Benefic. 11. part. cap. 6. à num. 1. Iul. Labor. lucubrat. variar. tit. 4. de election. Canon. cap. 25. num. 19. Barbos. in dict. §. Cùm vero, num. 29. & in dict. cap. De multa, numer. 20. & de offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat. 57. a num. 67. P. Sanchez consiliator. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 30. num. 1. P. Dian. 12. part. Moral. tract. de consecrat. Episcop. resolut. 55. in fin. Andr. Vallens. vbi supra, lib. 2. tit. 23. num. 2. vers. Decimo quarto, & tit. 25. à num. 45. usque in finem tituli, Mandos. ad regul. 26. Cancellar. quæst. 4. num. 4. Ferentill. in not. ad Burat. decis. 464. à num. 11. Tondut. Benefic. resolut. 2. part. cap. 1. §. 4. num. 102. & vbi infra. Magister Lezan. consult. 32. num. 22. vbi ex Gig. de pensionib. quæst. 56. ex Garc. de Benefic. 1. part. cap. 5. à num. 110. idem t docet, quoàd pensiones, & consult. 50. num. 1. Tondut. de pensionib. cap. 73. à num. 1. 5. 6. & 10. Quod procedit etiàm respectu promoti ad Cardinalatum, Bull. Sixti V. quæ incip. Sanctissimus, pag. 632. tom. 2. Bul. lar.

Licet iuret communi, non esset cum Episcopatu pensionis incompatibilitas, secundum tradita à Loter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 9. hodie ex Decretis Summorum Pontificum, & stylo Romanae Curiæ t datur, Vgolin. de potestat. Episcop. cap. 1. §. 1. num. 3. vers. At quid de pensionibus Paris. de

de resignation. Benefic. lib. 3. quæst. 1. num. 8.
& 78. sicutque intelligendi, & accipiendi t.
¹⁸ *sunt Emil. Verall. decis. 213. num. 1. lib. 2.*
Gratian. disceptat. forens. cap. 286. num. 66.
& cap. 550. num. 3 2. Barbos. dict. allegat.
57. num. 71. Cardoso in præ. iudic. verbo
Pensio. num. 19. Ricciull. & alij apud Vrrutigoit.
de Eccles. Cathedralib. cap. 32. num. 16.
Sim. Barbos. in repertor. verbo Beneficia promoti, pag. 33. & verbo Pensio vacat. pag.
285. vbi alios citat.

Et quamvis Mathæus Buratus decis. 473.
num. 1. cum Gabriele, Caputaq. & alijs affir-
mare videatur, per promotionem, & af-
sumptionem Beneficiati ad Episcopatum,
¹⁹ *Beneficiorum induci vacationem; intellige*
tamèn, t eum loqui, & ipsius procedere di-
cum, secundùm ea, quæ dixerat, & funda-
uerat, in decis. 102. num. 1. iuncto Ferentillo
ad eundem, dict. decis. 464. lit. A; nempe,
vt id locum habeat post adeptam Episco-
patus possessionem.

Limita tamèn prædicta, nisi lapsus sit tempus consecrationi præfixum, & assignatum; eo namque casu, etiam sine Episcopatus possessione (cum pro possesso quoad hoc habeatur) priora t Beneficia vacare, docent ex dict. cap. Cùm in cunctis 7. §. Cùm vero, vbi gloss. verbo Tempore, & in Clement. 1. vt lit. pend. verbo Collatio. Innocent. in dict. §. Cùm vero, num. 4. Abb. num. 6. Ol- drad. vbi suprad. à num. 4. Achil. de Graff. decis. 1. de promoto. Cassidor. decis. 2. de con- stitus. Capra regul. 90. num. 33. Cochier. num. 26. Mandos. in ead. regul. 24. Cancel- lar. quæst. 4. num. 6. Anastas. Germon. de indul. Cardinal. §. Si vero ille, num. 24. Emil. Verall. dict. decis. 401. num. 3. lib. 2. Borrell. dict. tit. 21. num. 87. Flamin. Paris. deresignat. Benefic. lib. 6. quæst. 2. num. 121. ex extrauag. ad regimen, de Præbend. Burat. dict. decis. 473. num. 1. Gonçalez dict. gloss. a 15. num. 53. Barbos. in dict. §. Cùm vero, num. 29. ex Sancto Tridentino Concilio, sess. 7. cap. 9. & sess. 23. cap. 2. de reformat. Clem. Merlin. decis. 151. num. 7.

Si autem interim ea nihilominus admi-
²¹ nistraret promotus, verè dicitur t in illis Be-
 neficijs intrusus, Petr. Francisc. Tondut.
 resolut. Beneficial. dict. 2. part. cap. 1. §. 9.
 num. 38. & de pensionib. cap. 73. num. 2. &
 ex alijs DD. Didac. Anton. Frances de
 Vrrutigoit. in tractat. de Intrus. quæst. 3.
²² num. 13. ad eaque t hac ratione fit inhabi-
 lis, cap. Si compromissarius 37. de election. in
 6. & si ea impecrationi subijciantur, & de fa-
²³ esto illa impecraverit, nulla intrusionist men-
 tione facta, impecratio erit nulla, Felin.

in cap. Postulati de rescript. Rebuff. in re-
 gul. de subrogand. colligantib. part. 2.
 gloss. 4. num. 26. Ioan. Selu. de Benefic. 3.
 part. quæst. 11. Garc. eod. tractat. 11. part.
 cap. 10. à num. 224. Andr. Vallens. lib. 2. tit.
 24. num. fin.

Idem dicendum, si per promotum ste-
 terit, quominus Episcopatus sit posses-
 sionem consequens, cum hoc etiam t casu
 quoad Beneficiorum vacationem, pro pos-
 sessore sit habitus, dict. cap. Licet Episco-
 pus 28. de Præbend. in 6. ibi: *Vel per te ste-*
*terit, quominus haberes eamdem (posse-
 sionem) extrauag. execrabilis, §. Qui vero,*
*illic: Vel per eos omni dolo, & fraude cessanti-
 bus, quominus habeant possessionem, steterit,*
ead. tit. inter communes, Abb. in dict. §. Cum
vero Alphon. Hojed. de incompatibilit. Be-
neficior. 1. part. cap. 4. num. 15. vbi aliquas
Rotæ decisiones tradit. Gutierr. dict. consil.
10. à num. 2. cum seqq. Borrell. dict. tit. 21.
num. 35. Farinac. decis. 475. num. 14. & 17.
in fin. part. 1. recent. Garcia dict. 11. part.
cap. 5. num. 100. vbi latè, Vallens. vbi suprad.
lib. 3. tit. 2. à princ. Tondut. dict. 2. part. cap.
1. §. 6. num. 17. decisum refert. Ioan. Fran-
cisc. Ferentill. ad Burat. decis. 19. num. 18.
licet promoto iam t consecrato nullum sit
*præfinitum tempus ad possessionem adipis-
 cendam, vt docent Garc. vbi proximè, cap.*
6. num. 12. & D. Solorzan. dict. lib. 3. cap.
8. num. 37.

Si autem queras, quodnam sit t tempus
 ad consecrationem Episcopi obtainendam
 assignatum? Dico breuitè, esse trium mense-
 rum à Pontificia confirmationis die compu-
 tandum; postquos ad fructuum t restitutio-
 nem tenetur Prælatus, & si intrà totidem
 menses rursus eam consequi neglexerit, Epis-
 copatu t deponitur, cap. Quoniam 2. 75. 28.
 distinct. ibi: *Placuit Sanctæ Sinodo intra tres*
menses fieri ordinationes Episcoporum; nisi
fortè inexcusabilis necessitas coegerit tempus
ordinationis amplius protelari, cap. Quoniam
2. 100. distinct. Sanctum Tridentin. Consil.
sess. 7. cap. 9. & sess. 23. cap. 2. de reformat.
illic: Ecclesijs Cathedralibus, seu superioribus
quocumque nomine, ac titulo præfetti, etiam si
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si
munus consecrationis intra tres menses non
fusceperint, ad fructuum perceptorum resti-
tutionem t teneantur; si intrà totidem men-
ses postea id facere neglexerint, Ecclesijs ipso
iure t sint priuati, Vgolin. de potest. Epis-
cop. cap. 2. num. 2. Loter. de re Beneficiar.
lib. 3. quæst. 26. num. 53. P. Azor dict. 2. part.
institor. Moral. lib. 3. cap. 30. quæst. 1. P.
Sanchez consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 15.
num.

nam. 13. Pat. Dian. dict. 12. part. Moral. tractat. de consecrat. Episcop. resolut. 55. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 2. part. allegat. 1. à nun. 39. Petr. Francisc. Tondut. de pension. cap. 73. numer. 3. & 23. Dom. Frances de Virutigoit. de intrusione. quest. 3. num. 14. Vbi quod ter est intrusus post tempus datum priora Beneficia administrans.

32 Si vero legitimum ter concurrat impedimentum, cessat poena supra tradita, ut ex Chalcedonensi Concilio, Canon. 25. legitur in dict. cap. Quoniam 2. 75. distinct. Vgolin. de consecrat. Episcop. cap. 1. §. 2. Flamin. Paris. de resignat. Beneficior. libr. 11. quest. 13. numer. 11. Leyva in Examen Episcop. libr. 10. cap. 8. num. 4. & alij proximè traditi; Barbos. in dict. cap. 2. Concilij Tridentin. num. 3. Nota tamèn, quod si datur Pontificia dispensatio ultra tres menses, Beneficia ter alias vacantia, retinentur, Pat. Sanchez, cum multis, de marimon. lib. 8. disp. 1. num. 24. P. Dian. dict. resol. 55. circa fin.

Congruenter etiam hoc loco queri poterit; quot Episcopi ter ad novi electi consecrationem concurrere debeant? Sane hec questio satis dubia videtur; alioquin enim tenent ad Episcopi consecrationem tres Episcopos requiri de iure Diuino, adeoque ter consecrationem alter factam esse invalidam, ita ex cap. 1. cap. Comprouinciales, cap. penultim. 6. & distinction. cap. Porro 66. distinction. cap. Archiepiscopus, cap. Ne Episcopi 7. de temporibus ordinat. Pat. Azor. dict. 2. part. Institut. Moral. libr. 3. cap. 30. quest. 3. versic. Quaret item quispiam, Cardinal. Bellarmin. de not. Eccles. libr. 4. cap. 8. Pat. Sanchez dict. dul. 15. à numer. 26. cum multis relatis à doctissim. Episcopu Dom. Don Ioann. Caramuel. in tractat. de probabilitat. Epistol. 4. à numer. 145. Vbi tradit Pat. Laurent. Brancatum asserentem, non esse definitum ter de Fide, ad consecrationem Episcopi plures Episcopos requiri; verum, quia verba Dom. Caramuelis plura complectuntur, aliquaque de consecratione Episcopi Paraguaniensi. D. D. Bernardini de Cardenas, viri doctissimi, & sanctissimi, tetigit, referam ea infra.

Alij verius docent, authoritate Summi Pontificis fieri posse, ut unus ter tantum Episcopus valeat alterius consecrationem

Tom. I.

persicere; ex eo quod non Christus Dominus sed Apostoli constituta, vt Episcopus a tribus ter consecraretur Episcopis, ita Pat. Azor. Vbi proxime Aegid. Coninch. tom. 2. disput. 20. dub. 9. concl. 5. Paul. Laym. in Theolog. Moral. lib. 5. tractat. 9. cap. 5. num. 1. versic. Nota, Sebastian. Cæs. de Ecclesiast. Hierarch. 1. part. disputat. 6. §. 2. num. 8. vbi ait, ex causa, in hoc ter Papam seppe dispensasse, vt fecit Gregorius I. in Anglia; Gregor. XIII. cum Patriarcha Aetopie; Ioann. Selu. in select. Canon. cap. 2. num. 10. vbi attestatur, fuisse ter concessum per Sacram Rituum Congregationem 2. Octobris 1601. electo Usseleñt. in Sardinia (Patria nostra) ve posset consecrari Episcopus, a duabus Episcopis, & alio in Dignitate Ecclesiastica constituto, Barbos. in dict. cap. 2. num. fin. Leandr. de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disput. 6. quest. 4. Martinon. eod. tractat. tom. 2. disput. 67. sect. 2. num. 21. cum alijs. P. Dian. dict. 12. p. Moral. tract. de consecrat. Episcop. resolut. 31. & passim. D. Episcop. D. Francisc. Araujo in suis decision. Moralib. tractat. de stat. Ecclesiast. tractat. 3. quest. 21. diffis. 1. & 2. latè doctiss. Don Alphons. Carrillo. Matritensis Advocatus, amicus meus, in discurs. iuridic. en defensa de la consagracion del señor Obispo del Paraguay, discurs. 3. sub num. 2. cum seqq. fol. 37. vbi alios refert.

Quoad nos materia hec difficultate caret. In Indiarum enim Occidentalium Regnis Sanctissimus Pius Papa IV. ad supplicationem Catholici Regis Domini nostri Philippi II. die 11. Augusti 1562. dispensauit, ut unicus ter tantum Episcopus, vel Archiepiscopus, cum duabus Dignitatibus, vel Canonicis duobus, novos Episcopos valeat consecrare, vt quotidie videamus; Bulla autem concessionis, talis est.

Pius Papa IV. ad perpetuam ter rei memoriā. Ex superna prouidentia Mai statis, cuius universa dispositione reguntur, ad Supremum Apostolatus apicem, meritis licet interribus euocati, non solū universum Oiile Dominicanum vigilantiae nostrae creditum, verum etiam singulos singulorum eius gregum quantumlibet terrarum, marisque distantiā remotorum Pastores, undeque contemplēmur; & vt ad officium Pastorale electi, illud quanto citius sublati quibuslibet iuris, factique obstaculis, ad Dei laudem, & animarum sue cura commissarum sa-

T

145

larem exequi possent, nostrae cooperatio-
nis ministeriam, praesertim dum id Catho-
licorum Regum vota requirant, quantum
Nobis ex alto permittitur, saepeabiliter
adhibemus. Sane, Charissimus in Christo,
filius noster Philippus, Hispaniarum Rex
Catholicus, Nobis nuper exponi fecit, quod
in Occidentalibus Indijs, Nouaque His-
paniae Regno, propter recentem illorum
populorum ad Fidem Orthodoxam conuer-
sionem rare Sedes Episcopales in tan-
ta terrarum amplitudine adhuc institu-
ta reperiuntur; unde fit, ut post elec-
tionem Prælatorum ad illas vacantes fa-
ctam, sufficiens Episcoporum numerus ad
munus consecrationis illis exhibendum in-
fra tempus de consecrandis Episcopis à
iure statutum, eo adunari nequeat; Qua-
rè præfatus Philippus Rex Nobis humili-
tè supplicari fecit, quatenus in præmis-
sis oportuni prouidere de benignitate A-
postolica dignaremur.

Nos igitur Sacrorum Canonum
æquitatem à nemine vltra, quam præsta-
ri possit, exigere perpendentes, ac omnes,
& singulos Venerabiles Fratres Archie-
piscopos, & Episcopos in Indijs præfatis
constitutos, qui hactenus predicto nume-
ro Prælatorum competenti ad id non ad-
hibito alias tamè ritè suscepserunt, ab
huiusmodi excessu, ac suspensionis, alij
que Ecclesiastici sententijs, censuris, &
penis, per eos propterea incursis. Apo-
stolica autoritate tenere præsentium ab-
soluentes, secundum per irregularitatem,
quam inde contraxerint; & quod mu-
nere præfato, sic per eos suscepso, suis
que, & Presbyteratus ordinibus, ac Of-
ficio Pontificali uti, & in illis etiam in
Altaris ministerio ministrare, ac suis,
& in Metropolitanis, & Cathedralibus Ec-
clesijs præesse libere, & licite valeant,
& specialis dono gratiæ dispensantes, hu-
iusmodi supplicationibus inclinati, uni-
uersis, & singulis, quos ad Cathedra-
les etiam Metropolitanas Ecclesijs in In-
dijs præfatis nunc, & pro tempore insti-
tutas illarum vacatione occurrente Canoni-
cè eligi, & assumi contigerit, ut deinceps
perpetuis futuris temporibus, post eo-
rum electionem, & assumptionem huius-
modi, nullo aliò sibi obstante Canonico
impedimento, à quocumque maluerit Catho-
lico Antistite, gratiam, & communio-
nem Apostolicæ Sedis habente, accitis,
& in hoc sibi assistentibus duobus, vel

tribus in Dignitate Ecclesiastica constitu-
tis, scù Cathedralis, aut Cathedralium,
aut Metropolitarum Ecclesiarum Canonicis
prædictum consecrationis munus recipere va-
leant.

¶ Ac eidem Antistiti, ut idem
munus illis auctoritate p̄fā a. impendere li-
berè possit plenam, & liberam auctoritate, &
tenore præsentium facultatem concedimus, &
indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apo-
stolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus
Concilijs editis Generalibus, vel Specialibus
Constitutionibus, & Ordinationibus, nec-
non Ecclesiarum ijsarum iuramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia rotoratis, Statutis, & consue-
tudinibus, ceterisque contrarijs quibus-
cumque. Et quia difficultè foret præsen-
tes literas ad singula quæque loca, in qui-
bus eis vtendum erit, deferri, Volumus,
& præfata auctoritate deceruimus, illo-
rum transumptis, etiā impressis, manu
Notarij publici subscriptis, & sigillo ali-
cuius personæ in Dignitate Ecclesiastica
constitutæ munitis, eandem prorsus fidem,
etiam in iudicio, & extra, ac ubique ad-
hibendam esse, quæ ipsi præsentibus ad-
hiceretur, si fuerint exhibite, vel ostend-
a. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum
sub Annulo Piscatoris die 11. Augusti
1562. Pontificatus nostri anno tertio. Cæ-
sar Glorierius.

Hanc Pij Quarti Bullam t ad lite- 43
ram ponit Dom. Villarroel en el Go-
uierno Ecclesiastico, 1. part. question. 1.
articul. 9. numer. 31. & de ea iterum
mentionem agit, quest. 4. articul. 2.
numer. 49. de eadem testantur Dom. So-
lorzani. de Indianum Gubernation. libr. 3.
cap. 6. numer. 36. & 38. Machad. de
Perfect. Confessor. tom. 2. libr. 4. part.
6. tractat. 2. document. 6. à numer. 4.
Pat. Diana 12. part. Moral. dict. re-
solution. 31. & dixerat id ipsum cum
Dom. Solorzano, & Machado 8. part.
Moral. tractat. 1. resolution. 31. ver-
sicul. Unde in Indijs. Illustrissim. Dom.
Don Alphons. de la Peña Montenegro
meritissim. Quitens. Episcop. in doct.
Itinerario para Parochos de Indios, libr.
5. tractat. 1. session. 24. Pat. Auendañ.
in Thesauro Indico, titul. 13. à numer.
26. Vbi, àn t sine literis Apostoli- 44
cis valeat quis consecrari; ad casum in
personam predicti Dom. Don Ber-
nardini de Cardenas, valde disputa-
tum,

tum, & in addition ad tom. 2. à num. 70. vbi Breue Apostolicum à Sanctissimo Alexandro VII. die 27. Februarij 1660. expeditum invenies, per quod fuit Sacré Congregationis Concilij Tridentini confirmata declaratio de mense Decembris anni 1657. facta, quam in fine huius capituli transcribemus, & numer. 45. cum sequentibus, prædictarum additio-
num, prosequitur hoc ipsum; de quo facto etiam loquuntur Dom. Solorzan. in Politic. Indian. libr. 4. cap. 7. versic.
Lo que estos dias he visto, vsquè in finem, Pat. Dian. dict. 12. part. resolution. 58. & sequent. Dom. Villarroel dict. quæst. 1. artic. 9. & 10. Dom. Caramuel, vbi infra, Dom. Araujo dict. quæst. 21. difficult. 2. à numer. 10. addit rur-
sùs Dom. Villarroel dict. artic. 9. num. 31. præter illam Papæ Pij IV. iam tradi-
tam dispensationem, & gratiam pro Indijs Occidentalibus concessam, indul-
gere solere aliam nouam in personam cuiuslibet noui Prælati proposita ad id Summo Pontifici supplicatione refert-
que ibidem, quam illi concessit Sanctissimus Vrbanus Papa VIII. eam videre po-
teris, & num. 44. cum seq.

An autem simplex + Sacerdos ex Papæ commissione valeat Episcopum con-
secrare, querunt Doctores, & licet antiquioribus aliquibus videantur posse, re-
centiores tamen negant, ex Diuo Tho-
ma in 4. distinction. 25. quæst. 1. articul. 1. ad 3. contrà Paludan. Durand.
& alios. Pat. Azor. dict. libr. 3. cap. 3.
quæst. 4. Pat. Vazquez in 3. part. Diu.
Thom. tom. 3. disput. Ordin. Sacrament.
disputation. 243. cap. 6. numer. 58. Pat.
Cast. Palaus tom. 4. tractat. 27. punct.
14. numer. 12. Bernal. de Sacrament. dis-
putat. 49. sect. 3. nu. 3. P. Dian. dict. 12.
part. resol. 25. D. Villarroel d. art. 9. à num.
21.

Sed nunc videto iam + locum do-
ctissimi Dom. Caramuelis in dict. tra-
ctat. de probabilitat. Epistol. 4. numer.
145. cum duobus sequentibus. Hæc sunt ip-
sius verba: Sèd veniamus ad praxim, tres
Episcopos de iure Diuino requiri; adeoque
consecrationem Episcopi ab uno factam +
esse invalidam docuerunt Bellarmin. lib. 4.
de notis. Eccl. cap. 8. Bernal. de Sacra-
ment. disputat. 49. section. 2. numer. 5.
Vazquez disputat. 243. Sèd hunc aliqui
adducunt pro contraria. Pro hac sententia
citat etiam Diana, Coninchium, Philibertum,
Tom. I.

Marchinum, Caietanum, Ochaganiam,
Isembertum, & alios.

Hanc opinionem esse probabilem tenet Hallier. de sacris electionibus, part. 2. artic. 2. §. 1. & sequentibus, eandem Dia-
na part. 10. resolut. 29. esse communio-
rem fatetur; eandem Castrus Palaus tom.
4. tractat. 27. punct. 14. num. 13. esse
certam existimat; inquit enim; existimo
consecrationem Episcopi ita necessariò à
tribus Episcopis faciendam esse, ut + ne-
queat Pontifex in hac parte dispensare, &
vni tantum consecrationem committere, eam-
que postea rationibus grauissimis fulcit.
Hanc doctrinam suprà omnem probabilita-
tem videtur constituere, Pat. Laurentius
Brancasi tom. 3. disputat. 8. artic. 4. nu-
mer. 88. & 89. dicens, non + esse defini-
tum de fide ad consecrationem Episcopi plu-
res requiri. Ergo hæc doctrina tantum non
est de fide. Et postea agens de eo, qui non
à tribus fuisse consecratus, ait; nequè pro
Episcopo haberem sic ordinatum. Sanè tres
Episcopos requiri videtur tradidisse Paulus
1. ad Timoth. 4. 14. dicens: Noli ne-
gligere gratiam, quæ est in te, quæ data
est tibi per prophetiamcum impositione ma-
nuum Presbyterij: vbi nomine Presbyterij
cætum Episcoporum intelligit. Clarius lo-
quitur Sanct. Anicetus Papa in epistola,
in qua de Sanct. Iacobi Minoris in Hiero-
solymitanum Episcopum ordinatione dis-
serit; fortia verba sunt hæc. Patet profe-
ctò, eam formam instituente Domino tradi-
didisse non minus quam + à tribus Epis-
copis debens Episcopum ordinari. Nota il-
lud statuente Domino. Nota illud patet,
illud etiam non minus, quam à tribus, cens
sunt ergo esse certum, & indubitatum tres
vt minimum Episcopos ex iure Diuino requi-
ri; tam certam esse supponit hanc doctri-
nam noster Matritensis Damasus Papa, &
Sanctus, vt Corepiscopos, non esse Episco-
pos veros pronuntiet, qui à ipsi ab uno
tantum Episcopo ordinantur, & quidem in-
sulæ, & inefficaciter argumentaretur. Con-
sonat Ioannes Papa Tertius in epistola, quæ
habetur tom. 2. Conciliorum, & præci-
pue istis verbis; omnia quæcumque Ma-
xima Concilia affirmant, illum non esse
Episcopum, qui minus quam + à tribus
Episcopis, Metropolitani etiam autorita-
te, fuerit factum, sed quæ sunt illa Con-
cilia Maxima & Generalia, & quidem Ni-
cænum, Carthaginense, & Arelatense.
Diana, Vazquez Bernal, & alij Doctores
allegant.

Hæc omnia producere volui, ut videat
lector pius, an sit in tota Morali Theo-
logia probabilis aliqua opinio, quæ mai-
orem autoritatem habeat, quam hæc, &
an aliqua maioribus periculis exposita,
quam opposita, quæ est nullo modo tutæ,
& à multis etiam nunc vix creditur mi-
nus probabilis? At illam nihilominus in
55 praxi + amplexi sunt prudentissimi Sum-
mi Pontifices, nam Gregorius Primus in-
dulxit Anglis, ut consecratio fieret ab uno
Episcopo; cuius nouæ, & in praxi minime
tutæ opinioni Gregorius XIII. insi-
stens, concessit Patriarchæ Aethiopæ, ut
ab uno Episcopo consecraretur, ut habet
Enriquez libr. 10. de ordination. cap.
24.

Hanc etiam opinionem reduxit ad pra-
xim Pius Quartus, ut ait Machadus tom.
2. libr. 4. part. 6. tractat. 2. document.
56 6. numer. 4. & 5. Prudens + hic Pon-
tifex, ha dispensado en las Indias, para
que con solo un Obispo, y dos Dignidades,
o Canonigos que le assistan se pueda cele-
brar la consagracion de el Obispo nuevo.
Praga in Bohemia Abbatii Straouieni, qui
erat Episcopus Suffraganeus ad vitam me-
liorem translato, Illusterrimus Don. Io-
sephus Conti suffectus est, concedente Ale-
jandro VII. ab uno tantum Episcopo, &
duobus Abbatibus consecratus. Sed & po-
stea Eminentissimus Princeps Archiepisco-
pus Pragensis, cum hoc probabili, & hoc
certo Episcopo alium etiam Episcopum con-
secravit.

Præterea anno 1657. electus + Epis-
copus de Assumpta ad Prouinciam Para-
guay perrinente, licentiam petiit à Sanctissi-
mo Domino nostro Alejandro VII. ut ab
uno Episcopo consecraretur; concessa fuit
hæc licentia; sed antequam ad prefati elec-
ti perueniret notitiam, à quodam ille E-
piscopo, duobus assistentibus Canonicis, fuit
consecratus, & declaratur Romæ + à San-
cta Congregatione die 15. Decembris 1657.
supradictam Consecrationem Episcopi Para-

guayensis, quantum spectat ad Sacra-
mentum, & impressionem characteris fuisse
validam; quantum vero spectat ad lici-
tam, &c. & 16. Februario 1658. San-
ctissimus Dom. nost. declarationem hanc
confirmavit per Apostolicas literas in for-
ma Brevis. Vide Pat. Laurentium Branca-
tium tom. 3. disputat. 8. artic. 4. num.
77.

Sed quam est certum, hunc Taraqua-
yenesis Annuntiatæ esse verum Episcopum?
Respondeo esse mere probabile; sed liberè
Brancatius ibidem numer. 89. & tamèn
liber hic est Romæ impressus apud Mas-
cardum, Superiorum permisso, hoc anno
1662. attende. In huiusmodi fateor (ait
ille) standum esse Decretis Romanorum Pon-
tificum, ideoque retuli tantum argumen-
ta, & responsones, quæ pro, & contrà
possunt adduci; eis tamèn adhæcere non
curo, nequè pro Episcopo + haberem sic or-
dinatum. Progredior. Si Brancatius non 59
habet illum pro Episcopo: Ergo nequè alios
Episcopos, si quis ipse consecraverit: Er-
go nequè habebit pro Sacerdotibus quot-
quot ipse ordinauerit. Ergo nequè pro
veris missis quotquot hi dixerint: Er-
go nequè pro Sacramentalibus Confessio-
nibus quotquot ab his auditæ. Terribi-
lia sunt hæc, & tamèn deducta legi-
time. Quæ omnia sunt vera, si opinio, quam
Pontifices sunt sequuti, sit falsa. Ergo si
in re tam gravi, & periculosa. Grego-
rio I. Gregorio XIII. & Pio IV. & tan-
dem Sanctissimo Dom. nost. viris sapienti-
simis, doctissimis, & prudentissimis, li-
cuit sequi opinionem minus probabilem, mi-
nus antiquam, & minime tutam in pra-
xi, vel invito D. Tagmano, licebit omni-
bus iu rebus minoris momenti, illorum
vestigijs insistere, & sequi opinionem pro-
babilem. Hæc Dom. Caramuel. Bulla au-
tèm Sanctissimi Alexandri Papæ VII.
infra cap. seq. num. fin.
traditur.

(())





S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus confirmatus, licet non sit consecratus, iurisdictionalia exercet, & Beneficia consert, &c. & n.2.
- 3 Reprobatur Marius Ital. contrarium tenens.
- 4 Sic etiam potest dispensare in irregularibus, in quibus Episcopi consecrati dispensant, quidquid sentiat D. Fermosinus, & n.5.
- 6 Episcopus hic Episcoporum gaudet priuilegijs, estque verus Episcopus confirmatione sequuta, & n.7.
- 8 Utitur Altari portatili, seu viatico, quod non potest, si est tanum electus, & num. 9.
- 10 Beneficia promoti non vacant, si Pontificis dispensatione retinentur.
- 11 Quo in casu literae Apostolicae super hoc expediantur.
- 12 Hec dispensatio, etiam ad Beneficia Patronatus laicorum extenditur.
- 13 Quando hic Episcopus dispensatus ad aliam Ecclesiam transfertur, ut retineat Beneficia, noua indiget dispensatione.
- 14 Si sit ad pensiones dispensatio, solet in eadem consistoriali Schedula indulgeri.
- 15 Duo, vel plures Episcopatus possunt ab uno cum dispensatione obtineri.
- 16 Sic inuenimus, duos Episcopos eiusdem Sedis, inter se conuentos, ut altero mortuo, superstes insolidum maneat Episcopus.
- 17 Beneficia non vacant, quandea obtinens ad Episcopatum titularem, vel in partibus infidelium existentem, promouetur.
- 18 Episcopatus, an vacet per affectionem Beneficij, vel Dignitatis incompatibilis? & n.20.
- 19 Episcopus Regularis debet Sanctissimo exprimere, se esse talem ad Beneficium obtainendum.

- 21 De stylo Curiae Romanae, ante possessionem secunde Ecclesie, conferuntur Beneficia vacanta: Reservuntur, qui agunt de hoc stylo, n.27.
- 22 Vere, & effectualiter dicitur vacare primum Beneficium, secuta secundi possessione.
- 23 Per prouisionem, & collationem Papae, vacare desinunt Beneficia, ante possessionem.
- 24 Idem procedit per Collationem a Cardinali factam, ex indulto.
- 25 Communiter in Episcopatum promoti, non denegant, sed consentiunt.
- 26 Si promoti detur dissensus, nihil operatur Beneficiorum prouisio.
- 28 In promotionis actu dicere solet Papa, vacare promoti Beneficia; ideo vacant.
- 29 Idem stylus sernatur in Curia Romana, quoad pensiones.
- 30 Quando appetat de voluntate Papae, vel alterius, omnino transferre voluntis etiam invitum, vacant Beneficia ante possessionem, n.34.
- 31 Maxime, si detur Ecclesiae utilitas, vel alia iusta causa.
- 32 Multa bona in uitio conferantur.
- 33 Cessatque regula docens, neminem cogi invitum crescere.
- 34 Promotus, ab omni vinculo, quo tenebatur, intelligitur absolutus, data Principis voluntate, de qua non licet disputare, & n.35.
- 36 Item videtur dispensatus super omnem macula impediente.
- 37 Regularis potest cogi a Papa, Episcopatum admittere, & n.40.
- 38 Non tamquam potest a suis Superioribus compelli.
- 39 Regularis tenetur obedire Superioribus Religionis, in his, quae sunt secundum suas constitutiones.
- 41 Regularis Episcopus aliò translatus tenetur primae Ecclesiae relinquere omnia bona, ex redditibus illius questiata.
- 42 Bulla Sanctissimi Alexandri Papae VII. in causa Episcopi Paraguaniensis, de qua capite praecedenti ad literam traditur.



ARGVMENTVM.

Episcopus confirmatus, nondum consecratus, & in possessione Episcopatus existens, quæ facere possit; Beneficia promoti quandò statim intelliguntur vacare, vel non; quid circà hoc Romanæ Curiæ stylus observet?

CAP. XXIX.

Circà ea, quæ de Episcoporum consecratione in præcedenti capite dixi, interim hic obserua; confirmatum Episcopum, & in possessione Episcopatus existentem, licet adhuc non sit consecratus, iurisdictionalia rectè & exercere posse, secundum veriorem sententiam, ex cap. Nostri 9. cap. Transmissam 15. cap. Qualiter 17. de electione. cap. Auaritiæ 5. eod. titul. in 6. D. Couarrub. lib. 3. variar. cap. 16. num. 6. Cuchus Institut. Maior. lib. 4. tit. 4. nu. 58. P. Sanchez de Matrimon. lib. 8. disput. 2. num. 11. & in Decalog. libr. 4. cap. 38. num. 7. Mauric. Alced. de præcellent. Episcop. Dignitat. 1. part. cap. 3. num. 59. Dom. Felician. de Vega in cap. Verum 7. de for. competent. num. 7. vbi ex Barbos. mōx referendo, indiferentè docet, posse Episcopum & hunc excommunicare, interdicere, corrigere, punire, Synodus conuocare, Beneficia conferre, Ecclesiæ minores vnire, & diuidere, voti, & iurisurandi vincula solvere, & aliquorum peccatorum absolutionem sibi reservare, iudicialaque exercere; Garcia de Benefic. 5. part. cap. 4. num. 243. Azeued. in Curia Pisana, lib. 1. cap. 13. à numer. 9. Carol. Anton. Bottilierius de succession. ab intestat. cap. 2. Theoremat. 64. numer. 2. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. 1. part. titul. 1. cap. 4. à numer. 7. & reprobato Mario Italia contrarium & disserente, de Immunit. Eccles. libr. 1. cap. 6. §. 1. numer. 88. (iunge Camill. de Larathia consil. 87. à numer. 68.) tenet idem Pat. Dian. 6. part. Moral. tractat. 1. resolution. 30. versic. Quæro secundò, Pat. Peregrin. de Immunitat. cap. 3. numer. 39. Pat. Suarez tom. 5. disputation. 41. section. 2. num. 7. vbi ait, & hunc Episcopum dispensare posse in irregulatibus, in quibus possunt Episcopi, ex

Sancto Tridentino Concilio session. 24. de reformation. cap. 6. Gabriel. à Sancto Vincent. de censur. disputat. 1. num. 360. cum Alced. in prax. part. 2. cap. 6. num. 39. & alij; quidquid t̄ fentiat Dom. Fermolin. de Sede vacant. tractat. 1. quæst. 5. num. 7.

Quorum ratio illa est; quoniām licet adhuc non sit consecratus, nihilominus tamē per Pontificiam confirmationem, & Ecclesiæ possessionem, Episcopum & gaudet priuilegijs. Tanner. question. Moral. tractat. 2. quæst. 48. Gauant. in Manual. Episcopor. verb. Episcopus, num. 10. Verè enim & Episcopus quoād Dignitatem est, confirmatione sequuta, dict. cap. Nostri 9. & dict. cap. Transmissam 15. vbi gloss. ideo poterit, vt alij & Episcopi consecrati, Altari portatili, seu viatico vti, vt ex cap. fin. de priuileg. in 5. Pat. Suarez de censur. disputat. 28. section. 2. num. 7. cum alijs, docet Zachar. Pascalig. de Sacrificio nouæ Legis, quæst. 1228. num. 2. vbi num. 1. Hæc & electo tantum Episcopo deneget, vide, quæ tradidi cap. 13. à num. 23. eodem vtuntur Carmelitæ ex Bulla Sixti IV. & Dominicanæ ex Bulla Innocent. IV. ex Emmanuel. Rodriguez, Quintanadueñas tom. 2. singular. tractat. 6. de Indicis priuileg. singular. 10. numer. 4. 5. 6. & 7. Pascalig. decis. Moral. 53. num. 2. & decis. 54. num. 3. vbi de alijs Regularibus tom. 1. Pro Patribus verò Societatis Iesu in partibus Indiarum extat Bulla Urbani VIII. quæ incipit: Animarum saluti, ann. 1629. & Innoc. X. ann. 1649. de quibus Quintanadueñas dict. tractat. 6. singul. ultim. vide Pascalig. quæst. 636. à num. 1.

Itēm vacare desinunt promoti Beneficia, (prosequamur institutum, & quæstionem propositam) si pro ipsorum & retentione sit à Pontifice Summo obtenta dispensatio, quæ sapenumero solet

let concedi, maximè quandò Episcopus tenues habet prouentus, & fructus, Abb. in dict. cap. Cūm incunclis 7. §. Cūm vero, de election. num. 3. Staphil. eus de varijs vacat. modis. §. Secundus modus, num. 3. Cardinal. Seraphim. decis. 91. Anastas. Germon. de indulst. Cardinal. dict. §. Si vero illa, num. 35. Hieronym. Gigas de pensionib. quæf. 56. à num. 3. D. Couarrub. practicar. cap. 36. num. fin. Put. decis. 438. num. 1. lib. 2. Verall. decis. 411. lib. 2. Borrell. vbi suprà, num. 12. & 85. Cochier. in dict. regul. 24. num. 26. Gonçalez dict. gloss. 15. num. 53. in fin. D. Valençuel. consil. 51. à num. 19. Tondut de pensionib. cap. 73. num. 14.

- Quo in casu dispensatus iste super hoc
11 literas Apostolicas tenuerit expedire, Put.
decis. 327. Cochier. dict. num. 26. extendi-
12 turque huiusmodi dispensatio, t etiam ad
Beneficia iuris Patronatus laicorum, D. Co-
uarrub. dict. cap. 36. num. 12. Barbos. de
offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat.
72. num. 11. Si autem hic dispensatus, vt re-
tineat Beneficia, sit Episcopus ad aliam t
Ecclesiam denuo translatus, vt ea valeat
conseruare, & obtinere, noua indiget Pon-
tificia dispensatione, alioqui vacabunt, Re-
buff. in prax. Benefic. tit. de dispensat. ratio-
ne etat. vers. Defectu prædicto, num. 6. Franc.
Marc. decis. 1161. à num. 1. part. 1. P. San-
chez consilior. Moralium, lib. 2. cap. 2. dub.
30. num. 7. Mauric. Alced. dict. 1. part. cap.
3. num. 86. Barbos. dict. 3. part. allegat. 57.
num. 69. quandò autem pensionum conce-
14 datur retentio, tunc isthac dispensatio t in
eadem Consistoriali Schedula debet, & so-
let indulgeri, ex constitutionib. 6. Iulij II.
Leonis X. Hadriani VI. & Clement. VII. de
quibus Loter. dere Beneficiar. lib. 1. quæf.
41. num. 8. Cardin. Ottobon. decis. 239. num.
13. apud Tondut. de pensionib. cap. 73. nu-
mer. 10.

- Nec tantum incompatibilia Beneficia
alia cum Episcopatu possunt retineri ex
Pontificis gratia, & dispensatione, verum.
etiam Episcopatus t duo vel plures, vt dixi,
cap. 27. num. 17. sic inuenimus eodem tem-
pore t eiusdem Sedis duos Episcopos; Con-
uentumque inter eos, vt societatem ipsius
Episcopatus retinerent ambo, ea lege, vt al-
tero mortuo, qui superstes esset, insolidum
maneret Episcopus, apud Socrat. lib. 5. His-
tor. Ecclesiastice, cap. 5. Nicephor. lib. 12.
cap. 3. & Sozomen. lib. 7. cap. 3. eiusdem His-
toriae, notauitque Ferdinandus Mendoza ad
Concilium Illiberitan. lib. 1. cap. 1. versic.
Sed quamquam, in fin.

Similiter Beneficiorum cessat vacatio,

quandò quis ad Episcopatum titularē, vel
alium in partibus infidelium existentem, no-
minatur; ex eo, quod talis t Episcopatus
possessionem acquirere non valeat prouis-
sus, ex qua vacatio contingat, Regula 26.
Cancellar. & docent Nauarr. consil. 14. num.
3. de election. Mandos. in dict. Regul. 26. Can-
cellar. quæf. 4. num. 5. Cochier. dict. n. 26.
Staphil. de liter. gratiæ, tit. de qualitat. &
stat. Benefic. §. Huiusmodi, num. 15. Flamin.
Paris. de resignation. Beneficior. lib. 3. quæf.
1. à num. 89. & quæf. 6. num. 49. Achil. de
Grass. decis. 2. de election. Signordi. consil. 8.
per tot. Granut. ad Simonet. quæf. 27. num.
7. Gratiā. discept. forens. cap. 191. à num.
6. 8. Garc. de Benefic. dict. 11. part. cap. 6. à
num. 1. & 44. Ricciull. lucubration. Eccle-
siast. lib. 2. cap. 9. Barbos. dict. allegat. 57.
num. 74. quem, & alios sequitur, Ferentill.
ad Buratum dict. decis. 464. num. 13. & eos
& se ipso relatis, idem Barbos. in & §.
Cūm vero, num. 29. in fin. vbi latè, & deci-
sionum Apostolicarum, collectan. 61. num. 31.
Clem. Merlin. decis. 151. num. 8. Frances de
Vrrutigoit. de Eccles. Cathedralib. cap. 4.
num. 152. & cap. 32. num. 15. & 118.

Sed versa vice potest queri, an Episco-
patus vacet per Dignitatis, aut alterius Be-
neficij incompatibilis t assecutionem? Pone
enim fructus, & redditus alicuius Episcopatu-
tus, ita tenues esse, vt congrue, & decenti
Episcopi sustentationi non sufficiant, & hac
de causa, (vel quia Prælatus a suo exulat
Episcopatu, vel alia legitima interuenit) ex
Pontificis dispensatione, Episcopum hunc
absolutè aliquam obtinuisse Præbendam,
quod multoties potest accidere, cap. Cūm
nostris 6. in fin. de concess. Præbend. vbi Abbe.
num. 4. & 7. & in cap. Ecclesia vestra 2. de
election. num. 3. & consil. 101. num. 6. part.
2. Lambertin. de iur. Patronat. 1. part. lib.
2. quæf. 7. art. 16. cum alijs Garc. dict. cap.
6. à nu. 44. Perez de Lara de Aniuersar. &
Capellan. lib. 2. cap. 7. num. 16. vbi Nauar. &
alios refert; Quo in casu aduerte, Episcopum
hunc, si Regularis fuerit, id est, ex Regula-
rium instituto, & professione, in Episcopum
assumptus, id exprimere t debere, Sanctissi-
moque in supplicatione proponere, ne alias
gratia, & dispensatio nulla, & irrita sit;
Emman. Rodrig. quæf. question. Regular. tom. 2.
quæf. 58. art. 5. cum Rebuff. & alijs D. Villa-
rroel dict. 1. part. quæf. 3. artic. 4. nu-
mer. 64.

Respondeo in huiusmodi præmissa spe-
cie, Episcopatum t non vacare per Digni-
tatis, aut alterius Beneficij acquisitionem,
nec ad ipsum extendi, cap. De multa 28. de
Prae-

Træbend. & Dignitat. sic Abb. in dict. cap. cùm nostris, num. 4. Nauarr. dict. consil. 14. num. 3. Alphons. Hojed. de incompatibilit. Beneficior. 1. part. cap. 4. num. 12. Garcia vbi proximè, num. 43.

Aduerte tamèn, hæc, quæ dicta sunt de vacatione Beneficiorum per Episcopatus possessionem, in puncto iuris procedere, de stylo autem Romanæ Curæ non seruari, vt alibi dixi, in ea enim solet Papa statim post prouisi gratiam iam admissam, ipsius Beneficia conferre, non t expectata secundæ Ecclesiæ possessione, Cassador. decis. 2. de constit. Ioan. Andr. in Clement. 1. vt lit. pend. verb. collatio, vbi licet eam damnet coniuetudinem, non esse ab ea recedendum, docet, Mandos. in dict. Regul. 26. quest. 4. num. 4. Rota decis. 233. num. 1. part. 1. diuerstor. Gratian. discept. forens. dict. cap. 296. num. 3. & 5. vbi addit, tunc verè, & effectualiter primum vacare Beneficium, 22 quandò t secundi est adepta possesio, vel quandò prouisus in ea capienda moram committit, & per eum stat, quominus illam assequatur, vt suprà tetigi, Auend. & D. Pineli. in alleg. sobre la vacante del Cuzco, num. 51.

Obserua etiàm hoc in loco, Beneficiorum cessare similitèr vacationem statim, 23 per Papæ prouisionem, t & collationem illorum, etiàm nondum adepta possesione, cùm in his non duret vacatio, vsque ad literarum Apostolicarum exhibitionem, vt de vacante Cathedralis diximus, cap. 24. num. 40. ita Rota decis. 13. & 14. de Præbend. in antiq. Put. decisi. 146. num. 4. lib. 2. Simonet. de reseruat. quest. 55. cum seqq. Gonçalez dict. gloss. 15. §. 2. num. 31. & in 24 princ. num. 121. vbi idem docet, quoàd t collationem à Cardinali vigore indulti factam, Cardinal. Seraphin. decis. 110. Christophor. Suelues consil. 25. part. 2. Semicent. 2. Petr. Francisc. Tonduti de pensionib. dict. cap. 73. num. 21.

Quod omnè ex eo dimanat, quoniàm 25 communiter ita t in Episcopatum promoti non denegant, sed illicò consentiunt; & ita ad nouam promotorum Beneficiorum collationem, & prouisionem procedit Summus Pontifex, cùm iustè præsumat, eos velle promoueri, ita Gratian. vbi suprà, num. 10. Cæterùm, si prouisi concurrat dissensus, 26 nihil t de Beneficijs facta prouisio operabitur, Calderin. consil. 1. de translas. Episcop. versic. Non obstar, quod Papa, Gratian. dict. num. 10. De prædicto autem Romane t Curæ stylo, à Pontifice obseruato, 27 preter proximè traditos, agunt Cardi-

nal. Seraphin. dict. decis. 110. à princ. Hieronym. Gigas de pensionib. quest. 56. num. 3. cùm multis Canill. Borrell. dict. tit. 21. num. 35. Anastaf. Germon. dict. §. Si verò illa, num. 21. latè Ferentill. vbi suprà, à num. 11. Barbos. dict. allegat. 57. à numer. 68. & in dict. §. Cùm verò, numer. 29.

Nèc solùm ex ea præsumptione, quam Papam habere proximè fundauimus, id procedit, verumetiam, quia in prouotionis, vel translationis actu decernere, affirmare, ac exprimere soleat, prouisi, vel promoti t vacare Beneficia, seque, vt vacantia ea alijs conferre, vt benè aduertunt Cassador. dict. decis. 2. de constitut. Seraphin. dict. decis. 110. num. 2. Alced. dict. cap. 3. à num. 76. Barbos. & Ferentill. vbi proximè, latè cum multis Garc. dict. cap. 6. à num. 6. 9. & 10. Tondut. dict. cap. 73. num. 16. Rot. diuerstor. dict. decis. 233. num. 1. & 2. Hunc t eumdem stylum, quoàd pensiones seruari in Romana Curia docent, Hercul. Mariscot. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 33. Flamin. Parif. de resignat. Beneficior. lib. 3. quest. 1. num. 8. & 78. Barbos. dict. allegat. 57. num. 73. Tondut. vbi proximè, num. 21. Garc. à num. 24.

Similitèr à principio, & antè posses-
sionem vacare credimus Beneficia priora,
etiàm nondum translati, seu promoti ex-
pectato consensu, quandò t omnino ap-
paret de Ecclesiæ Principis, vel alterius
ad id potestatem habentis, voluntate. Si
enim Papa, aut alijs, etiàm renuentem,
& inauitum promouere, & transferre de-
cernit, dicendum erit, primùm omnino,
quòd obtinebat vacare Beneficium, Ioan.
Monac. in cap. Generali 13. de election. in
6. Ioan. Andr. in cap. Quòd ob gratiam, de
regul. iur. eod. Abb. in cap. fin. de postu-
lat. Prælator. Gratian. dict. cap. 296. à nu-
mer. 14. latè, & benè Mich. Reinos. ob-
seruat. 51. à num. 6. 25. 34. & seqq. & per-
tot. & num. 15. ex Flamin. Parif. de re-
signat. Benefic. lib. 5. quest. 3. num. 122.
135. 137. ibi: Et seq. 174. & quest. 18.
num. 18. docet, Episcopum cogi posse re-
nuntiare, transferrique posse inuitum ra-
tione scandali, vel propter personæ peri-
culum, malitiam plebis, malam vitam, &
alias iustas causas, quod sàpè pro Eccle-
siæ vtilitate potest contingere, (aut alia de
causa) hoc enim præ omnibus t debet ap-
probari, cap. Cùn nobis olim. 19. §. fin.
cap. In causis 30. §. fin. cap. Officij 38. in
fin. cum alijs, de election. Imol. in cap.
Clericis, de vit. & honestat Clericor. Marc.
An-

- Anton. Genuens. practicabil. Ecclesiast.
quest. 287. Multa t' enim bona inuitis con-
feruntur, cap. Et qui emendat 11. 45. di-
stinct. In his ergo casibus, eo ipso considerari,
& admitti deber vacatio, Hostiens. in
summ. de translat. Episcop. num. 6. vbi iait,
33 tunc illam t' cessare regulam, quæ docet,
neminem cogi posse inuitum crescere, cap.
Gesta 2. 74. distinct. ex Barth. in leg. fin.
ff. de his, qui sunt sui, Gratian. Vbi suprà,
num. 55. & à num. 62. docet, quòd quan-
dò de Principis appetit voluntate ex cer-
tā scientia, vel alia clausula transferentis,
& promouentis, eo casu promotum, &
34 translatum statim dici t' ab omnibus, qui-
bus ad primum Beneficiū tenebatur, ab-
solutum, Boer. de potest. Legat. à Later. num.
74. & concludit Gratian. num. 63. de his
per Papam, vel Principem assumptis cum
35 t' clausula prædicta, non esse disputandum,
36 cùm etiā intelligatur dispensatum t' super
omni macula impediente, quandò hoc de
pertinentibus ad Principem est, ex leg. Qui-
dam confulebant 57. in fin. ff. de re iudicat.
gloss. fin. in Clement. 2. de rescript. & in Cle-
ment. si summus 4. de sent. excommun. latè
ad materiam, Menoch. de præsumpt. lib. 2.
præsumpt. 20. num. 2. & 32. Roder. Suarez
allegat. 12. num. 24. vbi plura, D. Couar-
rub. incap. Alma mater 1. part. §. 7. nu. 2.
P. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 4. num.
2. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 8. num. 32.
Acass. de Ripoll. Variar. cap. 2. num. 141.
& seqq. D. Palafox in defens. Canon. sobre
que los Padres de la Compañía deuen pedir li-
cencia al Ordinario, para confessar, y pre-
dicar, licet huic operi subscribat Ferdinandus Ortiz de Valdés 3. part. num. 95. D.
Fermosin. in cap. Si quis contrà 4. de for. com-
pet. quæst. 9. num. 4. nouissimè Emman. Al-
uarez Pegaf. resolut. forens. cap. 18. à num.
27. adde, quæ dixi, cap. 3. num. 44.
- Religiosus t' etiā potest à Summo
37 Pontifice cogi Episcopatum admittere, &
acceptare, P. Sanchez in Decalog. lib. 6.
cap. 2. num. 49. P. Pellizzar. in Manual.
Regular. tractat. 4. cap. 4. num. 85. & num.
84. docet, hoc t' onus à suis Superioribus
38 imponi non posse, quoniā Superiorum il-
lius potestas est in ordine ad bonum com-
mune Religionis, non autem ad bonum
39 commune Ecclesiae; subditus t' verò obedi-
re tenetur tantum Superioribus Religionis
in his, quæ sunt secundum ipsius Regulas, &
pertinentia ad ipsas, ex Diu. Thom. 2. 2.
quæst. 185. art. 2. Sot. de iustit. & iur. lib.
10. quæst. 2. art. 2. §. 3. P. Sanchez vbi proxi-
mè Magist. Lezana tom. 1. Regular. cap. 4.

nam. 18. sicque intelligendos Doctores af-
serentes, Religiosos teneri Prælato obedi-
re ad Episcopatum acceptandum obligan-
ti, vt procedant respectu t' Summi Ponti-
ficiis, non in alijs Prælatis. Nota etiā hic,
Religiosum factum Episcopum, & aliò
deinde translatum, priori t' Ecclesiæ tene-
ri bona omnia ex redditibus eiusdem quæsi-
ta relinquere, ex P. Suarez tom. 4. de Reli-
gion. tractat. 8. lib. 3. cap. 16. num. 24. do-
cet P. Pellizzar. dict. tract. 4. cap. 2. num.
185. versic. Ceterum.

Bulla autem Sanctissimi Alexandri Pa-
pæ VII. de quæ dixi suprà capite præcedenti,
num. 44. talis est: Alexander Papa VII. ad
futuram t' rei memoriam: Alias pro parte 42
Vener. Fratris Episcopi Ciuitatis Assump-
tionis nuncupatae, Provincia Paraguensis
in Indijs Occidentalibus, Congregationi Ve-
nerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium Concilij Tridentini Interpretum exposi-
tum, quod ipse Episcopus possessionem Ec-
clesiae Ciuitatis Assumptionis huiusmodi
apprehendisset, & se à Venerabili etiā
Fratre Episcopo Tucumanensi consecrari cura-
set, non præsentatis literis Apostolicis pro-
visionis, & pæfessionis sue in Episcopum
eiusdem Ecclesiae, quæ tamè reuera concessæ
prius, & expeditæ fuerant; de qua ipsa con-
cessione, & expeditione præuisis aliquibus in-
formationibus aliqualiter constabat, quòdque
consecratio huiusmodi ab uno predicto Epis-
copo Tucumanensi, assistentibus duobus de
Capitulo Canonicis, peracta fuisset, non exhi-
bito Apostolico dispensationis indulto, quod
tamè re ipsa prius concessum fuerat, & sub
aliquali huiusmodi concessionis notitia, aut
saltèm præsumptione (quia scilicet Sedes
Apostolica solita sit circa numerum Episco-
porum dispensare cum Episcopis consecrandis
in Indijs) prænarrata consecratio facta fue-
rat. Ac quæsto primo, an predicta pos-
sessio non præsentatis literis Apostolicis ap-
prehensa, fuerit legitima? Secundo, an præ-
narrata consecratio, ut suprà peracta fuerit
valida?

Predicta Cardinalium Congregatio, die
quidem 1. Septembbris 1657. respondit ad pri-
mum, non fuisse legitimam. Ad secundum
verò eadem Congregatio die 15. Decembris di-
cti anni, rematurè discussa, secundum eas,
quæ proponebantur, respondit, supradictam
consecrationem Episcopi Paraguariensis, quan-
tum spectat ad Sacramentum, & impressio-
nem characteris, fuisse validam. Quantum
verò spectat ad licitam executionem ordinis
fuisse irritam, & inanem, & Episcopum ita
consecratum, ac respectuè consecrantem in-
di-

digere absolutione, ac dispensatione? Quarè pro parte eorundem Ciuitatis Assumptionis, & Tucumanensis Episcoporum Nobis humiliè supplicatum est, ut eorum statui opportune in præmissis prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur specialem eisdem Episcopis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae extiterint, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium Consilio, ipsos Ciuitatis Assumptionis, & Tucumanensis Episcopos, & eorum singulos à censuris, & pœnis Ecclesiasticis quibuslibet per eos, occasione consecrationis, sicut præmittitur, persætæ, quoquomodo respectiue incursis, & quas ipsi incurrisse dici, censi, prætendi, vel intelligi possent, auctoritate Apostolica tenore præsentium absoluimus, & plenariè liberamus.

Accu(e)isdem Episcopis, & eorum singulis super irregularitate per eos, præmissorum occasione quomodolibet contracta, ita quotidilla, & eisdem præmissis non obstantibus, dummodo non aliud Canonicum respectuè obstat impedimentum. Clericali charactere, quo alias ritè insigniti fuerunt, illiusque priuilegijs uti, ac in susceptis per eos pariter ritè quatuor Minoribus, necnō Sacris Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordinibus, etiā in Altaris ministerio ministrare, Episcopaliaque munia obire, exequi, & exercere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore præsentium dispensamus. Non obstantibus præmissis, necnō Apostolicis, ac in Vniuersalibus, Provincialibusque Concilijs, Generibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut dicti Episcopi penitentiam, quam eis respectiue Sacerdos idoneus propter præmissa imposuerit, omnino ad impleant, alioquin præsentes quoad absolutionem eis in foro conscientiae nullatenus suffragentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 27. Februario 1660. Pontificatus nostri anno 5.

S.Vgolinus.



S U M M A R I V M.

- 1 **Q**uæstio suprà, cap.25. à num.3: proposita, continuatur.
- 2 **B**eneficium Patronatus vacat in casibus à fundatore dispositis.
- 3 **R**egia præsentatio dicit semper contentum in ea præsentari Beneficio vacanti, & num.4.
- 5 **B**eneficia promoti concedit Rex Catholicus ex iure Patronatus.
- 6 **I**tem idem obseruat in alijs Regnis suis, quando vacant per promotionem à se factam.
- 7 **A**d hæc Beneficia præsentat etiā alienigenas, licet sit statutum, ut hi ad Beneficia Regni non admittantur.
- 8 **I**n hoc casu dispensare creditur.
- 9 **P**rinceps, quando donat concubinæ, videtur dispensare cum lege prohibente.
- 10 **S**icut cum celebrat contractum prohibitem.
- 11 **P**apa, promouendo spurium ad ordines, & Beneficia, creditur dispensare.
- 12 **D**eputando excommunicatum, videtur illum absoluere.
- 13 **Alienigenæ, & exteri possunt statuto ab officijs, & Beneficijs arceri.**
- 14 **R**escripta Regia habent paratam executionem.
- 15 **N**on possunt suspendi per supplicationem, & recursum, nisi damnum sit irreparabile.
- 16 **R**egia mandata exequuntur in Regno Neapolitano, causa cognita.
- 17 **E**tiam si geminata sint,
- 18 **Q**uae veniant in consequentiam non attenduntur.
- 19 **E**piscopus ad aliam Ecclesiam translatus administrat interim in prima.
- 20 **C**essat tamè accidente ad eam, nouiter prouiso, & num.22.
- 21 **E**tiam virtute Rescripti Regij deruego, y encargo.
- 23 **A**póstolicæ literæ in Indijs per se non habent paratam executionem.
- 24 **O**btinent tamè eam à literis Regijs executive libus. & num.25.
- 26 **N**ulle literæ Apostolicæ sunt necessariae in Indijs ad Dignitates, Canonicas, & Beneficia, exceptis Cathedralibus.

- 27 Pronisus ad Beneficium per Proregem, vel aliam renouetur accedente prouiso per Regem ipsum.
- 28 Regium rescriptum in specie refertur.
- 29 Duobus eodem die ad officium prouisum à Rege, & ab alio eius nomine, praferatur à Regen nominatus.
- 30 Pinguis ius habet prouisus à Rege, quam ab alio.
- 31 Duobus prouisum à Papa, & Ordinario, si neuter possideat, admittitur à Papa electus.
- 32 Duabus solutionibus in ærario faciendis concurrentibus, de mandato Regis, & iussu alterius Tribunalis; praefertur quæ à Regio mandato procedit.
- 33 Duabus officialibus concurrentibus, generali, & speciali, praefertur in actu speciali.
- 34 Inter Patronos, quis potior sit in accipienda Candela, si una tantum est danda?
- 35 Patronus est honorandus, & præferendus in sessionibus, Tace, &c.
- 36 Regia præsentatione exhibita, debet statim institui præsentatus.
- 37 Institutio dicitur necessarius actus.
- 38 Sinè Regia præsentatione, nequit Beneficio assignari Rector, & num. 41, 42.
- 39 Regia rescripta in hoc afferuntur.
- 40 Regi nostro competit præsentare ad omnina Beneficia Indiarum, etiam minima.
- 42 Institutio sinè Patrono facta, est nulla.
- 43 Collatio nulla non turbat possessorem in sua possessione.
- 44 Item, que conceditur ad præsentationem nullam.
- 45 Collatio alias nulla tenet, & accedente Patroni consensu.
- 46 Similiter si Patronus non reclamat intrà tempus ad præsentandum datum.
- 47 Actus collationis, medio illo tempore, in pendenti consideratur.
- 48 Cessante reclamatione Patroni, extuncta est collatio.
- 49 Dato impedimento in persona præsentantis, iuste negatur, vel differtur collatio.
- 50 Item, quando post tempus in præsentatione assignatum, exhibetur præsentatio.
- 51 Pronisus debet statim se ad seruendum conferre.



ARGUMENTVM.

Beneficia Patronatus vacant in casibus, in fundatione expressis; quæ vacant per promotionem à Rege nostro factam, prouidentur ab ipso; Ex duobus ad idem Beneficium electis, quis potior sit? Regia præsentatio omnino necessaria ad Beneficia Indiarum; an, & quandò institutio teneat absque Patroni præsentatione?

CAP. XXX.

P Rosequor itaque quæstionem, ac difficultatem, *suprà cap. 25. à num. 3.* propositam, & excitatam. Ergo si prouisum, ordinatum, dispositumque fuerit à Catholico Rege nostro, tanquam Pontificis vices gerente, omniumque Indiarum Ecclesiarum vniuersali Patrono, priora Beneficia, & Dignitates, post alterius incompatibilis acceptationem effectuam, vel presumptam, vacare; statim eius dispositioni, & voluntati in hac parte, standum erit, secundum doctrinam Petri Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de dispensat. ratione etat. ver-*

*bo Incompatibilitia, num. 6. Nauarr. consil. 8. de Præbend. num. 1. & 3. Gutierrez consil. 1. num. 1. & consil. 2. num. 1. Caputaq. de cis. 290. à num. 1. part. 2. Hieronym. Gonçalez ad Regul. Octau. Cancellar. gloss. 15. numer. 130. ubi docet, ipso iure, statimque vacare à Patronatus Beneficium in omnibus casibus, in quibus fundator illius ita dispositus fuerit, D. Palafox *in allegationibus por el Clero de la Puebla, con las Religiones, sobre las Doctrinas allegat. 4. artic. 2. num. 107.* adde tradita, *cap. 3. à num. 26.**

Quod autem ita sit dispositum, & prouisum à Rege nostro, patet in præsenti, (& in alijs similibus casibus quotidie evenientibus) primò ex eo, quod eo ipso, ac promoto-

tus fuit in Regia Matritensi Curia in Episcopum Tucumanens. prædictus Decanus, præsentauit in eadem Catholicus Rex Hispanus ceteros omnes, quos *suprà retuli*, cap. 25. num. 1. alium Decanatu, sequentem Archidiaconatui, & sic de alijs, in quauis Regia præsentatione affirmans, nominatum, & comprehensum in ea, præsentari per ipsum Dignitati, & Beneficio t̄ vacanti. Igitur manifestè apparet de Regia voluntate, esleque eam, vt translati, seū promoti Beneficium vacet, data saltē p̄sumptiuē illius, qui promouetur, acceptatione ad secundum Beneficium, Dignitatem, vel Episcopatum, cap. seq. num. 42.

Maxime, cum eo actu promotionis, seū præsentationis decernat Princeps, explicetque voluntatem suam, *vacuam t̄ esse*, *vel vacantem Dignitatem*, ad quam nouiter nominat, & præsentat prouisum, seū nominatum proferens; iuxta ea, quæ fundavi, ac tradidi, cap. Praecedenti, num. 28. si enim hoc contingere, & obseruari ab antiquo scimus in Romana Curia, quoniā Summus Pontifex plenissimam in Beneficialibus habens dispositionem promoti, aut translati acceptationem intelligens, vel p̄sumens, ita in nominationis, vel translationis actu pronunciet, vel exprimat; quare id ipsum Regi Catholicō, eandem habenti potestatem in horum Regnorum Beneficijs, permīssam tamē, & demandatam, ex Pontificum Romanorum concessionibus (notari ex alijs, cap. 18. num. 22. 27. & cap. 21. à num. 53. & cap. 26. num. 44.) negare debeamus?

Circā illud, quod proximè dixi post, num. 1. nempē, Catholicum Regem nostrum statim, ac promotus fuit in Curia Regia præfatus Decanus, ceteros omnes nominatos præsentasse; obitē obserua, id procedere, tūm t̄ ex Regio iure Pattonatus, quatenus eidem competit per ipsum iurisdictio, & facultas nominandi, & præsentandi ad omnes Metropolitanas, Cathedrales, Dignitates, ac alia Beneficia quævis Indiarum, vt p̄sim dictum est; tūm etiā t̄ ex eo, quod Rex Catholicus promoti Beneficia, quæ vocamus resultas in alijs itidem Regnis suis concedere soleat, & possit, vt latē tradunt Mauric. Alced. de præminent. Episcop. Dignitar. 1. part. cap. 3. num. 8. 9. Hieronym. Velez Leyba in examinē Episcopor. lib. 4. cap. 4. num. 14. Nicol. Garcia de Benefic. 11. part. cap. 6. numer. 37. D. Salcedo de leg. Politic. lib. 2. cap. 14. à num. 11.

Quo in casu recte nominat, & præsen-

tat ad ea Beneficia t̄ exteros, & alienigenas, quamvis sit statutum, vt hi ad Regni Dignitates, Officia, & Beneficia non admittantur, vt notauit D. Crespi de Valdaura obseruat. 6. à num. 7 2. cum tūm circā prohibitionem t̄ dispensare censeatur: ita docent Rebuff. de pacific. possessor. num. 217. Ioseph. Selsè decis. 274. à num. 8. Barbos. voto decis. 6. num. 14. lib. 1. D. Crespi ubi proximè, quemadmodū, cūm donat concubine; quia t̄ creditur eo casu dispensare cum lege, tales donationes prohibente, leg. 2. Cod. de donat. inter, vt notat Barbos. dist. voto 6. num. 7. ex Bald. consil. 456. num. 3. lib. 5. Petr. de potestat. princip. cap. 24. num. 217. vide tradita, *suprà cap. 13. à num. 41.* quibus adde Principem dispensare, quando t̄ contractum alias prohitum celebrat, & admittit, Alexand. consil. penult. dub. 1. lib. 5. Mart. consil. 8. num. 35. Menoch. de p̄sumpt. lib. 2. p̄sumpt. 20. n. 12. Leonard. Lass. de instit. lib. 2. cap. 35. dub. 5. Salas de legib. disput. 14. sect. 2. num. 21. Bonacin. d. Simon. disput. 1. quæst. 6. num. 8. & dixi ibidem, num. 52. Papam promouendo spurium t̄ & incapacem ad Ordines, & Beneficia, dispensare cum eo, Menoch. à num. 14. Bald. num. 7. Barbos. num. 13. ubi proximè Francisc. Reuert. decis. 437. num. 2. Carol. de Grass. de effect. Clericat. effect. 4. à num. 283. dixi, à num. 41. Deputando t̄ excommunicatum, vide ri absoluere, Mauric. Sen. alleg. 46. num. 6. part. 2. Girond. de priuileg. à num. 726. Barbos. num. 15. & dixi, dict. cap. 13. num. 51.

Quod autēm lege, t̄ & statuto fieri possit (vt pluribus in Regnis factum videmus) nē alienigenæ, & exteri ad officia, & Beneficia admittantur, vēl quod omnino p̄ferantur naturales, & originarij, & quod sint dispositiones hæ fauorabiles, inferri, dignosci, & obseruari poterit ex iuribus, & auctoribus sequentibus (à quibus etiā p̄sim animaduertitur, quid requiratur, vt id legitimè procedat) in Can. nec emeritis 12. Can. nullus 13. illic: Tūm autēm alter de altera eligatur Ecclesia, si de Ciuitatis ipsius Clero, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euuenire non credimus) poterit reperiri, Can. obitum 16. ibi: Commonemus etiā Fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittat Ecclesia, nisi forte int̄ clericos ipsius Ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad Episcopatum dignus (quod euuenire non credimus) potuerit inueniri 6 1. distinct. cap. Leges 3. ibi: Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus 3.

3. quest. 6. cap. Scitote, in illis verbis: *Vnde non oportet, ut degradetur, vel de bonore turrua quaeque Provincia; sed apud semetipsam habeat Iudices, Sacerdotes, & Episcopos, & quamcumque causam habuerit, a suis iudicibus iudicetur, & non alienis.* 6. q. 3. cap. Bonae memoriae 4. §. Intelleximus, ibi. Nec vellemus ei praescire alienum, de postulat. Prælator. cap. Quoniām 14. de offic. Ordin. cap. 1. cap. Cum terra 14. cap. Quid sicut 28. §. Supereo, de elect. cap. Ut circa 4. cod. in 6. cap. fin. de cleric. peregrin. Can. Afros. 98. distinct. Can. hortamur 71. distinct. cap. Neminem 70. distinct. l. in Ecclesijs 11. C. de Episcop. & cleric. l. vnaica. C. Non licere habitatorib. Metrocomiae loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. l. 14. § 8. & 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. Diu. Thom. 2. 2. quest. 63. art. 2. ad 4. Ade de clausulam testamenti D. N. D. Philipp. IV. sol. 27. illic: *r que tengan mucho cuidado de que los cargos, oficios, y Beneficios se den a los naturales.* D. Couarrub. practicar. cap. 35. n. 5. & 6. Petr. Rebuff. in prax. tit. de r script. mixt. à n. 7. & denominat. q. 9. n. 57. Petr. Greg. lib. 17. sintagm. cap. 6. à n. 41. Sahagun in cap. Eam te, de rescript. à n. 24. Burg. de Paz ad leges Taur. 1. p. n. 374. Portoles al Molinum, verbo Alienigena, num. 8. Oliuan, de iure Fisc. cap. 12. nn. 14. ibi: *Magna incommoda Ecclesijs, & Beneficijs Ecclesiasticis inferri; quod exteri ea obtineant, & possideant in Regno; nam Beneficia conferuntur incognitis, & non probatis, & eis, qui non resident in illis; sicque vultus sibi commissi gregis non agnoscitur; lingua populi commissi non intelligit.* Cancer. 3. p. variar. cap. 14. à num. 62. Andr. Vallens. de Benefic. lib. 1. tit. 25. à num. 6. D. Salced. de Leg. Polit. lib. 2. cap. 15. per totum, D. Crespi dicit. olseruat. 6. à princ. Donat. Anton. de Marinis resolut. iur. lib. 1. cap. 326. Ioan. Paul. Xammar. rerum iudicatar. 1. p. definit. 46. num. 11. Ludouic. Betancurt & Figueiroa in memor. sobre que las Prelacias de las Indias se den a los Capitularios de las, pertot. Carol. Scriban. in Politic. cap. 12. in fin. & cap. 14. in princip. Nicol. Isthuani Històr. Hungar. lib. 34. pag. 342. in fin. cum alijs, iuncte. l. 1. tit. 9. lib. 1. Summar. D. Episcop. Quitensis en su Itinerario para Parochos de Indios, libr. 1. tractat. 1. sess. 8. à numer. 1. Bulla Sixti V. que incipit: *In Sacrosancto,* §. 2. & sequentib. pag. 595. tom. 2. Bullar. pro Regno Valentiae expedita.

Secundò, id, quod initio huius capituli tradidi, probari videtur ea ratione,

& fundamento. Supponamus ergò dictum Ferdinandum Bohorques in Canonicum vocatum, vel alium ex promotis, virtute tuæ Regiæ presentationis Canonicatus, vel Dignitatis petere possessionem, ut contigit; sanè non videtur, hanc illi vi-
lo modo, & respectu negari posse (ni-
si in eius personam aliquod obiciatur le-
gitimum impedimentum, ut dixi cap. 11.
à numer. 50.) Titulus enim ille, Regium
Rescriptum est, dilationem t̄ exclusi-
dens, executionem continens paratam;
vimeque legis omnino obtinens, l. 1. ff. de
Confit. Princ. l. 1. & 2. C. a mandat. Princ.
l. Itēm veniunt 22. §. Sed Imperator Severus,
ff. de petition. bāreare. l. si Imperialis 11. C.
de legib. vbi Castren. n. 1. l. 30. & 52. ti-
tul. 18. p. 3. l. 1. tit. 1. lib. 2. Summar. An-
gel. in dict. §. Sed Imperator, Ioann. Pla-
tea in l. Nequè 61. Cest. de Decurionibus,
libr. 10. Afflictus decis. 128. numer. 14.
- 18 Ecclesiasticus nullam habet iurisdictionem int̄ laicos , nisi in ordine ad finem spiritualem.
- 19 Papa habet plenissimam potestatem in sacerdotes Principes , in causis spiritualibus, & num. 20.
- 21 Eique tenentur omnes integrum obedientiam exhibere.
- 22 Ergo in causa prophana , si Ecclesiasticus non desistat , ejicitur à Regno , & priuatur temporalitatibus , & num. 17.24.
- 23 Cùm procedere dicatur tunc in casu non suo.
- 25 Ità similitèr in causis Patronatus Regij sine appellatione datur recursus , & num. 26.
- 27 Quando Ecclesiasticus procedit in causa prophana , dicituretiam casus violentiae.
- 28 Fiscalis Regius debet interuenire semper in causis Regij Patronatus.
- 29 Princeps , data violentia , & iniuria in causa Ecclesiastica , iure auxiliij virtute œconomicæ potestatis subuenit oppressis , & num. 30.31.36.
- 32 Princeps appellatur parens publicus.
- 33 In Principe Supremo datur duplex potestas , Ordinaria , & Politica ; ità similitèr datur in eo duplex correctio- nis genus , & num. 40.
- 34 Politica , & extraordinaria Principie facultas , variè à Doctoribus appellatur , & num. 39.44.
- 35 Ioseph Sesse , & Petrus Nuñez de Auen- dano intelliguntur.
- 37 Hæc facultas dicitur Regalia Supre- ma , à Principe inseparabilis.
- 38 Inquisitores , & alij Officiales Inqui- sitionis , huic Politicæ potestati subi- ciuntur.
- 39 Dicitur etiam naturalis defensio , ideo à nomine impeditur.
- 41 Hoc remedio , & auxilio se , & suos defendit Princeps , & num. 43.
- 42 In hoc Patrocinio nullum actum iuris- dictionis contentiosæ exequitur.
- 45 Neque procedit ad poenam legalem , pro meritis causæ.
- 46 Ecclesiastici , ex Diuina traditione , sunt exempti à iurisdictione sacerdotali.
- 47 Qualiter vindicetur iniuria , & vio- lencia Iudici Ecclesiastico à sacerdotali illata.
- 48 Spiritualis , & Ecclesiastica potestas est Superior quocumque Magistratu sacerdotali.
- 49 Sicut Ecclesiastico conceditur , procede- re contrà sacerdotes impudentes suam iurisdictionem , ità & laico contrà Ecclesiasticum , saltē co modo iam relato.



ARGUMENTVM.

Allata capite Superiori examinantur ; recursus ad Curiam sacerdotalem , in causa Ecclesiastica conceditur , negata legitima appellatione ; ità & quandò non admittitur à denegatione institutionis Canonicae , procedit similitèr recursus , hoc casu , nulla data appellatione ; quemadmodum in causa merè prophana ; continuaturque materia circà politicam Principis potestatem.

CAP. XXXVII.

Verūm , vt ea , quæ pro tertio recur- su , & remedio præsentato non admisso tradidimus capite præcedenti , rectè , radicitusque percipientur , oportet † nos in ea materia sistere aliquantulum , ac morari .

¹ Et quidem videtur † nihil in ipso noui , & speciale concurrere , & considerari pos-

se ; in secundoque remedio , aut casu comprehendi , & contineri , quidquid in tertio valeat animaduerti , ac ponderari . Näm si tertia via in recursu ad Regia , Supremaque Tribunalia consistit ; vt prima , vel secun- da charta , & prouisio Regia cum poenis solitis , contrà Ordinarium , vel alium Praelatum collationem canonicanam inde- bibile differentem , vel negantem relaxetur ; Id sanè procedere videtur ex eo , quod ipse vim , atquè violentiam in appellatio- nis

nis denegatione, ad Superiorum Ecclesiasticum immediatum, aut etiam Sanctam Apostolicam, ac Romanam Sedem, interpositæ faciat. Nequè enim in alio casu, rectè procedere potest præfatus t recursus, in causa Ecclesiastica intentatus, secundum leg. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. ibi: Nos pertenece alçar las fuerças que los Juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas que conocen, no otorgando las apelaciones, que dellos legitimamente son inter puestas. Et ibi: Que quando alguno viniere ante ellos, quexandose que no se le otorga la apelacion, que justamente interpone. De quo latè Zeuall. in tractat. de cognitione per viam violent. in proæm. cap. 11. & gloss. 6. num. 52. & 54. & gloss. 15. num. pna. D. Salgad. de Reg. protect. 1. part. cap. 1. num. 268. & cap. 2. à num. 64. cum seqq. latè D. Almansa in alleg. iur. sæpe citata, sobre la administration del Arçobispado de Santo Domingo, à num. 103. & 158. & licet Zeuall. in dict. num. fin. præter appellationem ad Superiorum Ecclesiasticum, protestationem, id est, Regij auxiliij t impecrationem, requirat, hoc necessarium non esse rectè defendit D. Salgad. ubi proxime. Hoc ita que, quod diximus in omnibus casibus, & causis coram Ecclesiastico pendentibns, conceditur, & obseruatur, ut infra latius dicemus. Igitur necessariò t in secundo remedio, & recursu, quem presentato attulimus, includitur, & comprehenditur tertius, consequenterque nihil speciale in hac materia datur, & concurredit.

Nihilominus dicendum est cum D. Salgad. in precedenti capite tradito, habere præsentatum in hac specie, illud tertium remedium recurrendi ad Senatum Supremum, ad primæ, vel secundæ prouisionis Regiæ impecrationem, omissa appellatio ne; nam, quando appellationis ad Superiorum interpositæ denegatur effectus, continuo, vt in alijs Ecclesiasticis causis, est t in hac recursui locus, per viam violentiæ, vt latè fundat D. Salgad. de Reg. protect. 3. part. cap. 10. à num. 1. & 199. cum seqq. cum hæc defensio natura sua in secundo imbibatur remedio, negata appellationis delatione. Ita que præter hoc remedium in casu præfato, omni appella tione cessante, illo etiam recurrendi ad Senatum rectè vti poterit præsentatus; vt ei constito de institutionis denegatione, aut culpabili Prælati Ecclesiastici negligentia, & dilatione, in ea conferenda, Senatus ipse primam Regiam chartam, deruegos, y

encargo faciat expedire, vt supra dicebam us.

Specialitas autem hæc, quæ in ista materia quoad prædicta concurrit, ex eo proueniare videtur, quod ea omnis est propria, & specialis Regiæ prærogatiæ, Iurisdictionis, & Regaliæ, de qua nullo modo Ecclesiastici t ex se cognitionem habere valent, vt dixi cap. 34. à num. 30. vnde in presentationis Regiæ executionem, data Ecclesiastici denegatione, aut dilatione, naturalis t immediatus, & proprius ex natura ei recursus videtur, ad eundem Principem concedentem, & ad illum Superiorem, cui de ea re competit discernere, & cognoscere. He enim presentationes, & nominationes t ad Regalias Regias spestant, Camill. Borrelli. de præstant. Regiæ Catholicæ. cap. 5. num. 7. & ex eo, Zeuall. ubi supra, gloss. 8. num. 18. & alij infra, de quibus solus t Princeps cognoscit, dixi cap. 44. num. 16.

Qui, & Senatus in Ecclesiasticum institutionem negantem, vel ipsius iniuste executionem differentem, nullo alio vti possunt medio, vt effectum presentationis, & collationis canonicae consequantur, quam eo, quod in Regijs prouisionibus continetur; nè aliàs Regijs iuris Patronatus t derogatio, aut mutatio indicatur, vnde scandala, rixæ, aut alia damna possent oriri, vt ex leg. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. obseruant Ignat. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. crimin. cap. 54. num. 20. Zeuall. dict. gloss. 8. num. 7. 9. & 15. D. Salgad. de suppli cat. ad Sanctiss. 1. part. cap. 4. num. 26. & seqq. & num. 36.

Qui ex eadem ratione æquè docent, Summorum Pontificum Rescripta, & Decreta in Regio solere Consilio retireti, vt quotidiè videmus, donèc Sanctissimus Pater, gregisque Dominici vniuersalis Pastor, debite informetur, nè aliàs pax publica detrimentum patiatur, optimè ad hanc totam materiam videndus, loquitur Iacob. Simanc. de Catholicæ. institut. tit. 45. de pœn. num. 35. ibi: Si aliquid Papa decernat contrà publicam utilitatem, vt putas contrà Patronatus laicorum, contrà ius eligiendi Beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quippiam simile, manu Regia retinéri soleat, quia Regum officium est, ab his iusmodi iniurijs populos sibi subiectos liberare, & iure naturalis defensionis, licet Principibus sæcularibus, cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, salua semper in omnibus Summi Pontificis autoritate, obvia rebusui notorio Ecclesiastice potestatis, nè

pax publica perturbetur, & commune bonum detrimenturi patiatur, Zeuall. commun. contrà commun. quest. 897. num. 363. Ade de Theologos, & Canonistas summae recommendationis, hoc ipsum optimis fundamentis, & rationibus defendantes, Cardin. Caietan. in tractat. de auctorit. Papae, cap. 27. Victor. eodem tractat. proposit. 7. Cordub. quæs. 8. Innoc. & Hostiens. in cap. Quæst. 4. de consuetud. Abb. in cap. Sicut, de iure iurand. Siluestr. in Summa, verbo Papa, §. 15. latè Petr. Marca in concord. Sacerdot. & Imper. lib. 3. cap. 15. §. 9. & alij infrà cap. seq. à num. 9.

- 13 Suprà traditus discursus eorum & exemplo confirmatur, quæ quotidiè in Senatu contingere videmus, in causis merè prophanis, & ad Regiam spectantibus iurisdictionem; quandò nempè de eis intè laicos cognoscere intendit Ecclesiasticus; In his enim hoc eodem remedio ad Regiam Maiestatem, & ipsius Regia Consilia, & Tribunalia recurrenti grauata pars vtitur sempè, absque & eo, quod intercedat, vel proponatur appelliatio, Rodrig. de annuis redditib. lib. 1. cap. 17. à num. 71. D. Salgad. dict. 1. part. cap. 2. à num. 65. cum alijs, Zeuall. dict. gloss. 15. num. fin. vbi etiàm ait, quod sine appellatione, & protestatione ex officio Senatus Regius, & ei damno subuenire solet, fac. Menoch. consil. 322. à num. 20. Socin. Iun. consil. 87. lib. 3. Zeuall. dict. quest. 897. num. 276.
- 14 taliter, vt si de facto & inconsideratè laicus rens ad Ecclesiasticum Superiorem appellationem emiserit, eique delatum sit, adhuc dantur in Senatu Regio literæ, vt auocetur processus, Ecclesiasticoque inhibetur. D. Couarrub. practicar. cap. 35. num. 3. vers. At si laicus, Zeuall. vbi proxime, num. 275. cùm tunc Regis iurisdiction, & potestas usurpata, & ac violata attendantur, habeatque omnino locum oeconomica facultas, & Regalia Principis, usque ad mulctam, & solitas poenas, si Ecclesiasticus procedat, nec abstineat, ac remittat, D. Gregor. Lopez in leg. 57. tit. 6. part. 1. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 71. num. 55. D. Solorzan. de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 27. num. 34. D. Larr. alleg. 64. num. 11. & à num. 21. Giurb. consil. 49. num. 16. Cur. Philipic. 3. part. §. 3. num. 2. Ayllon. ad Ant. Gomez, tom. 3. cap. 10. num. 8. adde Prado Verasteg. in dict. defens. Canon. art. 3. num. 230. Zeuall. comm. contrà commun. quæs. 879. num. 630. Marca in concord. lib. 4. cap. 16. §. 4.
- 15 16 17

Quæ omnia ex eo procedunt, quod il-

la cognitione Iudicis Ecclesiastici in perniciem tendat, & damnum Regiae iurisdictionis, vt predicti Auctores aduertunt, cùm nullam t habeat (nec Romanus Pontifex) temporalem potestatem, & iurisdictionem intè laicos, nisi in ordine ad finem spiritualem, cap. Licet 10. de for. compet. cap. Si duobus 7. §. Denique, de appellat. cap. Per venerabilem 13. qui filii sunt legi. cap. Principes 23. quest. 5. cap. Imperium 10. distinct. Barthol. in leg. Cunctos populos, num. 41. vers. Per hoc viderur, Cod. de Summ. Trinitat. & Fid. Cathol. Nanarr. in cap. Non uit. de Iudic. D. Couarrub. vbi suprà, cap. 31. num. 3. P. Suarez adu. s. Regen Angliae, lib. 3. cap. 5. num. 21. & cap. 7. num. 3. & cap. 22. à num. 2. & lib. 3. de legib. cap. 6. Fr. Francisc. Sousa contrà incognitum, num. 52. P. Fragos. de regim. Republic. 1. part. lib. 2. disp. 4. §. 4. num. 264. 333. & 335. P. Dian. 1. part. Moral. tract. 2. de Immun. Eccles. resol. 122. Cardin. Bellarmin. de laicis, lib. 3. cap. 3. Calixt. Ramirez de leg. Reg: §. 2. num. 36. Paul. Christin. decis. 22. num. 1. vol. 1. P. Molin. de ius in iur. tractat. 2. disput. 29. num. 8. & seqq. D. iad. de libert. Christian. lib. 1. cap. 15. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 32. & consil. 1. num. 37. vol. 1. Sacca consil. 8. num. 45. Ciriac. controv. tom. 4. controv. 552. num. 22. Camill. de Medic. consil. 10. à num. 43. Marth. de iurisdict. 1. part. cap. 17. Zeuall. vbi suprà, num. 276. & quæs. 899. num. 122. & in tractat. de cognition. per viam violent. in prolog. num. 75. D. D. Martin. de Velasco, & Molin. Limensis Vicarius & seù Prouisor, qui postmodùm fuit Episcopus Pacensis in allegat. iur. por la jurisdiccion Ecclesiastica, sobre el abuso de los traxes, fol. 8. & seq. D. Salced. de leg. Politic. lib. 2. cap. 1. num. 30. Peralt. de la potestat secular, cap. 3. à num. 12. cum seqq. Illustris. D. Ramos en la respuesta de Espana al Manifiesto de Francia, sobre las las pretensiones de la Reyna Christianissima, §. 13. & seqq. not. 96. fol. 124. B. & obitèr, §. 4. post not. 26. fol. 54. B. D. Crespi de Valdaura obseruar. 23. num. 163. D. Anton. de Castro en el discurso iuridic. sobre el origen de los millones, y obligacion de los Ecclesiasticos de contribuir en ellos, num. 90.

Secùs autem est (quod dixi de Papa) quandò negotium, & cognitione in finem tendit spiritualem; tunc enim Summus Pontifex plenissimam habet, etiàm & in seculares Principes potestatem, & iurisdictionem, cap. Omnes, distinct. 22. cap. Non uit. 13. de Iudic. cap. Solitæ 6. de maior. & obed.

obed. cap. Ad Apostolicæ 2. de sentent. & re iudic. in 6. Diu. Thom. de regim. Princip. lib. 1. cap. 1. & 6. cum alijs. Param. de origin. Inquisit. lib. 3. de Summi Pontific. potestat. quæst. 1. opinion. 3. num. 11. & 21. & opin. 4. num. 1. 31. & 58. Guazzin. de pac. & treg. 1. part. quæst. 6. num. 3. Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disp. 4. quæst. 9. num. 215. Ioan. Driedo de libertat. Eccles. dict. lib. 1. cap. 15. P. Molin. de iustit. tom. 2. disput. 29. D. Salgad. de Reg. pro. teat. 1. part. cap. 1. prælud. 5. num. 295. Victor. vbi suprà, tom. 1. propos. 7. num. 10. Fr. Hyacinth. Donatus rerum Regular. tractat. 8. quæst. 3. num. 1. part. 1. Paul. Rub. resol. practicab. cap. 1. num. 64. & alij vbi- cumquè ergò animæ periculum veriuit, competens est † Summus Ecclesiæ Præsul ad cognoscendum, decidendumque. Zoa- netus de Roman. Imper. num. 221. ex cap. Possessor malæ fidei, vbi gloss. de Regul. iur. in 6. cum alijs D. Valenç. contrà Vene- tos, 5. part. num. 96. Cardin. Belarmin. lib. 5. de Summ. Pontific. cap. 6. P. Suarez aduers. Reg. Angl. lib. 4. cap. 2. Marth. de iurisdict. 1. part. cap. 17. Torreblanc. de Magia, lib. 3. cap. 26. à num. 11. Cui Prin- cipes omnes integrum † tenentur obedien- tiam exhibere, Extrau. vnam sanctam, de maiorit. & obed. Sot. de iustit. lib. 2. quæst. 6. art. 4. in fin. Lel. Zechius Politicor. lib. 2. cap. 5. à num. 1. Thom. Bozius de iur. na- tural. & Diuin. Eccles. libertat. lib. 5. cap. 4. & seq. Henric. Farnes. de Perfect. Princip. tom. 3. de Religion. in princ. & cap. 3. 20. & 24. Iodoc. Cocius in Theffaur. Cathol. tom. 1. lib. 7. de Hyerarch. Ecclesiast. artic. 8. D. Gueuar. in propugnac. contrà Venetos assert. 2 §. 1. num. 4. Petr. Gregor. de Re- public. lib. 1. 2. & lib. 1. 5. sintagmat. cap. 14. num. 12. D. D. Andr. de Riaño en el memo- rial, sobre la contribucion del Estado Eccle- siastico en las Sisas, num. 115. & alij. Apùd Nos, lib. 1. tit. 1. part. 2.

Ergò Ecclesiasticus Iudex in eo casu monitus, si ab incoepis non desistat, cau- famque seculari non remittat, tanquam præminentia, & potestatis Regiæ usurpa- tor, per suos tramites † à Regno ejicitur, temporalitatibus priuatur, lib. 4. tit. 1. lib. 4. Recopil. ibi: Mandamos, que los Pre- lados, y juezes Ecclesiasticos, que usurpan la nuestra juridicion Real, y en ella se entro- meten en los casos que no les es permitido por derecho, que por el mismo hecho ayan perdi- do, y pierdan la naturaleza, y temporalida- des, que en los nuestros Reynos han, y tie- nen, y sean auidos por estranos dellos, y no

los puedan mas auer, ni tener en nuestros Rey- nos, D. Couarrub. dict. cap. 3. 5. num. 3. Auilès in cap. 3. Pretor. verbo Iurisdiction. num. 3. & cap. 20. verbo Usurpan, Garc. de nobilitat. gloss. 9. num. 22. ibi: Quod si Index Ecclesiasticus, qui cognoscit de laico in causa mercè prophana, à Senatoribus Re- gijs per literas syllatas monitus non desis- stat, rectè capit, & captus mittitur ex- trà Regni fines, quia impedit, & usurpat Regiam iurisdictionem, Camill. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 71. à num. 58. Padill. de leg. Pœnal. 2. part. cas. 8. num. 4. D. Larrea alleg. 64. num. 11. & 16. Cùm eo casu procedere dicatur in iurisdictione, † & materia non sua, dict. lib. 4. ibi: En los casos que no les es permitido, Peguer. in prax. crim. cap. 24. num. 5. Cancer. 3. part. variar. cap. 10. à num. 45. & 49. rectè Ale- xandr. Sperell. decis. 104. num. 6. Marca vbi suprà, lib. 4. cap. 18. §. 2. vbi de hac nostra praxi mentionem facit, Curia Phi- lipic. 1. part. §. 5. num. 35. & alij. Facit etiàm benè consultatio quedam à Sena- tu Cathalonico Inuictissimo Carolo V. Regi, ac Domino nostro, facta die 13. Fe- bruario 1551. in qua Regaliæ continentur, de quibus Rex noster Catholicus eo in Prin- cipatu valet cognoscere; & intèr alias, hæc connumeratur ita: Proceditur insuper † contrà dictos Prælatos, & alias perso- nas Ecclesiasticas, impedientes cum suis pro- cessibus Regiam iurisdictionem, ad occupa- tionem temporalitatum Ecclesiasticorum; ex- trat apùd Narcis. Peralt. de la potest. secu- lar. cap. 15. post num. 3. vers. Item cum Cle- rici, fol. mihi 78. E.

Ergò eodem modo, in hac nostra ma- teria Regiæ iuris Patronatus, ab eodem principio, prouisionis Regiæ de ruego, y encargo prouenit relaxatio, & expeditio; qua Prelatus, vel alius Ordinarius Eccle- siasticus monetur, rogaturque, vt præsen- tato conferat institutionem, seu collatio- nem canonican; videlicet ab usu, exerci- tio, & celeri huius Regiæ præminentia, & Regaliæ executione, quæ nullo preteritu im- pediri, aut differri debet, nec † ab Ecclesiasti- co usurpari dict. Reg. Sched. general. anni 1574. per totam. Vnde quemadmodum in casu iurisdictionis Regiæ violatae, aut usur- patæ, prædictis prouisionibus Regijs, sine appellatione, vel ipsius denegatione locus fit; etiàm usque ad Iudicis Ecclesiastici temporalitatum occupationem, & eiusdem à Regno expulsionem, ad partis oppressæ instantiam, & supplicationem; aut etiàm ex officio, qui casus dicitur etiàm violen- tia;

27 tie; sicut quandò appellationi † non defert Ecclesiasticus leg.7. tit.2. lib.3. Recopilat. latè Bouad. in Politic. lib.2. cap. 17. & 18. D. Salgad. remissione, de Reg. protect. i. part. cap.1. num.3. Zeuall. in dict. prolog. n.58. & 63.

Ità similitè ob eandem rationem, & causam, huic materiae Regij iuris Patronatus, fæculari Tribunali priuatię, id ipsum accidit, poteritque illud cuvis damno adhibere medelam, ad partis grauatę, vel Fiscalis Regij querelam, & instantiam; huic enim maxime inuigilare, † & curare spectat, nequid in Iuris Patronatus Regij perniciem, & damnum fiat, & eius causis interuenire sempè, Cardin. Seraphim. decis. 1395. num.7. Ludouic. Posth. decis. 238. num.26. Cabed. de Patronat. Reg. Conron. cap.18. num.6. adde tradita infra cap. 44. à num.5.

In causis autem coram Ecclesiastico legitime formatis, quandò Suprenius fœcularis Princeps, aut ipsius Senatus, ad vim, iniuriam, & violentiam tollendam, se interponit, non ex hoc prouenit fonte; sed ab altiori dimanat radice. Eo namque casu † iure auxilij, defensionis, & Patrocinij petitus, & vocatus Princeps, tanquam Supremus temporalis potens, & valens, vt dicunt Zeuall. passim in dict prolog. & Torreblanc. de iur. spiritual. lib.15. cap.10. num.17. vel pro Regia excellentia, num. 24. per extraiudicalem † notionem, vir-

tute Politicæ, seu Oeconomicæ naturalis potestatis, quæ eo, diuinoque iure in Supremo ipso Principe, & per eum in Magistratis suis residet, dict. leg.35. & seqq. eti. 5. lib.2. Recopilat. vt postea dicemus, procedit; in cuius vim, & executionem inferiores omnes, & subditos protegere, ac defendere, vique, atque iniuria oppresis, & grauatis, continuò subuenire † tenetur;

81 hoc enim secum trahit Regum officium, leg. 1. §. Quies, ff. de offic. Prefeit. vrb. Petr. Biess. de Republic. lib.4. Petr. Gregor cod. tractat. lib.13. cap.12. num.16. & lib. 6. cap.8. Lips. in simil. trattat. lib.2. cap. 6. Senec. de consolat. ad Polyb. cap.26. lo- quens de Cæsare sic concludit; omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio; quos refert, & sequitur Garc. Mastrill. de magistrat. lib.3. cap.1. num.86. & ex eo, D. Salced. de leg. Politic. lib.1. cap.7. à num. 35. vbi plura in hunc finem congerit Georg. Pagliar. ad tacit. lib.1. obseruat. 3. & 454. D. Molcofo in discurs. legal. contrâ el Mar-

ques del AgUILA, por el desacato que tuuo en Palacio año 1635. con Don Juan de Herrera, num.9. Thom. de Oña Aduocat. Matritensi, en la dedicatoria del libro Fenix de los Ingenios, en la translacion à su Capilla de la Virgen de la Soledad, adde Casiidor. variar. lib.4. Epistol. 42. vbi Princeps † Parens publicus appellatur, leg. Relegatus 19. ff. de interdict. & Relegat. iunctis Luc. de Penn. in leg. Quæcumque Cod. de omni agro disert. lib.11. Castrensi. consil. 21. num.9. lib.3. Roland. à Vall. consil. 18. numer.22. lib.2. Gig. de crimin. lege Maiestat. quest. 7. num.4. D. Gregor. Lopez in leg. 2. tit.19. part. 2. gloss. 3. & in leg. 4. tit.15. part. 4. gloss. 6. Ioan. Ignac. in leg. Necessarios, §. Non alias, ff. al Senat. Consult. Syllan. num.19. & 660. D. Valenç. contrâ Venetos, 4. part. num.188. Calixt. Ramirez de leg. Reg. §. 5. num.2. Mar. Giurb. de success. feud. §. 2. gloss. 1. num.4. Prado Verastegui in defens. Canonica sèpè cita- ta, num.190. Capiblanç. de Baronib. prag- mat. 1. num.6. Ioan. Francisc. de Castill. decis. 171. num.56. D. Salgad. dict. 1. part. cap.7. num.55. D. Crespi obseruat. 5. num. 141. & obseruat. 15. num.117. cum alijs, vt trad. infra, cap.42. num.39.

Ad quod supponendum, & obseruan- dum est, in Principe Supetorem in tem- 33 temporalibus non recognoscente, duplice- dari, & considerari oportere † potestatem, & iurisdictionem; aliam, quam contentio-

sam vocamus, quas in suos laicos vassallos, & subiectos, quoties opus est, vtitur; & aliam, quæ propriè OEconomina, & Po- litica dicitur (appellatur etià varie † à Doctoribus, naturalis defensio, tuitio, au- xilium, patrocinium, &c.) Affict. decis. 24. num.9. Borrell. dict. cap.71. à num.58. P. Suarez aduersus Reg. Angliae, lib.4. de Immunitat. cap.34. à num.30. & de legib. lib.3. cap.2. P. Baldell. Theolog. Moral. lib.5. disput. 10. & per tot. lib. Anton. Oliuan. de iur. Fisc. cap.9. à num.27. Torreblanc. dict. cap.10. à num.21. doctiss. Fontanell. de pact. nuptialib. claus. 4. gloss. 13. part.3. num.8. & 17. Zeuall. in dict. prolog. num.45. 149. 210. & dict. quest. 897. num.238. & paſsim, D. Salgad. dict. 1. part. cap.1. à num.1. & prælud. 3. num.90. in fin. vbi Sesse de inhibition. cap.8. §. 3. num.62. & seq. & in Epistol. ad Regem nostrum, tom.2. decisionum, num. 71. referentem, & sequentem Auendañ. de exequend. mand. 1. part. cap.1. num.32. qui hanc notionem, & tuitionem, vocat jurisdictionem, intelligit pro potestate, †

32

33

34

35

35

& extra judiciali cognitione, & prælud. 5. numer. 194. & 324. Dom. Salced. dict. cap. 7. numer. 25. & 59. & s. 1. à num. 76. & cap. 10. à numer. 1. &c alij plures, quos infrà tradimus) sic distinguunt communiter Doctores omnes, qui de hac materia tractant, vt in iplo- rum quolibet licet animadvertere. Dom. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 27. à num. 50. vbi plures invenies, nouis- simè, ac optimè Peralta. vbi supr. cap. 9. num. 1. in illis verbis:

P En lo Princep Secular se troban dos iurisdiccionis, una contenciosa, y me- rē iurisdictional, y altra Politica, y Economica. De la iurisdiccion contencio- sa, en orde als vassalls, y subdits Se- culars, nos trata en lo present; sino de la que iure patrocinij, & defensionis, que es la Economica, en força de la qual com- peteix als Princeps Seculars la concexensa, y punicio dels fets Ecclesiastichs, &c.

In vim itaqùe huiusmodi ceconomia, & naturalis protectionis, quoties t summa vrget necesis, vi, & iniuria oppressos ab Ecclesiasticorum manu, & potentia eripit Princeps secularis, ipsoque Ecclesiasticos Iudices, in hoc à iure, & rectis deviantes institutis, eo medio, & patrocinio compescit, & de- tinet; Dom. Couarrub. dict. cap. 35. numer. 3. Henriquez in Summ. part. 2. libr. 4. de irregularitat. cap. 12. numer. 6. Ignat. Lopez de Salced. ad Bernard. Diaz in prax. crimin. dict. cap. 102. lit. A. Bartholom. Humad. ad Dom. Gre- gor. Lopez, in l. 65. titul. 5. part. 1. gloss. 8. numer. 7. Petr. Cened. ad De- cretum, Collectan. 37. numer. 9. Mich. Ferrer. 3. part. observat. cap. 172. Oli- uan. vbi suprà, cap. 9. numer. 27. & sequent. & cap. 14. numer. 145. Sic in- telligendus iuxta ea, quæ docuerat in dict. cap. 9. Dom. Felician. de Vega in cap. Quantò 3. de Iudic. numer. 100. Pe- guer. dict. decis. 91. numer. 17. & per tot. & in prax. crim. cap. 24. in fin. & per tot. Cancer. 3. part. Variar. cap. 10. num. 47. Fontanell. decis. 309. numer. 15. Dom. Salgad. vbi suprà, Dom. Sal- ced. dict. cap. 10. à numer. 7. & 60. Otalor. de Nobilitat. 1. part. cap. 1. Mar- ca vbi suprà, & libr. 3. cap. 9. num. 7. Nathen. de iustit. vulnerar. 1. part. titul. 2. cap. 3. numer. 1. & 3. Alvarez de Velasco. de Iudic. perfect. rubric. 13. an- not. vnic. num. 3. Peralta. dict. cap. 17.

Tom. I.

à numer. 3. Pareja instrument. edition. ti- tul. 2. resolut. 6. spec. 3. à numer. 281. & resolut. 7. numer. 1. Dom. Episcop. Araujo de stat. civil. disputat. 4. diffic. 2. numer. 24. Dom. Cresp. de Valdaur. obseruat. 3. à numer. 1. Dom. Montema- yor ad decisiones Hispaniolas, vigil. 2. num. 26. & vigil. 22. à princ.

Dicitur rursùs hæc tuitio, & defensio, Principis Suprema t Regalia, à Regaliarum natura, & essentia inseparabilis, ac im- mutabilis, dixi cap. 2. num. 81. & docent Thom. Mieres ad Constitut. Cathalon. 2. part. collat. 10. cap. 35. num. 26. Iacob. Calicius in extranagator. Curiar. cap. 7. num. 71. Anton. Oliuan. vbi suprà, cap. 11. num. 56. & cap. 14. à numer. 6. & 113. Salas de legib. disput. 7. sect. 16. nu- mer. 79. Baldell. dict. num. 58. quem se- quitur Zeuall. in dict. tractat. de cognitione per viam violent. gloss. 8. numer. 18. D. Leo decis. 19. à num. 7. lib. 3. vbi alios refert Marius Cutell. in C. ad leges Martini Regis, controuers. 13. num. 4. & 14. (vbi advertit in concordatis cum Sancta Inquisitione t non comprehendi hanc ceconomicam potestatem, sique in casu occurrenti contra Inquisidores, & alios eiusdem fori, rectè ea vti posse Princi- pem secularis, & ipsius Senatus, post eum relatis Petr. Bellug. in Specul. Prin- cip. rubr. 18. Giurb. consil. 49. num. 16. & D. Salgad. de Reg. protection. 1. part. cap. 2. à num. 273. qui tamè id non di- cunt; docet nouissimè D. Crespi dict. ob- seruat. 3. à n. 33.) Torreblanc. d. cap. 10. n. 29. D. Salg. d. 1. p. cap. 1. prælud. 3. n. 97. & cap. 2. n. 28. & 43. D. Salced. vbi supr. lib. 2. cap. 6. n. 2. & lib. 1. cap. 7. à n. 43. Fontan. decis. 316. nu. 3. & 20. idem D. Crespi obseruat. 60. n. 77. Ideòque rectè dicitur naturalis defensionis species, quæ à nemine t valeat impediri, Marth. de iurisdic. 4. part. centur. 1. cas. 56. num. 7. Ioann. Thom. Minadoys decis. 27. nu. 2. D. Salgad. dict. cap. 1. n. 83. Torreblanc. de Magia, lib. 3. cap. 27. de inhibit. à nu- mer. 5.

Ità similitèr, iuxta potestatum, & iuris- dictiōnum differentiam, datur in eodem Principe t duplex punitionis, coertiō- nis, & emendationis genus; aliud, quod pro contentionis competit iudicijs; de quo noster non est sermo; & aliud na- turale, & defensuum, per quod, sua- dente, & impellente natura, necessita- teque se, & suos defendit, ac prote-

Bb

git

git; Ecclesiasticos, & exemptos pacis publicæ turbatores, legum, quas servare tenentur, transgressores, ac violatores, alioquì, quo quis modo scandala, vim, & iniuriam, damnaque irreparabilia subditis, & publico, ac bono Regni statui inferentes, & inducentes, coercet, & punit Officio, ac
 41 Dignitati suæ t̄ consulens, & prouidens, Diu. Augustin. ad Emeritum, Epistol. 164. relatus in cap. Nostri 23. quest. 3. per hæc verba: Nostri aduersus illicitas, & priuatas vestrorum violentias (quas, & vos ibi, qui talia non facitis, doletis, & germitis) à potestatibus ordinatas, tuitio- nem petunt, non qui vos persequantur, sed qua se defendant. Adde optimam Epi-
 stol. Dini Isidori Pelusiota libr. 5. Epi-
 stol. 268. ad Cyrilum Episcopum, quæ se-
 cundūm versionem Pat. Andreæ Scoro Societatis Iesu, editam Parisijs ann. 1638.
 talis est: Sacerdotij olim Dignitas pec-
 cantes redarguebat Reges, regebat que: Nunc
 verò bis subiecta est; decus tamèn pristinum
 non amisit; sed qui Sacerdotio iniciari sunt
 non eodem modo, quo apud sacerdum prius
 memorie maiorum se gesserunt; olim enim
 cum Euangelicam, & Apostolicam duce-
 rent vitam, qui sacris ritè operabantur,
 meritò Regiae Dignitati erant terrori, nunc
 verò contrà Regia Maiestas Sacerdoti, vel
 potius non ipsi, sed ijs, qui Sacerdotes
 quidem videntur, factis autem statui sunt
 iniurijs. Rectè igitur consulunt, aguntque
 Reges. Non enī Sacerdotium ledre pro-
 positam est his quotquot Religiosè ipsi re-
 uereantur, sed vindicare lassam Dignita-
 tem ab ijs, qui non debite administrant,
 satagunt. Quam rectè expendit D. Pre-
 fess Chumazero in memorial. ad Sanctiss.
 sobre la suspension de la Nunciatura de Es-
 paña, fol. 3. vbi advertit, aliter legi in
 editione Romana. Iunctis Salas de legib.
 tractat. 14. disputat. 14. section. 9. nu-
 mer. 111. Tanner. 2. 2. disputation. 4.
 quest. 4. dub. 1. num. 30. Henriquez vbi
 suprà, Pat. Molin. de iustit. & iur. tra-
 ctat. 2. disputat. 31. conclus. 4. Ioann.
 Ignac. in dict. §. Non alias, num. 611.
 Alphons. Alvarez in Specul. Summ. Pon-
 tific. cap. 36. Dom. Gueuar. in defensor.
 contra Venetos, assert. 1. §. 4. numer.
 31. PP. Suarez, Azor, Victor, Soto, &
 alijs, apud Thom. Delbene in tractat. de
 Comitijs, seu de Parlament. dub. 4. sub
 section. 2. numer. 7. & sub section. 7.
 numer. 2. & 7. Mar. Cutell. de pris.
 & recent. Ecclesiar. libertat. lib. 2. quest.

18. & ad leges Federic. Regis, cap. 22.
 not. 24. num. 5. Giurb. dict. numer. 16.
 versic. Sed licet, Dom. Salced. dict. cap. 10.
 num. 33.

In quo nullum Sæcularis Principis
 contentioſæ iurisdictionis t̄ exequitur
 actum; Totum enim negotium hoc in pro-
 pria, & inorum defensione t̄ sifit, nec
 se ultra extendit, Toireblanc, dict. cap.
 10. à num. 19. & ex infra dicendis latius
 patebit, ob quod vere, & rectè dici-
 tur, appellatur, & est hæc œconomica
 administratio, & praxis, tuitio, t̄ &
 defensio, Oliuan. vbi suprà, cap. 8. nu-
 mer. 30. Zeuall. in dict. prolog. num. 49. &
 alij.

Nec etiā procedit ad poenam t̄ le-
 galem, quam iuxta Sacros Canones, Ec-
 clesiasticum incurrisse visum fuerit; hu-
 ius enim cognitio, & distributio suo spe-
 ciat Ecclesiastico Iudici, estque hoc omi-
 ne extrà sæcularis Principis, & ipsius
 Senatum potestatem, & intentionem;
 de hoc enim discernere, cognoscere, &
 iudicare sæcularibus non competit, à
 quorum t̄ iurisdictione omnino sunt e-
 xempti, ex Divina traditione Synod. Ro-
 man. 4. sub Symmach. Papa, Canon. 3.
 Concil. Colonicens. part. 9. cap. 20. Con-
 cil. Lateranens. sub Leo X. session. 9. ad
 fin. Concil. Tridentin. session. 25. de re-
 formation. cap. 20. cap. In novo 21. di-
 stinct. cap. Sacrosancta 2. §. Hæc verò 22.
 distinct. cap. Legimus 93. distinction. cap.
 Quamquam 4. de censibus in 6. cap. Ad-
 uersus 7. de Immunitat. Eccles. cap. Ni-
 mis 30. de iur. iurand. cap. Relatus, cap.
 Continua 11. quest. 1. cap. Futuram 12.
 quest. 1. cap. Sacerdotibus 11. quest. 1. cap.
 Ita Dominus 19. distinct. cap. Bene quidem,
 cap. Denique, cap. Si Imperator 96. distin-
 cit. cap. Cùm non ab homine 10. de Iudic. cap. 2.
 cum similibus, de for. competent. Noua
 Friderici constitut. statutus, Cod. de E-
 pis cop. & Cleric. Felin. in cap. Ecclesia
 Sanctæ Mariæ, de constitut. num. 81.
 Pat. Suarez de legib. lib. 3. cap. 34. nu-
 mer. 15. & aduers. Reg. Angl. lib. 4.
 cap. 8. Dom. Valençuel. contra Venetos,
 4. part. à numer. 1. & numer. 37. Gue-
 uar. in propugn. assert. 1. §. 7. num. 31.
 Graff. de effect. Clericat. effect. 1. à num.
 1. Dom. Couarrub. practicar. cap. 31.
 cum duobus seqq. Pat. Sanchez consilior.
 Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. vbi plures,
 & plurare fert Carol. de Graffal. de Regal.
 Francia, lib. 2. cap. 16. Alexand. conf. 4. n. 6.
 lib.


lib. 7. Ioann. Baptif. Laderch. *confil.* 74.
num. 14. Anton. Faber. *ad titul.* Cod. de
iur. Patronat. *defin.* 6. *in not.* num. 6.
Pat. Dicastill. *de iuslit.* & *iur. lib.* 2. *tra-*
ctat. 1. *disputat.* 4. *dub.* 9. *numer.* 151.
Bobadill. *in Politic. libr.* 2. *cap.* 18. *nu-*
mer. 62. Dom. Castill. *de tertij,* *cap.* 9.
à *nun.* 1. Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *ti-*
tul. 1. *disputat.* 2. *sect.* 1. *numer.* 392.
vbi plures refert Barbos. *in dict.* *cap.* 20.
Concil. Tridentin. & *in cap.* Ecclesia San-
cta Mariae, *de constitut.* *numer.* 19. &
in dict. cap. Quamquam, à *numer.* 2. &
de *iur.* Ecclesiast. Uniuers. *lib.* 1. *cap.* 39.
num. 3. Beillet. *disquisit.* Clerical. 1. *part.*
titul. *de favor.* *person.* §. 1. à *num.* 18.
& *de exempt.* Cleric. & eorund. bonor. à
muner. public. §. 1. *num.* 2. Pat. Dian.
7. *part.* Moral. *tractat.* 1. *resolut.* 2. &
3. & 1. *part.* irat. 2. *resolut.* 1. Ciar-
lin. *controvers.* forens. *libr.* 1. *cap.* 103.
num. 53. Garc. *de Nobilit.* gloss. 9. *num.*
16. Delbene *de Immunitat.* Ecclesiar. *cap.*
1. *dub.* 2. & *cap.* 5. *dub.* 8. *numer.* 4.
Dom. Larr. *decis.* 4. *num.* 19. Balboa
in cap. 2. *de Iudic.* à *numer.* 18. Torre-
blanc. *de Mag.* *dict.* *cap.* 27. *num.* 24.
& *de iur.* spiritual. *dict.* *cap.* 10. *numer.*
11. & 16. Zeuall. *in dict.* *prolog.* *num.*
93. Giurb. & Dom. Salced. vbi *suprà*,
idem Salced. *dict.* *libr.* 1. *cap.* 7. §. 1.
à *num.* 202. Gabriel. à Sanct. Vincent.
de censur. *disputat.* 4. *quest.* 9. §. 23.
num. 302. Hieronym. de Prado Veras-
tegui, Canonicus Granatensi. *en la defen-*
sa canonica por la jurisdicion Ecclesiastica
de aquella Ciudad, y justificacion de lo
obrado por su Arçobispo Don Ioseph Argaez,
sobre restituir la multa de mil duca-
dos en que fue multado por la Real Chancilleria
el Canonigo Don Francisco de Peralta
Caluillo, articul. 3. *num.* 164.

Discrimen vero, hoc in loco ob-
servare, oportet inter vim, & iuriarum
ab Ecclesiasticis Iudicibus priuato sœcu-
lari, vel non sœculari, aut etiam Ma-
gistratui, seu Officiali Regis illatam; &
eam, quam t Magistratus, seu aliis qui-

47

uis sœularis ipsis Ecclesiasticis Iudici-
bus, & Prælati inferunt; vt prima na-
turalis defensionis, & potestatis via, vt
dixi: compescatur, auferatur, ac re-
primatur; illa vero, quæ Prælato, &
Ecclesiastico Iudici fit, iure suo ordina-
rio per potestatem spiritualem vindican-
da est, cum sit semper superior quocum-
que t sœulari Magistratu, *cap.* Prin- 48
ceps 23. *quest.* 5. *cap.* 2. *de maledic.* *cap.*
Qualiter, & quando 17. *de Iudic.* *cap.*
Legimus 93. distinct. Innoc. *numer.* 1. Ho-
stiens. *numer.* 8. Ioann. Andr. *numer.* 11.
& alij, *in cap.* 1. *de offic.* Iudic. Ordin-
inar. vbi Vela 2. *part.* à *numer.* 7. &
71. Pat. Suarez aduers. Reg. Angliae, *li-*
br. 4. *de Immunitat.* Eccles. *cap.* 34. *nu-*
mer. 32. Pereyr. *de man.* Reg. *libr.* 2.
cap. 52. *numer.* 6. & 33. Pius Viues in
discurs. Apologetic. pro Immunitat. Ec-
clesiast. lit. A. pagin. 18. Memoriale ad
Regem, sobre deber preceder el Presidente
de Hazienda à Consejero de Estado, anno
1616. editum *numer.* 133. Dom. Al-
mansa in allegat. iur. sobre la administra-
cion del Arçobispado de Santo Domingo,
à *num.* 132. 183. Francisc. Molin. de Bra-
ch. Sœular. *lib.* 1. *cap.* 14.

Ex quo, hanc iurisdictionem, qua
Ecclesiasticus in sœulares Magistratus, &
alios, suam impedites cognitionem, &
iurisdictionem, vti potest, ad confirman-
dam in sœulari Principe eam naturalem
defensionem, & potestatem OEconomicam,
expendit Dom. Solorzan. *dict.*
cap. 27. *numer.* 34. vt quemadmodum
t scilicet Iudici Ecclesiastico (ait) per- 49
mittitur procedere contra eos sœulares,
qui suam turbant, vel impediunt iuridi-
ctionem; ita sœulari Iudici contrà Ecclesiasti-
cos permitti debet, vt saltè ea for-
ma defensionis iam dictæ, vtatur, & eos
à suis Provincijs expellat, vel aliquali
temporalitatum mulcta corrigat,
ac detineat, Peralt. vbi *su-*
prà, *cap.* 12. *nu-*
mer. 17.





S V M M A R I V M .

- 1 **S**uprema Principis potestas politica dicitur naturalis defensio, & tutio inferiorum.
- 2 Incepit enim in primo hominum ortu.
- 3 Hanc habuit Adamus respectu propriæ familie, & aliorum deinde.
- 4 Verba P. Suarez in hoc adducuntur.
- 5 Tunc temporis fuit imperfecta hæc OEconomica facultas.
- 6 Consistit in superioritate, & autoritate, quam Princeps in Regno obtinet; ad similitudinem patris familias respectu propriæ domus, & n. 7. 10.
- 8 Aristotelis verba circâ hoc expenduntur.
- 9 Princeps ratione huius facultatis, tenetur pro bono subiectorum prospicere.
- 10 Hæc dominis, & parentibus communis, non erat sufficiens ad alterius boni consecutionem ab initio, & n. 11.
- 12 Ideò homines naturali instinctu ducti, congregati, ciuilem, & politicam constituerunt potestatem.
- 13 Quæ tractu temporis in Principem translatae sunt.
- 14 Principibus iure Diuino iniunctum, ut oppressos, & grauatos protegant, ac defendant.
- 15 Sacra Scriptura in hoc traditur.
- 16 Ius Canonicum id ipsum decidit.
- 17 Leges Regni in executionem præfatorum latæ, & Doctores de hoc agentes, referuntur, & n. 19.
- 18 Hanc potestatem non ex concessione Pontificis, sed ex mero iure Regio esse; ait Zenallos.
- 20 Semota quacumque consuetudine Principibus licere, & competere ait Soufa.
- 21 Tacito Pontificis consensu approbata videatur.
- 22 Zenallos impugnatur à D. Salgado.
- 23 Ratio affertur à Merenda, cur Papa aliquando non declarat, non valere,

- consuetudines, iuri Ecclesiastico repugnantes.
- 24 Silentium quando pro consensu non accipiatur.
 - 25 Hæc politica potestas non præiudicat, sed fanet libertati Ecclesiastice, & n. 36. 37.
 - 26 Recursus ad Principem, & ipsius Tribunalia legitimè interpositus, approbatur à Sancta Sede, & suis Sacris Concilijs.
 - 27 Multa scandala, & damna in Republica experientur, sublato hoc recursu, & n. 33.
 - 28 Ad viranda scandala multa permituntur.
 - 29 Casus in Argentino Capitulo, Sede vacante expertus, traditur.
 - 30 Duo Regij Senatores, Senatus nomine Capitulo interfuerunt; duasque primas Sedes in eo occuparunt.
 - 31 Iterum alij duo Senatores, & Regius Fiscalis in alio casu, in Capitulo intervenere, quo omnia feliciter facta sunt.
 - 32 Diuini Gregorij optima verba in prædictorum comprobationem adducuntur.
 - 33 Recursus, & Regia protectio, summa perè necessaria in Republica, & uiuersaque populo utilis, & favorabilis, & n. 27.
 - 34 Maxime Ecclesiasticis, qui potiori ratione eo remedio solent indigere, & n. 35.
 - 36 Fauetque omnino Ecclesiastice libertati, & authoritati, & n. 25.
 - 38 Ecclesiasticus Superior iniuria afficitur, in denegatione appellationis legitimè interpositæ.
 - 39 Alioqui nullæ, aut paucæ cause ad Sedem Apostolicam, & Superiorum peruenirent.
 - 40 Praxis concedendi Regiam prouisionem in casu violentiæ traditur, & n. 41.
 - 42 Ecclesiasticus potest mulctari, si Regiae prouisioni non obtemperauerit.
 - 43 Appellatio, supplicatio, vel nullitas, non datur à Decreto Senatus in causis violentiæ, & n. 45.
 - 44 Regia Schedula 3. Martij 1573. adducitur, & intelligitur.

ARGUMENTVM.

OEconomica Principis potestas dicitur naturalis defensio, à iure naturali, & Diuino orta; adiuuat, non minuit Ecclesiasticam libertatem; estque in Republica summè utilis, & necessaria; alioqui passim multa damna, & scandala experiri, necesse est.

CAP. XXXVIII.

Dicitur itaqùe hæc suprema sçularium Principum facultas, & extra iudicialis cognitio, & notio, naturalis defensio, & potestas; ex eo quod à naturali, Diuino iure originem trahat, & necessitatem; P. Molin. vbi infrà, disputat. 31. vers. Secunda conclusio, ad medium, Simanc. de Catholic. institut. titul. 45. num. 34. Zeuall. commun. contrà commun. quest. 897. à num. 363. & quest. 899. numer. 141. & alijs, cum in ipso priori hominum & ortu, ea facultas, & potestas incepit esse; scilicet, vt superior, & potens, à quo cæteri in conservari dependent, finè iniuria, illa valeat auctoritate in eos inferiores uti, quos protegere, ac tueri tenetur; sic de communi omnium parente Adamo, respectu propriæ familiæ primò, mòx cæterorum & omnium, obseruarunt doctiss. P. Suarez de legib. libr. 3. cap. 1. à princip. & cap. 2. n. 3. Vbi distingens intèr potestatem politicam condendi leges, & Oeconomicam facultatem, ac potentiam, quoad inferiores, & subiectos ait; primam non habuisse Adamum, quia ex natura rei nullus habet iurisdictionem illam politicam in alium; cum omnes homines liberi nascantur, princip. inst. de libertin. cum alijs; nec valet aliqua excogitari ratio, cur hoc magis ex natura rei vni respectu aliorum tribuatur, quam è conuerso; secundam verò habuisse. Sic Pat. Suarez, ibi:

Veruntamen & ex vi solius creationis, & originis naturalis, solùm colligi potest, habuisse Adamum potestatem Oeconomicam, non politicam; habuit enim potestatem in filios, quandùm emancipati non fuerunt; potuit etiàm discursu temporis habere famulos, & completam familiam, &

Tom. I.

in ea plenam potestatem, quæ Oeconomicæ appellatur. P. Baldell. Theol. Moral. lib. 5. disp. 10. n. 37. & disp. 4. n. 2. P. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 22. Petr. Gregor. de Republic. lib. 21. cap. 1. num. 1. Zeuall. in tract. de cognit. per viam violentiæ, in prolog. n. 202. D. Salced. de Leg. Politic. lib. 1. cap. 2. n. 6. & cap. 7. n. 106. & §. 1. à num. 135. Narcis. Peralta. de la potestat Sçular, cap. 1. n. 1. & 3. qui etiàm dicunt, & eam potestatem Oeconomicam, vt Rempublicam, tunc fuisse imperfeciam.

Ex quibus iam appareat, potestatem illam in ea superioritate, magnitudine, & præminentia consistere, quam in Regno, & Republica obtinet, ac retinet Princeps, tanquam & caput, & gubernator omnium inferiorum, & subiectorum, potensquè nimis in temporalibus, cui cæteri subiiciuntur. Ad similitudinem illius facultatis, & potestatis, qua Paterfamilias & in propriæ familiæ, & domus gubernatione, administratione, & cura, vtitur; vt communiter exemplificant, & exponunt Authores nostri, D. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 27. num. 50. Ludouic. Peguer. decis. 92. num. 17. & in prax. criminal. cap. 24. in fin. Dom. Villarroel. en el Gouiern. Ecclesiastic. 2. p. quest. 18. art. 3. nn. 43. & 45. Peralta vbi supra, cap. 17. n. 7. doctiss. & nobiliss. D. Lobaton in memorial. sobre el conocimiento que el Rey tiene de los despojos entre Ecclesiasticos, not. 31. n. 76. rectèque infertur ex Aristot. lib. 10. Æthicor. cap. 9. antè medium, vbi ait: Ita in Ciuitatibus Principum & leges, & mores posse, sicut possunt in domibus paterni sermones, & mores, vt notauit M. Domin. Soto de iust. & iur. lib. 1. q. 1. art. 3. argum. 3.

Rursus docet Dom. Salced. dict. n. 106. illius Oeconomicæ potestatis ratione, & virtute, quam in Adamo considerauimus, teneri ipsum (& hodie) Supremos omnes

Principes) pro illorum subiectorum, & subditorum, vtilitate, & bono + sub præcepto prospicere, & curare, quemadmodum ex eodem Aristotel. 5. Ethycor. cap. 6. & Diu. Thom. 2.2. quæst. 57. art. 4. docet P. Molin. dict. tom. 1. tract. 1. disp. 7. adde Petr. Gregor. de Republic. lib. 6. cap. 6. num. 4. eund. P. Molin. tom. 2. disp. 661. num. 4. Patric. de Regn. lib. 2. cap. 1. D. Valençuel. stat. & bell. 2. part. confid. 22. n. 5. D. Moscoso in memor. sobre las vacantes de las Indias, num. 58.

Verum, cum hæc, quam hucusque retu-

li, potestas, & facultas + parentibus omnibus, & dominis communis; Molfes. ad consuetud. Neapolit. in proæm. quæst. 4. D. Salced. ubi proxime, num. 107. sufficiens non fuisse ad alterius + boni consecutionem, vt ibidem advertit ex P. Molin. d. disput. 22. Petr. Gregor. de Republic. lib. 6. cap. 2. num. 5. Menchac. controv. illustr. lib. 1. cap. 20. num. 22. Naturali homines necessitate, & instinctu ducti, diuersis in partibus ciuitatibus, & politicè congregati, & coadunati fuere, ciuilem, & politicam + potestatem, & auctoritatem constituentes, & fundantes. Victor. de potestat. ciuil. num. 6. Pat. Molin. dict. disput. 22. num. 8. & per totam, Menchac. in prefat. dict. lib. 1. à num. 120. & cap. 1. à n. 10. Bobadill. in Politic. lib. 1. cap. 1. à num. 4. D. Solorzan. ubi suprà, libr. 1. cap. 23. num. 4. D. Salced. lib. 1. cap. 6. num. 2.

Quam deinde omnem, temporis tractu, 13 in Principem fuisse + translatam, & in eo principaliter, & habitualiter hoc medio totam illam OEconomicam, & Politicam residere potestatem; in actu vero in suis Supremis Senatus nullus est, qui ignoret, ac dubitet; constatque in l. 1. ff. de constitut. Princip. l. 2. versic. Nouissimè, ff. de origin. iur. Diu. Thom. quæst. 90. art. 3. ad 2. & quæst. 97. art. 3. ad 3. Magist. Sot. ubi suprà, lib. 1. quæst. 1. art. 3. P. Suar. de legib. dict. libr. 3. cap. 2. numer. 3. & lib. 4. cap. 34. Frideric. Brucman. de Regalib. §. Solita potestas, And. Knichen. intrat. de sublimior. iur. territor. numer. 195. Nauarr. in cap. Novit, de Iudic. not. 3. numer. 119. D. Couarrub. practicar. cap. 1. num. 2. Castr. de lg. penal. libr. 1. cap. 1. §. Postquam, D. Riaño ubi infrà, n. 5.

14 Hanc ipsam potestatem + à iure Diuino Regibus, & Principibus similiter iniunctam invenimus, per quam ijdem grauatos, oppressos, & iniuria affectos, defendere, & protegere tenentur; vt patet ex Ieremie monitione Regi Iuda facta, cap. 21. in hæc

verba: Hæc + dicit Dominus, iudicate manu calumniantis. Et cap. 22. versic. 3. ibi: Audi verbum Domini, Rex Iuda, qui sedes super Solium Dauid, hæc dicit Dominus, facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum, de manu calumniantis. Et Psalm. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, & Proverb. 24.

Ex quibus, & alijs locis, + Canonica iura sunt desumpta, quibus id ipsum Princibus, ac Regibus præcipitur, vt passim licet observare, cap. Regum, cap. Princeps Sæculi 20. cap. Administratores 26. 23. quæst. 5. cap. Filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. cap. Petimus 11. q. 1.

Quæ omnia legibus Regni robur, ac maximam vim + conferunt, & addunt; latæ enim sunt in illius Diuini iuris, & potestatis naturalis explicationem, explanationem, exercitium, & executionem; hec sunt, l. 2. tit. 6. l. 18. §. 1. tit. 7. l. 8. titul. 10. lib. 1. l. 35. 36. 37. 40. & 80. tit. 5. lib. 2. l. 7. tit. 2. lib. 3. Recopil. Reg. Schedul. 23. Maij 1563. tom. 2. impress. pag. 41. l. 13. tit. 13. part. 2. quam in id recte expendit ibi D. Gregor. Lopez, verbo Nin fuerça, Rodrig. de annuis redditib. lib. 1. quæst. 17. nu. 74. optimè D. Episcop. Segouiens. Francisc. Araujo in tract. de stat. ciuil. disp. 4. diff. 2. n. 29. & hoc respectu dicit Zeuall. in d. tract. de cognit. per viam violent. in prolog. num. 83. Hanc potestatem, & notionem + non esse ex Pontificis concessione, sed ex mero iure Regio. Adde in hac re optimam clausulam testamenti D. N. R. D. Philippi IV. fol. 28. ita Regni successoribus loquentis: Y que en esto (de iustitia administranda) sean Padre, y amparo de los huertos, viudas, y personas necessitadas, y miserables, para que no sean oprimidas de los poderosos, y ricos, que este es el proprio oficio de Rey.

De qua Principibus Supremis, + ac Regibus propria, in tollenda vi, & violentia, etiā inter Ecclesiasticos illata, & ab ipsorum ludicribus liberandis oppressis, potestate, iustitia, vtilitate, ac necessitate, item de communi Regnorum praxi, iuribus iam adductis, expensis, latè agunt Cardinal. Caietan. de potestat. Papæ, cap. 27. Cardinal. Bellarmin. de Summ. Pontific. contra Barelai. cap. 35. Victor. de potest. Pap. & Concil. propos. 22. Magist. Bañez 22. quæst. 67. art. 1. dub. 2. conclus. 6. P. Suarez aduers. Regem Angliae, lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 34. à num. 30. & 43. Guillelm. Benedict. in cap. Raynulius, de tem-

Nam. 1. part. verbo *Vxorem*, num. 39. Hen-
 riquez in *Summ.* lib. 14. cap. 12. num. 3.
 Rebuff. de *possess.* *Benefic.* tom. 3. gloss. 2.
 num. 8. D. Couarrub. dict. cap. 35. practi-
 car. num. 3. Nauarr. in cap. *Cùm contingat,*
caus. 16. *remed.* 1. *de rescript.* Iacob. Mar-
 chilles in *Vsatico*, alium namque, vers. *No-*
ta benè verba, fol. miki 332. *Affict.* ad
constitut. Neapol. lib. 1. rub. 67. & *decis.*
 24. Thom. Mieres ad *constitut.* Cathalon.
 2. part. *collation.* 11. *constit.* *les causes*, nem.
 66. Mich. Aggia de *exhibend.* auxil. fun-
 dam. 27. Mich. Ferrer. obseruat. 1. part.
 cap. 22. Oliuan. in eodem *Vsatico*, alium
 namque, siue *de iur.* Fisc. cap. 3. num. 31. &
 cap. 11. num. 50. & cap. 14. per tot. &
 num. 100. & cap. 15. num. 33. Peguer. in
 prax. *crimin.* dict. cap. 24. num. 7. & dict.
 decis. 92. num. 17. D. Felician. de Vega in
 cap. *Quanto* 3. num. 68. *de iudic.* Camill.
 Borrell. de *præstant.* *Reg.* *Catholic.* cap. 71.
 dict. num. 58. Ioan. Baptist. Villalob. com-
 mun opinion. verbo *Clericus*, num. 80. P.
 Stephan. Auil. *de censur.* 2. part. cap. 7. *dis-*
put. 2. dub. 5. vers. Secundo, Martin. Ma-
 guer. de *aduocat.* *armat.* cap. 3. num. 79.
 Boer. decis. 69. num. 23. Alex. Pesant. de
Immunit. Eccles. *disput.* 3. Quintan. Due-
 ñas de *Ecclesiast.* lib. 1. cap. 9. num. 14. Frat.
 Anton. Soufa *ad Bullam Cœnæ*, cap. 14.
disput. 75. num. 3. 5. 9. & 16. vbi etiām,
 20 semota quacunque consuetudine t hoc
 Principibus licere, & competere firmat,
 & cap. 15. *disput.* 78. num. 3. Petr. Cened.
 ad *Decretum* collect. 5. num. 3. & ad *Decre-*
tal. collect. 17. num. 2. & *quæstion.* Cano-
 nicar. *quæst.* 45. Thom. Gramat. decis. 78.
 num. 2. Chacheran. decis. 30. Menoch. de
 recuperand. *possess.* *remed.* 15. num. 120. Gu-
 tier. *de iurament.* *confirmat.* 1. part. cap. 2.
 num. 26. & lib. 1. *practicar.* *quæf.* 20. Par-
 lador. *differentiar.* *quotidianar.* *different.* 9.
 §. 4. num. 24. Ioan. de la Cruz *in director.*
conscient. 1. part. *præcept.* 8. *quæf.* 3. art. 1.
 dub. 1. *conclus.* 3. Simanc. dict. tit. 45. num.
 35. Sigismund. Scaccia de *appellat.* *quæst.*
 7. num. 114. Bouadill. in *Politic.* lib. 2.
 cap. 18. num. 140. & cap. 16. num. 90. &
 alibi Mastrill. de *magistratib.* lib. 5. cap. 6.
 num. 119. Scobar del Corro de *puritat.* &
 nobilitat. 2. part. *quæst.* 5. num. 17. Anguian.
Non obstat exceptio excommunicationis propter + recursum ad Consilium Regium, nam iste recursus hoc casu ad defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem, non est improbatus, Aabil. decis. 36. de appellat. Urbanius enim egit cum posset Iudici de facto procedenti, de facto etiam resistere, Paris. consil. ultim. lib. 4. & fuit dictum in illa Tarraconenſ. Villæ de Reus, coram R. P. D. meo Decano (Hæc est decisio 1003. Cardinal. Seraphini, de qua Sessè dict. cap. 8. §. 3. num. 172. & seqq. Torreblanc. dict. lib. 15. cap. 10. numer. 40. Zeuall. in dict. tractat. de cognit. per viam violent. gloss. 6. num. 56. D. Leo decis. Valent. 2. à num. 23. D. Salgad. dict. cap. 1. à num. 90. 142. cum seqq. & num. 220. & seq.) Adde in comprobationem locum, Diu. August. ad Parmen. lib. 1. cap. 7. Valaſc. consult. 93. num. 5. Gruell. decis. 128. n. 11. Sarab. de iurisdict. adiunctor. quæſt. 30. num. 25. Duard. ad 13. excommun. Bullæ Cœnæ, q. 1. Sayr. de censur. tom. 1. lib. 3. cap. 17. Gabr. à Sanct. Vincent. eod. tract. disput. 4. quæſt. 9. nu. 251. & num. 254. ibi: Vnde, si quis confugiat ad curiam, tanquam ad priuatas personas, seu materialiter, hac excommunicatione (13. Bullæ Cœnæ) non feriatur. sic Bonacin. ad Bull. Cœnæ. quæſt. 10. punt. 1. nu. 7. post Duard. Sout. Sayr. Rodrig. in Summ. 1. part. cap. 156. n. 8. Vega tom. 1. cap. 29. cas. 1. numer. fin. hæc Gabriel. & iterum num. 290. Hoc enim casu Ecclesiasticus non procedit, ut Iudex, sed tanquam priuatus, Menoch. de recuperand. possess. remed. 8. à num. 13. & 17. P. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disput. 5. à num. 2. D. Salgad. de Reg. protect. 1. p. cap. 3. à num. 12. Sarab. de iurisdict. adiunctor. quæſt. 30. num. 16. cum alijs, quo casu ei recte opponi, & resisti posse, docent Plat. in l. Prohibitum, in fin. Cod. de iur. Fisc. lib. 10. Cuchus institut. maior. lib. 2. tit. 6. num. 352. Caualcan. de Brach. Reg. 1. part. nu. 99. & 255. Farin. in prax. 1. part. quæſt. 33. à num. 88. Pont. de violent. Iudic. Ecclesiast. cap. 1. num. 7. Selsè de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 64. Sarab. dict. q. 30. n. 17.

Eadem Rota Romana apud ipsum Peña decis. 480. num. 37. & seq. sic concludit: Has tamè decisiones (supradictas) Domini intellekerunt habere locum, quando + quis recurreret ad simplex auxilium laicorum, ut de facto disenderetur à granamine, vi illata,

per quam quis de facto expellebatur à sua possessione (Rota ipsa apud Farinat. dict. cons. 68. à num. 10. & per tot. & part. 2. decis. 212. à num. 8. vbi mirifice in hac re loquitur, P. Suarez aduers). Regem Angliæ, dict. lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 34. numer. 32. & alij apud Sarab. dict. quæſt. 30. num. 18. & 64.) Prosequitur Peñ. ita num. 40.

Dicebant insuper Domini, quod licet prædictæ Decisiones Rotales, & aliae similes veræ sint; nihilominus + Consilia Regia, & 57 alij Iudices laici nihil aliud facere debent, præter exhibere nudum auxilium ad manutentionem; nam si ad alia procederent, recursus esset illicitus. Quamvis fateatur, prædictas decisiones esse iuri, & rationi conformes; timet tamen (Rota) ne ansam præbeant Regibus, & quibusdam Dominis temporalibus, intrromittendi se in causis Beneficialibus, & rebus, & personis Ecclesiasticis, Lancell. dict. cap. 4. limit. 1. à numer. 36.

Rota eadèm apud ipsum Peña decis. 484. num. 8. ibi: Nihil aliud à Iudice laico petendo, quam + simplex, & nudum auxilium, non tanquam à Iudice, sed tanquam à priuata persona potente iuare; & hic modus petendi auxilium in se consideratus, nec videbatur illicitus, nec alicui censuræ Ecclesiasticae subiucere; licet negari non possit, quin ansam, & occasionem præbeat Iudicibus sacerdaribus, intrromittendi se in causis Beneficialibus, & Ecclesiasticis. Hoc ipsum invenitur in alia Rotæ Romanæ decisione, quam referre diximus, Torreblanc. de Mag. lib. 3. dict. cap. 27. nu. 34. in vers. Primum, ibi: Non quod ad Iudices + sacerdotes, tanquam Iudices Superiores recurrere liceat; sed tanquam ad homines priuatos, iuare tamen potentes.

Quod autem in suprà citatis Rotæ Romanæ decisionibus, quæ contrà hunc salutiferum, & in Republica Christiana omnino necessarium recursum, passim expenduntur, supponatur + iudiciorum sacerdotes Iudices procedere; cuilibet ex sequentibus earundem clausulis patebit. In dict. decis. 480. Peñæ, num. 6. illic: Omnes Iudices violantes Ecclesiasticam libertatem. Clericos iudicare presumentes. Et numer. 22. Cum enim Iudices sacerdotes, nec actu, nec habitu habeant iurisdictionem in Clericos. Et num. 42. Cum ille recursus, nec possit, nec debeat fieri ad effectum obtinendi inhibiciones, aut comminationes pœnales contrà Ecclesiasticos, qui neque ratione personarum. neque rerum suarum subiiciuntur iurisdic-

60

59

etioni laicorum. Vbi reprobatur consuetudo Angliana, scilicet Anglicana, quod Rex possit cognoscere, & habere iurisdictionem in clericos, & pauci per totam.

Et in dict. decis. 481. num. 2. eiusdem

- 61 Peñæ, ibi: Nam, et si Index + Ecclesiasticus male procedat, non potest Index secularis, cuius est minor potestas, suppleren negligentiam Ecclesiastici, qui ipso potestate, & autoritate est maior, & num. 4. Ex quibus, inquit, nihil aliud inferri potest, nisi, quod ipsi Iudices sacerdotes volunt de causa Ecclesiastica cognoscere; quod est admodum absurdum, cum Index laicus sit incapax iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & eorum causas; nec immemorabilis hoc casu sibi suffragatur; præcipue cum in dicta Bulla Cœnæ Domini derogatur consuetudinibus, & immemorabilibus.

Deinde animaduertendum est, in huius decisionis causa, fuisse appellatum ab Ecclesiastico Iudice, non ad Superiorum immediatum, aut ad Sanctam Romanam Sedem, ut fas erat; sed inepte, ac barbarè,

- 62 ad sacerdotes + Iudices; ideoque non mirum, quod Romana Rota id agre ferens, contrâ hunc recursum, & appellationem decreuisset, ut ex Farinac. qui hanc refert decisionem dict. consil. 68. num. 7. optimè aduertunt Sessè decis. 113. à num. 68. D. Salgad. dict. cap. 1. num. 267. non enim licet à mandatis Apostolicis ad Curiam secularis appellare, ut supra relati bene aduentunt, & docet Gabriel dict. quæs. 9. num. 255. immò oppositum + dicere, aut teneare, odiosum, scandalosum, & infide suspectum recte aduertit Fr. Anton. de Sousa. dict. cap. 14. disput. 75. num. 3.

- 63 Hoc ipsum continetur in dict. decis. 484. num. 2. in illis verbis: Quia + recurrendo ad Iudices sacerdotes, causam præbuit, ut Immunitas Ecclesiastica violaretur, Bull. Cœnæ, §. 16. Vbi excommunicationis vinculo innodatur, qui ad Cancellarias sacerdotes recurrunt, pro obtainendis inhibitionibus, & mandatis contrâ Praelatos, & Iudices Ecclesiasticos; cum Iudices Laici sint incapaces iurisdictionis in Clericis exercenda (concordat dict. decis. Rotæ apud Torreblanc. Vbi supra, vers. Causa) & numer. 4. ibi: Dicebatur tamè, talentum consuetudinem, tanquam improbam, & Sacris Canonibus inimicam, quæ Clericos iuri sditioni laicorum quandoque supponit, non esse attendendam.

- 64 Et num. 6. illic: Nusquam + tamè + dicitur in eis, quod talis recursus fieri possit ad Tribunalia, scilicet Iudices laicos, tanquam

ad Iudices, & ad effectum obtainendi inhibitiones, & mandata, contrâ Praelatos, & Iudices Ecclesiasticos; hoc enim nusquam docuit Rota, quæ etiam nouit Iudices laicos, nec actu, nec habitu habere iurisdictionem in Clericos, immò illius esse penitus incapaces. Ut in puncto optimè exponunt, & expli-cant decisionem hanc, Sessè dict. §. 3. num. 170. & num. 109. Cened. dict. quæst. 45. num. 58. D. Salgad. dict. cap. 1. à num. 259. cùm seqq. & à num. 277. & num. 288. & seqq. vbi etiā expendit in idem dict. decisionem à Torreblanc. traditam late de his decisionibus D. Almansa in allegat. iur. sobre la administracion del Arçobispado de Santo Domingo, à num. 150. cum seqq.



S V M M A R I V M.

- 1 **R** E cursus per viam violentiae ad Curiam secularis, nullum, vel paucos habet contradictores, secundum primum Hispanie.
- 2 **R** ota Romana admittit illum.
- 3 **Q** uod procedit, quia Ecclesiasticus pœsto non est, qui auferat, violentiam, vel est quidem, sed non tollit illam, & num. 4.
- 5 **P** atris Fragoso verba in hoc afferuntur.
- 6 **S**i admodum absens est Superior Ecclesiasticus, dicitur deficere iurisdictionem Ecclesiasticam.
- 7 **C**oncurrereque videntur requisita ad hunc recursum, periculum in mora, & magna distantia.
- 8 **S**i sententia appellata executioni mandatur, datur periculum in mora.
- 9 **C**ensura Ecclesiastica afferit damnum irreparabile, ideo recte appellatur, quod utrumque effectum, ab ipsius comminatione, & pronuntiatione.
- 10 **D**ata magna distantia, timetur, ne pendente recursu ad Superiorem, & resolutione ipsius, scandalum, & damnationem facilius habuerint, & num. 14.
- 11 **D**octores, & iura in hoc expenduntur, & num. 12. 13.
- 14 **T**ontificis aditus facilime haberi non potest, & redditur ratio.
- 15 **V**bi periculum est in mora, multa admittuntur, & numeris seqq. item ad vietanda scandalum, num. 20.

- 16 Propter periculum in mora subjicitur
quis Iudici non suo.
17 Romanus Pontifex non consultatur.
18 Item receditur à regulis iuris.
19 Summus Pontifex ob longinquitatem
solet in multis dispensare.
21 Patris Auendano verbacircà hunc re-
cursum adducuntur.
22 Data absentia supremorum Iudicium
Ecclesiasticorum, & Regiorum, da-
tur maior occasio vexandi subditos.
23 Nihil conuenientius, ac iustius pro Rei-
publicæ bono, quam hic recursus dispo-
ni potuit, ex P. Iacob. Aluarez de
Paz.
24 Praxis omnium Regnorum illum admit-
tit.
25 Communis opinio, & praxis excusat ab
excommunicatione, & ab alia poena,
& num. 26.
27 Quod omnes, vel plures Catholici Prin-
cipes admittunt, non est damnandum.
28 Hæc praxis seruatur in Indiarum Pro-
uincijs.
29 In Regnis Castellæ.
30 Aragoniæ.
31 Valentia.
- 32 In Principatu Cathalonie.
33 In Regnis Nauarræ,
Lusitania.
35 Gallecia.
36 Neapolis, & Siciliæ.
37 In Ducatu Mediolanensi.
38 In Senatu Pedemontano.
39 In Mantuano Senatu.
40 In Sabaudia.
41 In Delphinatu.
42 In Flandria.
43 In Gallia.
44 Gerardus Maynardus in hac re caute-
legendus.
45 Recursus iste cessat in electionibus, &
visitationibus Regularium.
46 Lex Regni circa hoc expenditur.
47 Item cessat in visitationibus Ordinarij
Ecclesiastici circa administrationem
Sacramentorum.
48 Hoc procedit, quando extra judicialiter
visitat Ordinarius.
49 Secundus, si ordine iudicario, & compi-
lato processu fiat visitatio, & num.
50. 51. ubi decisio Senatus.
52 Ad Principem infidelem nunquam
licet recurrere.



ARGUMENTVM.

QVæ concurrere debeant, vt recursui per viam violentiæ locus sit? Iu-
stè interpositum admittit, & probat omnium ferè Catholicorum
Regnorum praxis; an & quandò in Ecclesiasticorum visitationi-
bus dari possit?

CAP. XL.

EX quibus omnino infertur, ex authori-
tatibus *suprà* traditis, fundamentum
fieri non posse contrà hunc recursum, quem
defendimus, necessitate naturæ, omnique
iure suadente admissum; sed potius rectè
perpensa Hispanorū Tribunalium in hac
materia praxi, & obseruantia, deduci, nul-
lum, aut paucos recursum prefatum t per
viam violentiæ, ad sacerulares Supremos
Senatus, & Principes habere contradicto-
res; supposito, quod solum se habeant (vt
reuerè accidit) extra judicialiter, & per
modum auxilij, & Patrocinij, in tollen-
dis violentijs, & iniurijs à Iudicibus Ec-

clesiasticis illatis, Paleot. *decis. 372.* cum
alijs, D. Salgad. *dict. 1. part. cap. 2. num.
13.* vbi etià recursus iste t à Rota in hac
forma præstitus, approbatus refertur, ut
tradidi Capite Superiori à num. 54.

Cum prestatò t non sit Superior aliquis
Ecclæsiasticus Iudicis vim, & iniuriam in-
ferentis, qui illam auferat, suspendereque
faciat, *cap. Petimus 11. quæst. 1. illic: Ne-
cessitate ipsa cogente, Episcop. Ioann. Mal-
d. er. 2. part. quæst. 96. art. 4.* quem refert,
& sequitur P. Dian. *dict. resolut. 14. vers.
Se. dego,* vbi docet, recurrentum esse ad
Principem sacerularem, quoties non adest
Ecclæsiasticus Superior; seu si adsit, nolit t
repentire, & tollere violentiam, Duard.
in *Bulla Cœnæ*, *lib. 4. const. 14. quæst. 8.*

num.

- num. 8. P. Fragoso dicit. disput. 3. §. 13. numer. 258. veri. Porro, ibi: Porro integrum erit ad Curiam t. sacerdalem recurrere, quando damnum sequitur irreparabile, aut quod difficile reparari potest, & est difficilis aditus ad Summum Pontificem, nec adegit magistratus Ecclesiasticus, qui possit, & velit tantam iniuriam arcere; tunc licitus est recursus ad Curiam Sacerdalem, quod ex literarum executione sequatur damnum supra dictum, Garc. de nobilitat. gloss. 9. num. 30. Prado Verastegui sapè citatus, art. 3. numer. 215. & 249. facit doctiss. meus Fontanell. dict. decis. 316. num. 25. vbi ex Martha ait: Ecclesiasticam tunc dici iurisdictionem dicere, si admodum t. absens sit Superior, & immediatus Praelatus, a quo obrineri iustitia, & remedium debeat, & ob id recte instare Regem, & i. s. Senatum, qui proximus est, ut vim, & oppressionem tollat, doctiss. Praeceptor Salmantinus Primarius, Ioan. Armenteros in cap. 2. de iudic. numer. 24.
- Quod semper solet in his Indiarum Regnis, & Provincijs contingere; in quibus immediatus Iudicis Ecclesiastici Superior, per centum leucas, seu per ter centum millaria (ad minus) ferè semper distat, & in aliquibus partibus, solet esse maior distantia. Vnde necessario concurrere videntur ea omnia, quæ t. Doctores contrarie sententie omnino exposcunt, & considerant, vt huic remedio, & recursui annuere valeant; videlicet, periculum in mora, quod re ipsa concurrit, & appetet t. in executione sententiae appellatæ, in casu appellabili, vt dixi cap. præc. num. 8. instat enim tunc, & premit grauamen, vel incipit, & continuo grauat, si ad executionem procedatur, vt recte valeat tunc Principis sacerdotalis inuocare auxilium grauatus, Portell. & Dian. vbi supra, vel quando quis censura innodatur; hæc enim damnum affert irreparabile, a quo t. iuste appellatur; cui si non deferat Ecclesiasticus, iniuria, & violentia afficitur teus; cum sit casus appellabilis, Cap. Dilecti 52. cap. Præterea 40. de appellat. cap. Licet 14. de sentent. excommunicat. in 6. Dueñas regul. 52. num. 2. Rebuff. ad Concordat. Franc. tit. de friuol. appellat. in rubr. sub gloss. 1. in fin. vers. Fallit quando grauamen, Gonçalez ad Regul. Octau. Cancell. gloss. 9. §. 1. in annot. num. 197. Ferentill. ad Burat. decis. 760. num. 4. Henr. in summ. sess. 27. quest. 10. num. 33. Et rursus, maxima distantia inter Iudicem Ecclesiasticum vim, & iniuriam inferentem, & Superiorem suum, aut Sanctam Ro-

manam Sedem, ex qua distantia iuste timetur, ne pendente resolutione, t. & prouisione per Summum Pontificem facienda, vel per Superiorem Ecclesiasticum immediatum, damnum eueniat, scandala, & ruinæ experiantur, vt oprimè aduertunt, ac ponderant Duardus vbi supra, P. Diana. dict. tractat. 2. resolut. 15. vers. Ideo, in fin. D. Leo dict. decis. 2. num. 35. Bald. & alij apud Nicol. Balb. in suo Consilio post decis. 68. Cacheran. num. 30. Cened. dict. quest. 45. num. 33. D. Salgad. dict. 1. part. cap. 1. num. 105. ad medium, Graff. Dec. & alij apud Gabriel. à Sanct. Vincent. vbi supra, capite praeced. num. 251. in fin. & numer. 268. illic: Nè pendente prouisione facienda per Romanum Pontificem Ecclesia ruat, interim t. propter distantiam potest adiri Sacerdotalis Curia, ex Pesant. de Immunit. Eccles. disp. 2. num. 1. Mar. Alter. tom. 1. de censur. disp. 16. lib. 5. cap. 2. Anguian. de legib. lib. 2. contro. 17. num. 39. hæc Gabr. Peralta in dict. tractat. de la potestat secular. cap. 19. num. 14. ibi: Llarchs, t. los camins perillosos los de mar, y terra, incert, si la resolucio, sera prompte, y en lo entrezant que se abrase la Provincia ab escandols, y turbe la pau publica, y tranquilo estat del Regne. Faciunt t. bene textus in leg. Si finita i. 5. §. eleganter, ff. de damn. infect. ibi: Si dum Praetor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit, leg. 2. §. Pro limitaneis ad fin. Cod. de offic. Praefect. Praetor. Africæ, illic: Nec dum sibi lucrum student confidere, incustoditas nostras relinquant Provincias.

Optime in hac re loquitur Martha, de iurisdict. 1. part. cap. 48. a num. 25. vbi numer. 27. sic concludit: Certè melius dixisset glossa in cap. Filiis, & nepotibus 16. quest. 7. ideo à Metropolitano recursum haberi ad Regem, quia t. non ita facillimè Pontificis aditus haberi poterat; tum ex proprietate Dignitatis, tum propter multitadinem negotiorum Sedi Apostolicæ, immò propter loci distantiam, vt dicit Sarnens. in proem. Regular. Cancellar. quibus casibus absentia inducitur, & vbi periculum est in mora t. multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, argum. cap. Cum Ecclesiarum, iuncta glossa de offic. Ordinar. cap. Baptizarem, distinct. 5. & dicit glossa in cap. Sacro, §. Causant, in vers. Periculo moræ, de sentent excommunicat. (Surd. de aliment. tit. 7. quest. 37. num. 9. Fontanell. dict. decis. 316. numer. 11. & decis. 284. a num. 10.) propter periculum moræ aliquando t. quem subiecti Iudici non suo, & quod ob moræ periculum non

17 sit consulendus + Summus Pontifex, Abb. in cap. Non metus, col. pen. vers. Putarem, & colum. vltim. vers. Puto, de Immunit. Ecclesiar. adde Peralt. dict. cap. 19. num. 15. cum eo + casu à regulis iuris recedatur, ex leg. 1. & ibi notat. ff. de damn. infect. gloss. & DD. in cap. fin. de election. in 6. Iass. & Marsill. apud Balbum. dict. num. 30. Zeuall. commun. contrà commun. dict. quest. 897. num. 206. Faciunt benè, quæ pro longinquitatis ratione Summus Pontifex dispensare solet + in alijs materijs, vt refert noster P. Auendañ. in Thesaur. Indic. tit. 2. num. 42. & seq. D. Vega in cap. 4. §. de adulterijs, num. 155. de Iudic. D. Montenegro in Itinerar. para Parocos, lib. 5. tractat. 1. session 19. à num. 1. gloss. in cap. Nihil 44. §. fin. de election. (sic ad vitanda + scandala multa admittuntur, quæ alijs non admitterentur, cum Rebuff. Lancell. Flamin. & Menoch. Barbos. in cap. Qui scandalizauit, à num. 2. de Regul. iur. Narr. de Regularib. comment. 3. num. 35. Felin. in cap. 2. de presumpt. vbi etiā Barbos. num. 2. Mar. Burgius de mod. proced. ex ab rupt. quest. 23. num. 55. Borrell. de Magistrat. edit. lib. 3. cap. 7. num. 43. Posth. de manuten. obseruat. 75. Ricc. collectan. 1277. Fontanell. decis. 2. num. 8. Xamm. de offic. Iudic. 1. part. quest. 8. D. Crespi obseruat. 3. num. 46. D. Vrrutigoit. de intrusion. quest. 15. num. 25. & de competent. quest. 41. num. fin. Alter Vrrutigoit. de Eccles. Cathedral. cap. 8. num. 436. & 438. & cap. 18. à num. 98.)

Et num. 82. circà hanc nostram recursus ad Sæcularia Tribunalia, ità cum P. Iacob. Aluarez de Paz loquitur: Dico quartò, recursus + dictus in Indijs videtur tollerabilius, moderatione quam diximus, obseruata. Id probo; nam cum Supremi Iudices Ecclesiastici, & Regiae Maiestatis præsentia longius absint, maior + est occasio subditos diuexandi, & ita frequentiores oriuntur iniuriæ. P. Iacobus Aluarez de Paz, sanctitatis, & doctrinæ laude conspicuus, quarum egregium specimen Orbi vniuerso scripta luculentissima repræsentant, recursum, de quo loquimur, vti sacrilegum reprobant; cùm verò Quitenis Collegij factus Rector, in eam venisset urbem, in qua Regia Cancellariare fidei, vidissetque frequentes Iudicum Ecclesiasticorum iniurias, beneficio recursus profugatas, dicere solitus, nihil conuenientius, iustius + nihil disponi pro Republicæ bono potuisse; ex qua tanti viri sententia illud saltēm deducere possumus, quod nostra affer-

assertio contendit, recursum scilicet in Indijs tolerabiliorem.

Denique pro huius disceptationis, & discursus pro nostro recursu ad Sæcularem Principem in causis Ecclesiasticis complemendo, illud in memoriam reuoco (quo equidem Catholicorum Iudicium, Supremorumque Principum animi, ac timoratæ, conscientiæ facile poterunt quiescere) proxim illam + ad Sæculare recurrenti Tribunal per viam violentiæ communem esse à Doctoribus Theologis, & Iurisperitis approbatam, ab omnibusque Christiani Orbis Regibus, ac Regnis admissam, & obseruata, vt ex infra tradendis in specie patet, generaliter vero ita docent, & aduentunt D. Couarrub. practicar. cap. 35. num. 3. Bouadill. in Politic. lib. 2. cap. 1 8. num. 139. Scobar del Corro de puritat & nobilitat. 2. part. quest. 5. num. 17. Zeuall. intrastat. de cognition. per viam violentiæ, in prolog. num. 185. & gloss. 4. num. 7. & commun. contrà commun. quest. 897. num. 252. & in discurs. ad Regem nostrum, num. 96. Sess. de inhibition. cap. 8. §. 2. num. 5. & §. 4. num. 6. D. Leo decis. Valent. 2. num. 6. & 22. P. Fragos. de regim. Reipublic. part. 2. lib. 1. disput. 3. §. 13. num. 258. vers. Torrò integrum, Morla in empor. iur. tit. 2. quest. 14. D. Salgad. de Reg. protec. 1. part. cap. 1. num. 159. Pareja de instrument. edition. tit. 2. resolut. 7. Ioan. Lopez de Baylo in iustit. pro Reg. iurisdict. in Episcop. Alguaren. D. D. Laurent. Matheu & Sanz de regim. Regn. Valent. cap. 7. §. 1. & num. 58. P. Auend. in Thesaur. Indic. tit. 4. num. 54. & infra, Francisc. Peña decis. 483. vbi traditur, hanc + communem opinionem, & proxim ab excommunicationis poena excusare, iuncto doctiss. P. Paul. Comitol. respons. Moral. lib. 6. quest. 24. n. fin. D. Ximenez Lobaton vbi infra, à numer. 1. cum. seqq.

Communiter enim dici solet, Doctorum auctoritatem + à poenæ incursum liberare, & excusare, Decian. lib. 6. criminal. cap. 28. a num. 5. Farinac. de carcer. & carcerat. quest. 28. num. 2. in fin. Nostras doctiss. Fontanell. decis. 582. num. 7. in fin. & decis. 165. num. 4. cum alijs, nequè quod omnes, vel saltēm plures Catholici Principes + admittunt, & seruant, est facile damnandum, iuxta Tertullian. aduers. heres. cap. 28. ibi: Quod a uid multos vnum inuenitur, non est erratum, sed ratum, Aristotel. lib. de diuinat. per somn. illic: Quod omnes, aut complures sentiunt, aut dicunt, id

id falsum esse, non est putandum. Plin. Iun. lib. 9. Epistol. 11. ibi: Incipio enim satis absolutum existimare, de quo tanta diuersitate Regionum, discreta hominum iudicia consentiunt, quæ ad rem optimè notauit doctiss. & mihi amantiss. D.D. Did. Ximenez Lobaton in discursu sobre la Regalia de conoçer el Rey, y sus Tribunales de los despojos violentos entre Ecclesiasticos, anno præterito 1670. edito, num. 54. not. 230. & num. 53. not. 226. vbi pro hoc recursu recte expendit Epistol. 27. tom. 1. Sanctæ Matris Theresiæ, & notam D. Palafox ad eam. Hoc idem antè eum, ex alijs, etiam Aristotele relato, docuit D. D. Didac. Altamiran. in defens. por el Duque de Arschot, num. 415. sed in meis libris Aristotelis verba inuenire non potui.

28 De hac praxi obseruata, & obseruan-
da in his Indiarum + Regnis, & Provincijs agunt, leg. 48. tit. 14. quæ est ordinatio Regiarum Audientiarum ann. 1563. leg. 14. tit. 15. lib. 2. Summar. D. Felician. de Vega in cap. Causam, quæ 9. num. 45. de Iudic. D. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. à num. 14. D. Solorçan. de Indiar. Gubernat. lib. 4. cap. 3. num. 35. D. Carrafc. in Recopil. cap. 6. §. 4. à num. 19. D. Villarroel en el go- niern. Ecclesiastic. 2. part. quest. 14. art. 2. num. 20. Curia Philip. 1. part. §. 5. num. 35. D. Palafox in defens. Canon. sobre la li- cencia que deuen pedir al Ordinario los Pa- dres de la Compania, para confessar, y pre- dicar, 5. part. num. 30. D. Scalon. en los pri- uileg. Fiscal. num. 29. D. Montemayor in propugnacul. pro Reg. iurisdict. ferè per tot. & ad decisiones Hispaniol. Vigil. 22. à princ. P. Auendañi. vbi suprà, tit. 2. à num. 75. & 82. & tit. 4. num. 54.

29 De eadem praxi quoàd Castellæ Reg- na + extant iura in leg. 36. tit. 5. lib. 2. Re- copil. & alia suprà, cap. 38. num. 17. tradita, Nauarr. in cap. Cùm contingat, rem. 1. vers. Octauo, derecisp. D. Gregor. Lopez in leg. 13. tit. 13. part. 2. gloss. Nin fuerça, D. Co- uarrub. dict. num. 3. Palac. Rub. de donat. inter, in introduc. rubr. num. 24. Auiles in cap. 1. Prætor. gloss. Mandamientos, num. 11. Auendañi. de exequend. mandat. 1. part. cap. 1. num. 32. & 2. part. cap. 6. n. 12. Aze- ued. in leg. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilat. Ro- driguez de ann. redditib. lib. 1. quest. 17. à num. 66. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. crimin. cap. 102. lit. A. Bouadill. dict. lib. 2. cap. 16. num. 90. & dict. cap. 18. num. 139. Villalob. in erar. commun. opinion. verbo Clericus, num. 80. Portell. in dub. Regular. verb. Appellatio, in addit. ad addit.

num. 4. Cald. Pereyr. quest. forens. lib. 1. quest. fin. num. 29. Camill. Borrell. de præ- stant. Reg. Catholic. cap. 71. à num. 58. D. Alfar. vbi suprà, Gutierrez. practicar. lib. 1. quest. 20. Anton. Scappo de iur. non script. lib. 1. cap. 16. num. 2. Cened. ad Decret. col- lect. 5. num. 3. D. Leo dict. decis. 2. num. 8. Fr. Hiacinth. Donatus rerum Regular. tom. 1. part. 2. tractat. 10. quest. 43. numer. 2. vbi dicit, satis esse, ita in tota Hispania practicari, Zeuall. in dict. prolog. à num. 185. & 2. part. quest. 93. in fin. Scobar del Corro dict. quest. 5. num. 17. Pareja dict. tit. 2. resolut. 7. à princ. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 13. part. 3. num. 9. D. Salgad. dict. 1. part. cap. 1. à num. 159. & paſsim latè D. Salced. dict. lib. 1. cap. 7. §. 1. a num. 60. D. Matheu dict. cap. 7. §. 1. nu- mer. 58. D. Episcop. Araujo de stat. ciuit. disput. 4. diffic. 2. per tot. & alij D. Loba- ton suprà.

De Aragonensium + praxi testantur 30 Hieronym. Portolès in not. & schol. ad Molinum, verbo Appellatio, à num. 30. & verbo Firma, à num. 101. Sess. dict. cap. 8. §. 2. num. 5. & 36. & §. 4. num. 6. & decis. 113. & seq. & in Epistol. ad Regem nostrum ante dict. decis. 113. per totam. Ce- ned. ad Decretal. collectan. 17. num. 2. & quest. Canonic. quest. 45. num. 49. D. Leo vbi suprà, num. 12. Zeuall. in dict. prolog. num. 197. Baylo vbi proxime, Fontanell. num. 10. D. Salgad. num. 165. locis rela- tis.

Praxis Regni Valentiæ + meminere Pe- tr. Bellug. in specul. Princip. rub. 18. per 31 tot. Morla dict. quest. 14. D. Leo dict. de- cis. 2. per tot. & num. 14. & decis. 19. num. 6. lib. 3. D. Matheu dict. §. 1. per tot. & à num. 209. Principatus + Cathalonix. 32 Iacob. Marquilles in usatico alium namque, vers. Nota bona verba, fol. mihi 332. An- ton. Oliuan. in eodem usatico, seu de iur. Fisi- ci, cap. 3. num. 35. & cap. 11. a num. 21. & cap. 14. a num. 113. Michael. Ferrer. 3. part. obseruat. cap. 170. & seqq. & cap. 273. Lu- douic. Peguer. decis. 92. per tot. & num. 17. & in prax. crimin. cap. 24. vbi Accal. de Ripoll. in not. D. Leo dict. decis. 2. numer. 13. Zeuall. in dict. prolog. num. 196. Can- cer. 3. part. Variar. cap. 10. pertot. & num. 45. Fontanell. vbi suprà, a num. 8. & decis. 316. à num. 2. D. Salgad. dict. cap. 1. numer. 167. Narcis. Peralt. in dict. tractat. de la potestat secular, per tot. Regni + Nauarræ. 33 Martin. Nauarr. dict. remed. 1. vñct. Pro hoc remedio, Olan, in antinom. iur. lit. C. num. 33. & lit. I. num. 77. D. Leo dict. decis. 2. num.

9. Zeuall. num. 198. D. Salgad. num. 165.
Fontanell. dict. gloss. 13. part. 3. num. 10.
34 locis ubi proxime, Lusitanæ, t Nauarr. Cald.
Pereyr. Bouadill. num. 139. D. Leo num.
10. Fontanell. num. 10. D. Salgad. num.
160. ubi proxime, Zeuall. num. 187. & 2.
part. præfati tractatus de cognition. per
viam violent. quæst. 93. num. fin. Emman.
Aluarez Pegas. resolut. forens. cap. 11. num.
35 191. Hoc ipsum t seruatur in Gallicæ Regi-
no, vt notant Rodriguez dict. quæst. 17. à
num. 66. & 71. Ioan. Garcia de nobilitat.
gloss. 9. num. 51. Zeuall. num. 193. D. Leo
num. 11. D. Salgad. num. 171. locis ubi
proxime.
36 Similis obseruantia t extat apud Regi-
na Neapolis, & Siciliæ, vt docent Aſſiſt.
decis. 2. num. 3. & 10. & decis. 24. num.
9. Camill. Borrell. dict. cap. 71. num. 59.
Anton. Scappo dict. cap. 16. num. 2. Boua-
dill. dict. num. 139. D. Leo num. 15. Zeuall.
num. 189. D. Salgad. num. 162. ubi suprà,
Hect. Capic. Latro decis. 69. per totam, ubi
37 Mich. Angel. Guizius in not. Apud t Me-
diolanenses. Alciat. consil. 24. à princ. Re-
buff. & alij apud D. Salgad. ubi proxime,
num. 170. Fontanell. num. 10. In Pedemon-
38 tanio Statu, t & Senatu, Menoch. de recupe-
rand. possess. remed. 15. à num. 210. Cache-
ran. decis. 30. à num. 13. D. Salgad. numer.
162. & 169. Fontan. dict. num. 10. in fin.
In Senatu t Mantuano, Petr. Surd. decis.
39 175. in fin. Zeuall. in dict. prolog. numer.
40 192. In t Sabaudia, Anton. Faber. ad tit.
28. de appellat. ab abusu, lib. 7. Codicis, per
tot. Anton. de Herrera in allegat. iur. pro
Comite Stabilio, cap. 36. in fin. Bouadill.
dict. cap. 16. num. 90. & dict. cap. 18. num.
139. Cacheran. dict. decis. 30. D. Leo nu-
mer. 16. Zeuall. num. 191. D. Salgad. num.
166. Fontanell. dict. num. 10. in fine locis
iām relatis. In t Delphinatu, Guid. Pap. de-
cis. 562. num. 2. & seqq. Francisc. Marc.
41 42 decis. 2. num. 5. part. 1. In t Flandria, Ag-
gia de exhibend. auxil. fundam. 24. Re-
buff. ad constit. Franciæ, tom. 3. tit. de
possess. Benefic. gloss. 2. num. 8. Zeuall. num.
194.
In Gallia t Benedict. in cap. Raynuttius,
43 verbo Vxorem, num. 39. de testam. Rebuff.
dict. gloss. 2. art. 8. Carol. de Graſſal. de
Regal. Franc. lib. 2. iur. 7. Aufrer. in addit.
repetit Clement 1. de offic. Ordin. regul. 2.
fallent. 30. Aggia dict. fundam. 24. Boerius
decis. 69. num. 23. Guid. Pap. decis. 1. 71.
& 85. Cald. Pereyr. dict. num. 29. Boua-
dill. dict. num. 139. D. Leo num. 7. Gerard.
Maynard. decis. 2. num. 3. lib. 1. ubi nimis

audacitè in hac t materia loquitur, ideò. 44
que eius verba à Catholicis, & pijs auribus
exterminari digna sunt, ut benè aduer-
tit doctiss. & Religiosiss. Fontanell. ubi su-
prà, num. 10. in fin. Petr. Marca in con-
cord. Sacerdot. & Imper. lib. 4. cap. 10. §.
5. & alibi.

Obiter hoc loco obserua, recursum
hunc hucvsquè traditum ad Regia Tribu-
nalía interponi solitum, cessare, quotiè agi-
tur, t & tractatur de electionibus Provin-
cialium, & aliorum Prælatorum Regula-
rium, ac de correctionibus, & visitationi-
bus ipsorum, leg. 40. tit. 5. lib. 2. Recopil.
ibi: Porque t somos informados, que los ne-
gocios Ecclesiasticos tocantes à visitacion, y
corrección de Religiosos, y Religiosas, que se
hazén por sus Superiores, trae inconvenien-
tes, traerse por via de fuerça à las Audiencias,
assi por razon del secreto, que con-
viene tenerse de lo que en ellos se trata, y por
el breue despacho, y otras causas; por ende
mandamos, que los Presidentes, y Oido-
res de las Audiencias no se entrometan à
conocer de semejantes negocios, ni mandar
traer ante ellos tales processos por via de fuer-
ça en manera alguna; porque quando en esto
huiiere que proueer, los de nuestro Consejo
proueieran, vt contrà Zeuall. neruosè defen-
dit, D. Salgad. de Reg. Protect. dict. 1. part.
cap. 2. §. 5. à num. 21. Mendez in prax. 2.
part. lib. 2. cap. 11. num. 23. optimè Bar-
bos. vot. decis. 4. à num. 125. lib. 1. Alua-
rez Pegas. ubi suprà, cap. 15. num. 190.
D. Salced. de leg. Polit. lib. 2. cap. 6. nu-
mer. 54.

Itém cessat recursus iste in visitationi-
bus ab Ordinarijs faciendis t circà admi-
nistrationem Sacramentorum, per Regula-
res Doctrinarios exhibendam, ex Regia
Schedula 28. Martij 1620. illic: Porque à
vezes se acude a las nuestras Audiencias
Reales de las Indias por parte de las Religio-
nes dellas a pedir el auxilio Real de la fuer-
ça, apelando de la forma con que los Prelados
Diocesanos visitan las Doctrinas, mandamos
a los nuestros Presidentes, o Oidores de las
dichas Audiencias, que no admitan semejan-
tes pleytos, ni los oygan, ni conozcan dellos,
de qua D. Palafax en las alegaciones por el
Clero de la Puebla de los Angeles con las Re-
ligiones, alleg. 3. punt. 2. num. 341. fol.
187. & nos alibi.

Horum ratio illa est, quoniām in his,
quæ extrajudicialiter t in visitationibus, &
electionibus præfatis fiunt, nullo compi-
lato processu, appellare non licet, nequè
interposita appellatio admittitur, quoād
ef-

etum suspensuum. Secundum Tridentinum Concilium session. 24. de reformat. cap. 10. ibi : Nōc in his , vbi de visitatione , aut morum correctione agitur , exemptione , aut vlla inhibitio , appellatio , sc̄l querela , etiam ad Sedem Apostolicam interposita , executionem eorum , quae ab his mandata , decreta , aut iudicata fuerint , quoquomodo impeditat , aut suspendat . Et session. 13. de reformation. cap. 1. in fin. iunctis Cochier. de iurisdict. in exempt. part. 2. quæs. 14. numer. 5. Samuell. de election. Canonic. tractat. 3. controvers. 16. Thom. Valasc. allegation. iur. tom. 1. allegation. 70. numer. 5. Scacc. de appellation. quæs. 17. limitat. 26. numer. 2. Gabriel. Berart. in specul. visitation. cap. 26. à numer. 62. Villad. in eod. tractat. fol. 35. numer. 31. Zeuall. de las Fuerças , gloss. 6. à numer. 21. & 2. part. quæs. 74. numer. 27. Narbon. vbi infra , à numer. 119. Barbos. ad Tridentin. dict. cap. 10. numer. 2. & in dict. cap. 1. & vot. decis. 4. numer. 84. & 93. Curia Philippic. 1. part. §. 7. numer. 10. Alvarez Pegas resolut. forens. cap. 15. num. 189. cum alijs. Vide tradita supr. cap. 38. in fin.

Secūs erit , si ordine iudiciario servato , & compilato processu Visitationis causa tractetur ; tunc namquè t̄ quoad vtrumque effectum admittetur appellatio ; Gratian. decision. 188. numer. 4. Amat. decis. 25. numer. 6. quos sequitur Zeuall. vbi proximè , quæst. 123. à num. 14. ex Borrell. in Summ. decision. titul. 33. lib. 2. à numer. 568. Nathen de iustit. vulnerat. 1. part. titul. 3. cap. 7. numer. 4. Piasec. in prax. Episcop. part. 2. cap. 3. numer. 61. Narbon. in leg. 59. titul. 4. libr. 2. Recopilation. gloss. 1. numer. 122. vbi mentionem agit Sacré Congregationis declarationis; de qua Gratian. & Zeuall. vbi proximè , de ea etiam Marin. resolut. iur. libr. 1. cap. 17. numer. 4. Mendez de Castro in prax. p. 2. libr. 2. cap. 3. numer. 34. Barbos. dict. cap. 1. pòst numer. 7. & dict. cap. 10. numer. 3. Pegas loco iam citato , cum alijs ; eritquè locus recursui per viam t̄ violentię , si appellationi non deferrat Diocesanus visitator ; cùm sit casus

appellabilis , & concurrat appellationis denegatio in materia Ecclesiastica , ad tradita supr̄ cap. 37. numer. 3. & ita decreuit Senatus t̄ noster hodie 7. Novembris 1672. in causa à Domino Episcoipo Pacensi D. Frat. Gabriele Guillestigi facta per viam visitationis contrà Alphonsum Gutierrez Calderon. Doctrinarium , in Ciuitate Pacensi ; formato tamē , & compilato processu ; in quo sententiam protulit condemnatoriam suspensionis Beneficij , &c. à qua fuit appellatum , nèc tamē voluit deferre Praelatus. Ergò per viam violentię facta cause relatione in Senatu , declaratum fuit vim facere Dom. Episcopum in non defendo appellationi , quoad utrumque effectum ; maximè cum etiam concurreret suspensio ab administratione , quod per se facit appellationem habere utrumque effectum. Zeuall. Narbon. & alij apud Barbosam dict. cap. 1. num. 12.


Vnum tamē nota , in nullo necessitatis casu licere recursum interponere t̄ ad Principem Infidelem , atque ipsius operi , vt latè fundat Cacheran. in disput. pòst suas decisiones edita , per totam Martin. Mager. de advocat. armat. cap. 7. numer. 38. & seqq. & num. 121. & seqq. vbi agit de Francisco I. Galliarum Regge ; de quo nouissimè Stephan. Nathen de iustit. vulnerat. 1. part. titul. 2. cap. 8. num. 3. antè fin. ita refert : Cum admiratione dolenter lego , Franci cum I. Galliarum Regem , tantumque Principem morientem exclamasse , se perisse , quid voluerit esse federatus ei , qui hostis est Christiani nominis ; Cardinali autem Guisio suggestori consolationem , & ex Sacra Scriptura replicasse , omnem sibi misericordiam clausam , qui ut æmuli sui (scilicet Caroli V. Imperatoris , & Regis Hispaniarum) vel gloriam infuscaret , vel vindicaret iniuriam , fœdus pepergisset cum Turca , & Christianorum capita , tanquam armenta , ad Mahometanos vivus , vidensque passus fuisset abi. Et additur , quid eius posteritas miserere extinta fuerit ; quæ in honorem Christianiissimæ Coronæ non referrem , nisi iam dudum antè ab alijs relata fuissent. Hęc Nathen,



S V M M A R I V M.

- 1 **A**lia Regalia, & extra judicialis defensio traditur, quæ consistit in noione spoliorum, ab Ecclesiasticis commissorum.
- 2 Hæc procedit non solum, quando timetur spolium; verum etiam quando de facto committitur.
- 3 Apud omnes admittitur hæc praxis, ad evitanda scandala, & rixas, & numeri-s.
- 4 Iudex non debet pati, quod Beneficia spiritualia de facto occupentur.
- 5 Ecclesiasticum, hoc casu, citari debere dixit Grammat. & n. 37.
- 6 In Regnis Castellæ, & Indiarum hæc Regalia servatur, & n. 27.
- 7 Sic etiam apud Neapolitanos, & Sicullos.
- 8 Aragonenses.
- 9 Valentinos, referturque quodammodo hoc ipsorum Forus, & n. 11.
- 10 Cathalanos.
- 11 Dato spolio violento, cessante omnes iuris regulæ.
- 12 Hæc ipsa praxis observatur in Lusitania.
- 13 In Camera Imperiali.
- 14 In Burgundia.
- 15 In Senatu Pedemontano.
- 16 In Sabaudia.
- 17 In Statu Mediolanensi.
- 18 In Dominio Veneto.
- 19 In Regno Gallico.
- 20 Rota Romana probat eandem.
- 21 Similiter Gallorum Regnum.
- 22 In comprobationem adducitur Bulla Martini Papæ V.

- 23 In Delphinatu practicatur eadem defensio.
- 24 Quando Summi Pontificis, ob discordias, retardatur eleæcio, se se interponere solent Sæculares Principes.
- 25 De observantia huius Regaliæ, quodammodo Indias, qui testentur.
- 26 Decreta Senatus in hac materia referuntur, & n. 29. 30. 31.
- 27 Sæcularis in hac extra judiciali defensione non potest ab Ecclesiastico inhiberi.
- 28 Qui non procedit, ut Index, non potest inhiberi.
- 29 Traxim in his casibus seruandam, qui tradant.
- 30 An requiratur citatio, & summaria spolijs informatio.
- 31 Qui citationem admittunt, per proclama faciendam esse, si sua putauerit interesse, afferunt.
- 32 Hoc casu, ut voluntarius actor, venit ad Iudicium Ecclesiasticus.
- 33 Apud Lusitanos est lex circa citationem faciendam.
- 34 Si Ecclesiasticus comparens recte possidet, suo Iudici cum causa remittitur.
- 35 Defensio hæc delet in continenti, non sero adhiberi, & n. 42.
- 36 Iura, & authoritates, quæ tardiorare media damnant, afferuntur.
- 37 Si Papa causam admiserit, frustrè postmodum Principis auxilium impetratur.
- 38 Principis hæc defensio cessat, conservato possessore in sua possessione.
- 39 Doctores plures referuntur, pro, & contra, circa questionem, an Sæcularis Iudex sit capax in causis possessorijs Ecclesiasticorum, & n. 47.
- 40 Affirmativa est usu recepta in Italia, cum tolerantia Papæ.



ARGUMENTVM.

Regalia cognoscendi per Principem Sæcularem de violentis Ecclesiasticorum spolijs, etiàm in re spirituali, passim admisla, in Indiisque observata, refertur.

CAP. XLI.

Ab eodem fonte alia extrajudicialis dimanat, & prouenit naturalis defensio, & à Seculari Principe, & eius Senatus passim exhibita, in omnibusque Catholicis Regnis observata, & admissa praxeque tradita; hęc itaque locum habet, quando Ecclesiasticus in aliquo Beneficio, officio, aut alia quavis possessione, vel quasi, vexatur, molestatur, aut de facto ab aliquo turbatur Ecclesiastico; vel Laicus similitè ab Ecclesiastico opprimitur (non loquor de Laico turbante, & iniuriam inferente; quia hic semper iure ordinario à Seculari Iudice corrigitur, & punitur.) Tunc enim oppressus, & iniuriā, vel violentiam patiens a Principe Supremo, vel eius Senatu invocato, & petito, per viam exraordinarie defensionis, & protectionis, auctoritatique defenditur, manutenetur, & conservatur in sua, quam obtinet, possessione, vel quasi; donec à competenti Iudice plenè, & legitimè sit de ea recognitum, & disputatum; sic etiàm, si de facto fuerit à possessione, & vel quasi deiectus, eaque per vim, & violentè spoliatus, etiam extrajudicialiter procedendo, & agendo, restituitur, reintegraturque, quoq[ue] proprius, & legitimus Index causa cognita, decernat.

Hanc praxim & ad euitanda scanda-la, seditiones, & rixas, vbiq[ue] gentium servari, & nē publicę tranquilitati, & quieti, quid peius contingat, quo tota turbetur, & in deterius eat Respublica, ex cap. Intér dilectos 6. de fid. instrumen-tor. Ioann. Andr. Archidiacon. Inno-cent. & alijs apud Butr. in cap. fin. de Iudic. gloss. in cap. Literas 2. de iu-rament. column. vbi Abb. num. 7. Bald. in cap. 1. numer. 2. apud quem, & quos controver-s. feud. & in l. fin. Cod. de edit.

Tom.I,

Diu. Hadrian. tollend. numer. 3. ibi: Quia Index & non debet pati, quod Beneficia spiritualia de facto occupentur (iuncto Azeued. in l. 2. titul. 6. libr. 1. Re-copiat. versic. Itēm, & decimo quarto) docent Ripa in rubric. de Iudic. numer. 90. Dec. consil. 220. in princip. & numer. 2. Boss. de Princip. & priuileg. eius, numer. 212. Aymon. Crauet. consil. 258. Mandell. Albeni. consil. 75. à numer. 4. & consil. 487. in princip. vbi Vincent. Annib. in addit. volum. 2. Angel. consil. 23. Marc. Anton. Natta consil. 411. nu-mer. 1. volum. 2. Nauarr. in dict. cap. Cùm contingat, remed. 2. ibi: Hoc reme-dium commune & esse omnibus Regibus Christianis, & in Manual. cap. 27. pōst numer. 71. Marant. de ordin. Iudic. part. 2. distinct. 15. numer. 37. Dom. Couar-rub. practicar. cap. 35. numer. 2. in fin. Guid. Pap. decis. 1. numer. 1. & decis. 71. numer. 1. & decis. 85. Port. consil. 102. Camill. Borrell. de præst. Reg. Ca-tholic. cap. 71. numer. 216. 224. & 229. & in Summ. decisionum, titul. 43. de for. competent. numer. 20. & 29. cum sequentibus, Matth. Afflict. decis. 24. à num. 4, vbi Cesar de Vrsill. à num. 10. & 11. qui bene distinguit; Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disputat. 4. quæst. 9. numer. 251. in fin. Grammat. decis. 78. num. 1. & 2. Vbi, quod possit & cita-ri Ecclesiasticus, Anton. Petra de potestat. Princip. cap. 6. num. 85. Ioann. Corras. in l. Naturaliter 12. §. Nihil commune, de acquirend. possess. numer. 17. Hermo-fill. in prolog. ad s. part. gloss. 2. num. 113. Pat. Vazquez in Apolog. pro iuris-diction. Ecclesiast. contrà Iudic. Sæcular. dis-putat. 2. cap. 3. Peregrin. decis. 145. Ioan. Griuell. decis. Dolan. 128. Peña decis. 480. numer. 31. Barbos. in l. Titia 35. nu-mer. 47. in fin. Fontanell. decis. 321. à princip. & decis. 322. à num. 10. Can-cer. dict. 3. part. variar. cap. 14. à num. 7. Mich. Rausell, in Histor. Ecclesiastica Dd 2

Iurisdict. libr. 4. cap. 4. numer. 16. Mar. Cutell. de prisc. & recent. Ecclesiar. libertat. lib. 2. quæst. 67. num. 20. Carol. de Graff. de effect. Clericar. effect. 1. num. 975. vbi plures refert Francisc. de Pont. in tractat. de violent. Iudic. Ecclesiastic. per Reg. auferend. cap. 1. à princip. & conf. 96. Ludouic. Posth. de manutenend. observat. 6. à num. 24. Thom. Delben. de Immunitat. Eccles. cap. 9. dub. 25. à num. 3. vbi plures Cap. Latr. dict. decis. 69. numer. 6. in fin. D. Salced. de Leg. Politic. libr. 1. cap. 7. §. 1. num. 37. Amicus, & Preceptor meus, int̄ primarios Aduocatos veneratus, & celebratus Don Franciscus de Palacios in allegat. iur. por la Iglesia de Toledo con los Capellanes de los Reyes Nuevos, sobre ceremonias, à num. 7. D. D. Didac. Lobaton vbi ferè supr. per tot. maximè à not. 11. Amicus meus doctus Ioseph. Martinez de Figueroa, Advocatus Matritensi. in allegat. iur. por Don Geronimo Conprat, con Doña Iosepha Trelles, sotr. el Marquesado de Torralba, a numer. 110. & alij infr. referendi.

De hac praxi, t & extra judiciali auxilio, defensione, & protectione int̄ Ecclesiasticos, vèl cum eis, agunt quoad Nos, & Regna Castiliæ prætend. l. 2. titul. 6. lib. 1. Recopilat. cuius hæc sunt verba: *Los Reyes de Castilla de antigua costumbre, aprobada, y usada, y guardada, pueden conocer, y proueer de las injurias, violencias, y fuerças, que acacen entre los Prelados, y Clerigos, y Ecclesiasticas personas, sobre las Iglesias, o Beneficios. Vbi Azeued. l. 119. titul. 14. libr. 2. Summar. D. Couarrub. dict. num. 2. in fin. D. Gregor. Lopez d. gloss. Nin fuerça, Hermosill. dict. num. 113. Didac. Perez in l. 5. titul. 1. libr. 2. Ordinament. Melchior. Mieres de maiorat. 3. part. quæst. 11. numer. 28. Auendañ. de exequend. mand. dict. numer. 32. versic. Et non solum, Mexia ad leg. Tolos. 11. part. fundament. 2. numer. 47. Barbos. dict. num. 47. Dom. Salced. vbi supr. lib. 2. cap. 13. numer. 47. Ioann. Griuell. dict. decis. 128. numer. 5. obitèr Dom. Larrea allegat. 27. num. 38. Noguerol. allegat. 19. numer. 125. Cutell. dict. quæst. 67. num. 17. Rausell. vbi supr. numer. 19. vbi d.l. 2. Recopilationis, refert Capic. Latro dict. decis. 69. numer. 6. in princip. Dom. Salgad. de supplicat. ad Sanctissim. 1. part. cap. 10. num. 86. Dom. Almans. in allegat. iur. sèpè relata, sobre la administracion del Arçobispado de Santo Do-*

mingo, a numer. 31. 33. 34. & seq.

In Neapolitano, t & Siciliæ Regnis, id ipsum practicatur; Neapolitanisque sunt in hanc rem propria statuta, & Capitula Regni, incipientia; ad Regale fastigium; charitatis effectus; finis præcepti charitas; omnis prædatio; de quibus, & ipsorum materia latè tractant Neapolitaní Scriptores, Afflct. dict. decis. 2. num. 10. & dict. decis. 28. num. 1. & seqq. & decis. 363. & in Constitution. de Burgen-saticis, Grammat. dict. decis. 78. num. 2. Francisc. Viulus decis. 30. numer. 5. & decis. 411. a num. 14. Vincent. de Franch. decis. 163. numer. 2. & decis. 193. num. 11. & decis. 701. & utique Addentes, Carol. de Tapia de iur. Regn. lib. 3. sub tit. Quandò Rex int̄ Ecclesiasticas personas cognos. poss. Francisc. de Pont. in dict. trast. & dict. consil. 96. num. 16. vol. 1. Honufr. Donadeus de renuntiat. cap. 29. à num. 17, Ioann. Baptist. Thor. in compend. decision. 1. part. verb. Index Laius, Francisc. Maria Prato practicar. observat. cent. 1. observat. 57. numer. 5. latè Ioann. Francisc. San-Felicitus in prax. Iudic. sect. 30. Camill. Borrell. dict. titul. 43. num. 21. & dict. cap. 71. à num. 214. Cap. Latro dict. decis. 69. à num. 1. vbi Mich. Angel. Guizius per totam observationem, Cutell. dict. quæst. 67. nu. 17. & notant D. Couarrub. & D. Gregor. Lopez vbi suprà, Renat. Coppin. de Sacra Politica, lib. 2. tit. 5. num. 16. Sarav. de iurisdict. adiunct. q. 30. sub num. 2. Griuell. d. decis. 128. n. 5. Ioann. Anton. de Nigris, & Grammat. in d. cap. Ad Regale fastigium, Fab. de Anna cons. 7. & alij.

Procedit etiam, t & observatur in Regno Aragonie, vt notant Ioseph Sessè decis. 114. num. 12. & de inhibitionib. d. cap. 8. & 9. vbi latè Sarav. dict. quæst. 30. num. 64. Cap. Latro dict. decis. 69. num. 6. In Regno t Valentiæ, D. Leo dict. decis. 2. num. 19. & decis. 208. Mar. Cutell. dict. q. 67. num. 17. estque ei particularis forus vnicus sub titul. de los formats de dret, in Extraugant. forroum, fol. 87. per hæc verba:

Item, Señor, por quant t aximatex les dites personnes, que residexen en Roma, apres que han citat, è fet citar les dites personnes Ecclesiastiques que tenen, o possechexen Dignitats, o Beneficis en lo dit Vostre Regne de Valencia, de facto procurren de hauer la possessio de dites Dignitats, & Beneficis, non obstant la dita persona baya

baja firmat de dret; devant lo Oficial Real de V. Magestat de la dita Ciutat, è Regne; è con qualsevol fermante de dret, per los furs del dite Regne de Valencia, dega esser mantegut, è defensat en la possessio, fins è tant sia conegut de la causa principal super proprietate, y aquella sia decisa, y determinada ab sentencia passada en cosa jutgada; y a V. Magestat, y preeminencia Real, y a sos Oficials en lloc de aquella Sessguarda prouedir, è vedar no sia feta força, è violencia sobre la dita possessio, è sobre aquella part & non veniant ad arma; Per ço los dits tres Braços supliquen a V. Magestat sia mercè de aquella statubir, è ordenar, que si per alguna persona se infermat de dret per rabò dela dita possessio que te de las dites Dignitats, è Beneficis en poder de V. Magestat, ò de los Oficials Reales per V. Magestat, è por los Oficials Reales la possessio li sia guardada, è manar mantener aquella donant li lletres de manutenència, è dita possessio, no obstant qualsevol inhibitorias de jutges, citacions, ò altres prouisions impetrades de Roma, ò alias per les dites persones. Plau a sa Magestat, que firmant sia mantegut en la possessio, fins que per lo jutge aqui pertani, aliter sia declarat.

- 12 Similiter & observatur eadem praxis in Cathaloniæ Principatu Oliuan. de iur. Fisc. cap. 14. à num. 11. vbi ait, in hoc casu & cessare omnes iuris regulas. Iacob. Cancer. dict. cap. 14. à num. 7. Fontanell. de paix. nuptialib. clausul. 7. gloss. 3. part. 10. num. 48. Ludouic. Posth. de manuteneñ. obseruat. 6. numer. 28. In Lusitano Regno, & Borrell. dict. cap. 71. nu. 228. & dict. tit. 43. num. 28. Alvar. Valasc. consult. 93. num. 6. Cabed. decis. 82. p. 1. Posth. dict. obseruat. 6. num. 29. Alvar. Pegas resolut. forens. cap. 11. à num. 173. In Camera & Imperiali, Andr. Gail. obseru. lib. 1. observat. 37. num. 5. Ioachin. Minsinger. observat. 67. à num. 3 centur. 2. Borrell. num. 221. & dict. titul. 43. num. 24. Griuell. d. decis. 128. num. 5. D. Leo dict. decis. 2. num. 18. In Burgundia & Griuell. à num. 8. & per tot. In Senatu Pedemontano & Anton. Thesaur. decis. 82. & 131. Cacheran. decis. 54. & decis. 88. num. 15. & decis. 116. Angel. dict. consil. 23. Griuell. num. 5. Cutell. num. 18. locis vbi sufra. Menoch. vbi infrà. In Sabaudia & Anton. Fab. ad tir. Cod. de Episcop. & Cleric. definit. 55. & ad titul. Cod. de Iudic. definit.

Tom. I.

38. Borrell. num. 223. dict. tit. 43. nu. 25. Menoch. in fin. In Statu & Mediolani, 19. Menoch. de recuperand. possession. remed. 15. num. 211. Alciat. consil. 24. Borrell. num. 222. & dict. titul. 43. num. 26. Griuell. num. 5. In Dominio & Veneto, Ferret. cons. 1. n. 11. & consil. 30. num. 2. & 3. Nicol. Milis in repertor. verb. Index, Menoch. num. 120. Borrell. num. 225. & dict. titul. 43. num. 27. vbi proxime, Augustin. Beroius consil. 56. num. 12. vol. 3. In Regno & Galleco, Rodrig. d. q. 17. n. 55.

Romana Rota & admittit etiàm hunc recursum in casu spoliij violenti, Farinac. dict. decis. 212. à num. 8. part. 2. crimin. ibi: Posse quandoquè haberi recursus ad Iudices Laicos, & innocare eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis de facto spoliatur, faciunt tradita supr. cap. 39. à numer. 54. adde Cardinal. Tusch. lit. I. concl. 454. numer. 4. vbi ex Felin. Socin. Afflict. & alijs docet, in causa turbatae possessionis, posse Clericum Iudicem Laicum invocare.

 siasticis solvendorum, in casibus, in qui-
 bus ea debentur; hęc enim causa ad Prin-
 cipem Sacularem, maximè in Regnis Ca-
 stellae, & ipsius Tribunalia spectat, cog-
 noscitque de ea Secularis, procedens pig-
 noribus, ac bonis captis, & executiue.
 Dummodo Ecclesiastici persona non di-
 stringatur; Ordinatio Vallisoletan. Cancellar. libr. 1. titul. 1. fol. 7. ibi: Y por-
 que + estas cosas tocan a nuestra preemi-
 nencia Real, de que siempre los Reyes nues-
 tros predecessores, de gloriosa memoria, y
 Nos, y nuestros Oficiales, y Justicias ac-
 costumbraron conocer, aunque sea contra
 Clerigos, y Frayles, y Religiosos, y Or-
 denes, sin que otro se aya de entrometer, ni
 entrometa en ello, ni se le aya de dar, ni
 de parte alguna de ello; & libr. 1. titul.
 7. fol. 46. in Ordinat. Reg. Cancellar.
 Granat. idem determinat Invictissimus
 Imperator Carol. V. vt tradunt Dom. D.
 Anton. de Castro in discurs. iuridic. so-
 bre el origen de los millones, y obligacion
 de los Ecclesiasticos de contribuir en ellos,
 num. 108. Dom. Riaño in simil. memo-
 rial, num. 184. iunctis Pareja, & Dom.
 Larr. vbi proxime, Gutierr. de gabell. q.
 94. à num. 9. Girond. eod. traitat. 7.
 part. à num. 21. Carleual. de Iudic. dis-
 putat. 2. num. 159. Licet contrarium +
 defendere conentur, ex cap. Non minus
 4. cap. Aduersus 7. de Immunit. Eccle-
 siar. l. 54. tit. 6. part. 1. Anguian. de le-
 gib. lib. 2. controu. 15. à num. 14. P. Dian.
 1. part. Moral. traitat. 2. resolut. 42. P.
 Sanchez consilior. Moral. lib. 2. cap. 4.
 dub. 55. à num. 2. & 9. Dom. Tapia in
 Caten. Moral. lib. 4. quest. 11. artic. 21.
 numer. 2. Prado Verastegui vbi supra,
 numer. 359. qui alijs in terminis loquun-
 tur, non quando materia pertinet ad
 pręminentiam, & Regaliam Principis.

Et denique aliae causae omnes Supre-
 20 mi dominij Regalias, + & pręminentias
 tangentes; istarum enim cura ad of-
 ficiū Fiscaliū attinet, l. 12. titul. 18.
 part. 4. Dom. Larr. vbi proxime, numer.
 4. Fontanell. decis. 358. num. 6. & 7. qui
 ex Iacobo Calicio in Margarita Fisc. in
 21 princip. num. 5. ita refert: Se semp̄ +
 in hac obligatione fixos oculos, dūm eo
 munere fungebatur, habuisse, in mente te-
 nuisse, ac o seruasse; propter quod dicit,
 (quod debet seruire de magna consolatione
 hodiernis Fiscalibus) se grandissimas in-

gratitudines (itā loquitur) incurrisse ali-
 quorum Regiorum Consiliariorum, ma-
 lentem seruire Deo, quam mundo; hęc
 Fontanell. ex Fiscali Calicio. Adde l. 1.
 titul. s. l. 21. titul. 19. lib. 2. summ.
 Ordinat. 98. Suprem. Consil. ann. 1636.

In quibus causis, & casibus + ac-
 curatē, & diligentē procedendum est,
 nihil omitendo agendum, nē aliquod
 Principi inferatur pręjudicium, l. Fisci,
 Advocatus 3. Cod. de Advocat. Fisc. vbi
 Baldus, & alij; sicut dici solet + de 23
 tutore, l. Quotie's 9. §. Nec utique, cum
 similibus, ff. de administrat. tutor. notant
 Peregrin. de iur. Fisc. libr. 7. titul. 2.
 num. 7. Fontanell. vbi proxime, D. Cres-
 pi obseruat. 51. num. 26. vbi refert, Re-
 gem + Ioannem, vt accepit, Summum 24
 Pontificem Episcopo Valentino dedi-
 se commissionem cognoscendi de causis
 exemptorum, ad ipsum Regem pertinen-
 tibus; mississe Alguazirum ad Episco-
 pum, vt vel commissionem, vel ip-
 sum mortuum, deferret; vt notauit Pe-
 tr. Bellug. in Specul. Princip. rubric. 11.
 §. Videndum, numer. 12. quamvis id
 ad terrorem + magis, quam vt cum 25
 effectu fieret, resolutum, credendum
 sit, vt benè advertit ibidem Dom. Cres-
 pi. Adde ex Riminald. Iun. consil. 327.
 numer. 2. libr. 3. Mascal. de probation.
 conclus. 162. numer. 33. Vermigliol.
 consil. 269. numer. 6. & consil. 270. nu-
 mer. 10. ex alijs Thor. vot. 100. num.
 91. Grammatic. decis. 36. numer. 1. ad
 med. & in fin. agrē enim ferunt Reges,
 & Supremi Principes in aliquo, etiā + 26
 minimo, pręminentiarum suarum defrau-
 dari, impediri, ob quam causam saepe nu-
 merō sunt de suis conquesti officialibus,
 & ministris: quando nemp̄ aliquid non fa-
 ciendum, vel admittendum admissum, &
 factum est.

Catholicus Hispaniarum Rex Ferdinan-
 dus, huius nominis V. qui hanc + CATHO- 27
 LICI denominationem, & prærogatiuam
 à Sanctissimo Alexandro Papa VI. conse-
 quutus fuit ann. 1496. secundūm Roderic.
 Mendez Silva en su Catalogo Real, success.
 77. fol. 124. Ioann. Blazquez Mayoralgo
 de la perfecta razon de Estado, lib. 7. fol. 88.
 Cassan. in Catalog. Glor. Mund. 5. part.
 considerat. 31. & 32. Camill. Borrell. de
 præf. Reg. Catholic. cap. 41. num. 23. D.
 Riaño vbi supra, sub numer. 86. Licet
 iam ab antiquo + hoc Catholicī pro- 28
 nomēn Hispanię Regibus competere do-
 ceant suprà relati; & præter eos, ex Concil.
 To-

Tolet. III. & alijs probant Francisc. Viuar. in Commentar. ad Marc. Maxim. Epistol. nuncupat. num. 21. & seq. illic: Unde nullus, praeter Hispaniae Reges, utroque iure Rex Catholicus dici potest. Et ibi: Non solum Dignitas Regia, sed etiam sanguis, & cum sanguine Catholici cognomentum in Hispanijs procedere, ab uno primo Catholic Rege Ricaredo, Hermosill. in prolog. ad 5. partit. gloss. 2. numer. 39. Cesar. Baron. Annal. tom. 8. ann. Christ. 638. Zurit. Annal. Aragon. part. 5. libr. 2. cap. 40. Sim. Barbos. in repert. verb. Rex, pag. 333. ex Barbos. Garibay, Moral. Marian. Vafsefo, & alijs, Ioannes Pallares, Gayoso en el memorial, sobre no deber contribuir la Iglesia de Lugo en el servicio de Millones, num. 15. iunctis Didac. Valdés de Dignitar. Reg. Hispan. cap. 20. & seq. Dom. Solorzan. de Gubernat. Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 21. Dom. Valençuel. consil. 99. num. 27. Prado Verastegui ubi supra, art. 6. num. 378.

29 Ità Invictissimo Carolo V. titulum + ac denominationem MAXIMI, ET FORTISSIMI concelsit Summus Pontifex Paulus III. Pat. Basil. Baren. in addit. a los Ceſares de Pedro Mexia, in eodem Carolo V. cap. 5. in fin. pag. 626.

30 Magnus ergò hic Catholicus Ferdinandus dignitatum, & officiorum priuatiōne multauit Preſidem, + & Senatores Cancellariae Vallisoletanę; quoniā ad Curiam Romanam appellationem admisere, in casu prohibito, Stephan. Garibay in sua Histor. ad ann. 1491, libr. 18. cap. 40. illic: Tambien en este año el Presidente, y Oydores de la Real Audien- cia, que en Valladolid residia; cayendo en grane descuido, porque en un caso que ante ellos vino, otorgaron apelacion para Roma, debiendo ellos conocer en la causa; los Reyes con acuerdo en ello auido, priuaron al Presidente, y Oydores de sus of- cios; siendo Presidente Don Alonso de Val- diuiezo, Obispo de Leon, y Oydores, el Docto Martin de Auila, el Licenciado Chinchilla, el Doctor Cano, y el Doctor Olmedilla: en cuyos lugares sucedieron, por Presidente, el Doctor Don Iuan Arias del Villar, Obispo de Oviedo, que despues fue de Segouia; y por Oydores, el Licenciado de Villena, el Doctor de Palacios, el Li- cenciado Villamuriel, el Licenciado Pala- cios Rubios, el Doctor de Villouela, y el Licenciado Astudillo. Idem factum re- ferunt Laurent. Carvajal in suis Anna- libus manuscriptis, & nouissim. Dom.

Tom. I.

Lobaton en el discurso, sobre no auer cumplido las Cedula de su Mageſtad el Ar- gobispo de Granada, num. 12. adde, quod tradidi de Marchione de Villamanrique, supr. cap. 34. num. 35.

Idem Catholicus Ferdinandus + sa- 31 tis apertè hoc ipsum, quod dixi, de- monitrare videtur, in Regia Schedula data en Burgos 22. Maij 1508. ad Comitem de Ribagorça Don Ioannem de Aragon, Neapolitanum Proregem mis- fa; de cuius tamē substantia, non dis- puto; tantū itaqüè ipsius verba, quoad intentum refero, vt animadverti valeat, quantum Principes curent, ac studeant, Regalias, & prerogatiwas suas, integras, ac illætas, servare; audi verba Re- gis.

Vimos vuestras letras de seis de el pre- sente, y la carta clara, a que en esta cifra vos remitiades, en que nos es- criuades largamente el caso de el Breue, que el Cursor de el Papa presentó a vos, y a los de nuestro Consejo, que vos resi- den; debió de quedarse allá por olvido, porque no vino acá. Pero por lo que nos es- criuío Miser Lonch, entendimos todo el dicho caso, y lo que passó sobre lo de la Ca- na.

De todo lo qual auemos sentido gran- de alteracion, enojo, y sentimiento, y estamos mucho marauillados, y mal con- tentos de vos, viendo, y sabiendo, de quanta importancia, y perjuicio de nues- tras preeminencias, y Dignidad Real era el dicho acto que fizó el Cursor Aposto- lico, y mayormente, siendo de hecho, y contra derecho, y no visto fazer en nues- tra memoria a ningun Rey, ni Visorrey de ningun Reyno: Porque no ficiſtes tam- bien de hecho, mandando ahorcar al Cur- sor, que vos lo presentó. Et paulo póst, illic: Y vos fazed estrema diligencia por fazer prender el Cursor, que vos presen- tó el dicho Breue, si estuiere en esse Reyno; y si le padieredes auer, hazed que renuncie, y se aparte con acto de la presentacion que fizó del dicho Breue, y mandadlo luego ahorcar.

Ec circa finem, in illis verbis: Y pues vedes nuestra intencion, y de- terminacion en esta cosa, de aqui ade- lante, por cosa ninguna de el mun- do, no sufrais, que nuestras preemi- nencias Reales sean + usurpadas por na- die; porque si el Supremo dominio nues- tro no defendeis, no ay que hazer;

Ff 3, que,

que la defension del derecho natural, es permitida a todos, y mas pertenece a los Reyes, porque demas de cumplir a la conseruacion de su Dignidad Real, cumple mucho, para que tengan sus Reynos en paz, y justicia, y buena gournacion; Quam recte exponit, Regis animum explicans, Lupertius, Leonard. in gloss. Ad eam, intelligens Regem Catholicum, ac ipsius mentem in quibusdam Schedulę clausulis, alias difficilioribus, eo modo, quo D. Crepli *supr. n. 25.*

33 Ad hanc praeminentiarum Regiarum naturam, & materiam refert Regiam Schedulam Imperatoris Caroli V. Domini nostri ad Principem D.D. Philippum, ipsius filium, ac itidem Dominum nostrum, & missam, 20. Decembris ann. 1546. circā inhibitorias à Curia Romana obtentas, ad supplicationem, & instantiam Dominae Eleonoris de Castro, uxoris Baionis de la Laguna, quam tradit Narcilus Peralta in prælud. tractat. de la potestat Secular, num. 4. in hæc verba.

34 En la causa del Baron, que por ninguna via directa, ni indirecta, no se ha de permitir, que sobre causa temporal, pendiente ante los Iuezes Seglares, vengan, ni se & cumplan inhibitorias de Iuezes Ecclesiasticos, porque es contra la preeminencia Real. Et postea ibi:

En caso, que por los Iuezes de Aragon se declarasse, que se obedeciesen las letras de inhibicion de Roma, no lo debemos de consentir, por ser esto en perjuicio de nuestra preeminencia Real: y asi estareis advertido de este punto, por dar a entender a los del Consejo de Aragon, que ai reside, y a los de allá, de la manera que deben proceder en el negocio; y siendo necesario, mandareis que asista persona por el Fisco. Esto del Breue, basado muy bien no dar lugar a que se acepte, y que se debe tener muy gran cuidado, que nadie entienda en esto, y si alguno se empachare, en ello, que sea castigado.

35 Denique contrà Ecclesiasticum delinqüentem in delicto atrocissimo, vel publicam quietem turbantem, periculo in mora concurrente & aliud reniedium Sæculari Principi, notauit Marius Cutelli ad leges Federici Regis, dict. cap. 22. not. 24. nu. 5. verific. Theodosius Imperator; nempè, vt Ecclesiasticus reus cum epistolis totum delictum continentibus, ad suum & Superiorum, Summum scilicet Pontificem, vel alium mittatur; vt causa cognita poenis illum debitum subiectat; quod etiam probare videtur pragmatica eiusdem Imperatoris Carol. V. data en Bohorones 17. Decem-

37 bris 1520. contra los Comuneros, in fine, ibi: E si fueren personas Ecclesiasticas, & de Orden, las mandaremos & remitir a nuestro muy Santo Padre, & a los otros sus Prelados, a quien son sujetos; quam ex D. Molin. de primog. lib. 4. cap. fin. num. 58. tradidimus in alium finem *supr. cap. 42. num. 33.* innuunt etiam D. Gregor. Lopez in l. 57. titul. 6. part. 1. gloss. in fin. D. Castill. de tert. cap. 41. num. 188. Peralt. *vbi supr. cap. 13. numer. 14.* conductit Guazin. de treg. & pac. 2. part. §. 3. de caution. de non offend. quæs. 14. num. fin. ex Herculano. de caution. cap. 31. numer. 13. *vbi ait*, Clericum & rixosum, quatenus Laicali potestati subest, cogi posse per Laicum Iudicem ad cauendum de non offendendo, vel de bene viviendo, pro quiete publica, vel saltē, vt remitti possit ad suum Iudicem Ecclesiasticum, iunctis Farinac. in prax. quæst. 8. num. 122. Soul. in Bull. Cœnæ, cap. 16. disput. 82. num. 9. Garc. de Nobilitat. gloss. 9. a num. 31. Bellot. disquisit. Clerical. 1. part. titul. de favo. Cleric. person. §. 11. numer. 1. Prado Verastegui *vbi supr. nu. 213. & 216.* qui docent posse & Clericum capi, & suo Iudici remitti. 38

39 Apertiū probare videtur assūptum nouissimè optima & Regia Schedula 6. Aprilis 1653. relata à nostrate amantissimo D. Montemayor in propugnat. pro Regia iurisdic. §. 19. in fin. & §. 25. in fin. in illis verbis: Teniendo entendido (cuidam Episcopo loquitur Rex Catholicus) que si no executais contoda breuedad (lo que se le ordenaua) se usaran con vos de los medios mas rigurosos, y executiuos que experimentareis, sacandoos de essa Provincia, y embarcandoos para traeros a Espana, y embiaros a Roma & con el processo. Nota hæc. 40

41 Nunc autem audi verba Marij Cutelli, *vbi supr. ibi*: Putarem in Regnis illis, *vbi* Summus Pontifex & longè auctor; vel si magnum esset in mora damnum; vel denique in Provincijs à quibus Incolæ, ne extra lares litigent, ac querimonias effundant, constitutione Pontificia constitutum esset, atque immemoriali consuetudine probatum, Episcopos, si ejici non possent, posse tamè Romano Pontifici (debito honore, personarumque decore servato) cum epistolis causam, excessusque continentibus transmitti, vt à suo Iudice plectantur; Per hoc enim Rex in eos ius non dicit, sed ius dicenti reum, vt sistat, remittat, quod omni iure licere, nemo & unquam dubitauit; 42 mouet ad hæc firmando ex textu in cap. Filij, vel nepotibus 16. quæst. 7. quem tex- tum

tum, licet diuersè Doctores accipiant, vt est videre per Dian. resolut. 14. tractat. 2. de Immunit. Eccles. (adde P. Azor inst. Moral. 1. part. lib. 5. cap. 14. quæst. 2. Salas de legib. quæst. 96. tractat. 14. disput. 14. cap. 19. num. 109. Filliuc. tom. 1. tractat. 16. cap. 10. num. 263. Bonacin. de legib. disput. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 12. & ad Bull. Cœnæ, punct. 1. num. 8. Duard. ad eandem Bull. lib. 2. Canon. 14. quæst. 8. num. 8. Coriolan. excommun. 14. fol. 926. Balboa in cap. 2. de Iudic. Marth. de iurisdiction. 4. part. centur. 2. cas. 43. Pesant. de Immunit. disput. 16. P. Dian. dict. tractat. 2. part. 1. resolut. 15. in fin. Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disput. 4. quæst. 9. §. 14. num. 268. D. Vrrutigoit. de instrus. quæst. 41. à num. 17. qui docent, dict. cap. Filijs, vel nepotibus t sublatum esse, per cap. Qualiter, & quando, de Iudic.) tamèn communiter à Canonistis, & Theologis receptum est, vt licet ex eo nullatenus iurisdictione Principi laico tribuatur, ius tamèn, quo possit apud Pontificem pro animaduersione Episcopi instare, ac ei reum offerre, tribuitur, non deuant, Farinac. decis. 179. num. 5. part. 2. crimin. ibi: Nam reuerà Consilium Regium nullum fecit decretum præiudiciale, sed immò fauorabile iurisdictioni Ecclesiastica, cùm remiserit t partes ipsas ad Nuntium Apostolicum, & sic ad Iudicem competentem, Ludouic. Sarau. de iurisdict. adiunctor. quæst. 30. num. 20.

44 Refert Cutell. in confirmationem casum in Regno Neapolitano t à D. Proregé Comite de Lemos executum. Ergò Prorex iste vigilanssimus, cùm armatis militibus Fermular. Episcopum ad Summum Pontificem misit; quia à latellitum manibus bannitos quosdam eripuit violentè, ob quod à suo deinde Iudice compilata causa, eo Episcopatu exutus fuit. Neque erat casus, in quo secularis ad aliam coctionem, vel poenam extraordinariam posset procedere, aut ad multam aliquam in bonis temporalibus, cùm non valeat affirmari, hoc esse Regiam t usurpare iurisdictionem, secundum tradita à Ioann. Lupo in tractat. de libertat. Ecclesias. part. 1. quæst. 4. num. 12. Azetied. in leg. 3. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 3. Sahagun. in cap. 2. de Iudic. num. 41. Marth. dict. centur. 2. cas. 101. à num. 5. & cas. 134. Ioann. Cochier. in vindic. libertat. Eccles. part. 1. cap. 28. num. 8. Surd.

45 consil. 396. à num. 32. Cutell. de prisc. & recent. Ecclesiar. libertat. lib. 2. quæst. 26. Thor. in compend. 2. part. verbo Index Regius, Genuens. in prax. Archiepisc. cap. 8. num. 5. Trulench. tom. 2. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 31. Magal. in 3. part. lib. 3. cap. 11. num. 35. Layman. in Summ. lib. 4. tractat. 9. cap. 4. num. 13. & cap. 5. num. 1. Delben. de Immunit. Eccles. cap. 9. dub. 35. sect. 3. & 4. & dub. 22. & de Parlament. dub. 4. section. 16. Bonacin. in Bull. Cœnæ. disput. 1. quæst. 18. punct. 3. num. 12. Leand. de censur. tractat. 3. disput. 15. de Bull. Cœnæ. quæst. 16. & 17. P. Dian. dict. 1. part. Moral. tractat. 2. resolut. 26. & 4. part. tract. 1. resolut. 78. Prado Verastegui. ubi supra, art. 3. num. 244.

Igitùr, si hoc Sæculari Iudici in casu sanè parui præiudicij, qualis iste fuit, facere licuit, approbante Summo Pontifice, cùm causam instaurare, ac decidere iussit, vt reus poena afficeretur; à fortiori fatendum venit, eundem Principem Laicum optimè procedere posse in atrocioribus casibus, & delictis, quæ instantaneum secum damnum trahunt, & periculum irreparabile. Superiorisque consultationi locum, & tempus excludunt omnino, ac superant.

46 Et quamuis Mario Cutelli responde. reconetur P. Diana 5. part. Moral. tract. 1. de Immunitat. Eccles. resolut. 5. adhuc fateri videtur, in partibus t à Romana Curia remotis, & præcipue in Indiarum Regnis, posse procedere Cutelli doctrinam; Summa namquæ distantia plurimum t Principi laico conferre, & permittere solet, maximè in Ecclesiasticos seditiosos compescendos, nè Reipublicæ ruinam, aut dampnum maximum affeiant, dixi cap. 40. à num. 10. doctissim. Fontanell. decis. 316. num. 25. Cacheran. decis. 30. num. 14. Marth. & alij ibi tradidi, & vt docet Frat. Ioann. Madriagá tract. del Senado, y su Principe, cap. 39. §. 2. sèpè Deo, & eius Ecclesiæ conuenire, Principem Sæcularem factis Ecclesiasticorum, prètèr communem, & Regularem usum, modumquæ succeden-
tibus interesse, & adesse, illic: Bien veo t que ay à vezes casos tan exorbitantes, que conuiene al servicio de Dios, y del Papa, y de la Republica, que se meta el Rey, y sus Ministros.

&c.



SUMMARIUM.

- 1 Ecclesiastici sunt ciues, & membra Republicæ, & num. 21. cum seqq. num. 41.
- 2 Hoc respectu, Principi Supremo tenentur obedire.
- 3 Ecclesiastica præcellentia, & Sacerdotium, non eximit Ecclesiasticos ab obligatione cognoscendi Principem Supremum in temporalibus.
- 4 Circà obedientiam ab Ecclesiastico Seculari Principi exhibendam, adducitur Epistola Canonica 1. Diui Petri, cap. 2. & num. 55.
- 5 In eandem sententiam, & necessitatem expenduntur, Diuus Paulus.
- 6 Diuus Ioannes Chrysostomus.
- 7 Diuus Bernardus.
- 8 Diuus Gregorius Nazianzenus.
- 9 Tertullianus.
- 10 Diuus Augustinus.
- 11 Diuus Ignatius Episcopus.
- 12 Hippomensis Claroualensis de Aquino.
- 13 Diuus Irenaeus.
- 14 Sanctus Gelasius Papa.
- 15 Casus à Diuo Paulo executus, quando appellauit ad Cæsarem, traditur.
- 16 Sanctus Athanasius, ad Constantimum Imperatorem interposuit recursum.
- 17 Ecclesiastici, quoad politicas, & communes leges; Sacris Canonibus non repugnantes, Principi Seculari subiiciuntur, secundum communem sententiam, & num. 18. 20. 22. 26. 27.
- 18 Quod procedere potest, licet Papa id prohibeat, & quando,
- 21 Quoniam, quodd hoc, Ecclesiastici sunt membra Republicæ, & num. 1. cum seqq. num. 23. 25. 41.
- 24 Dicuntur de districtu temporali Principiis.
- 28 Per has leges, pro bono Republicæ latas, non minuitur in aliquo Ecclesiastica libertas, & num. 42.
- 29 Tenentur Ecclesiastici his legibus, vi directiua, non coactiua, & num. 39.

- 30 Valentiniani Imperatoris verba, in Epistola ad Episcopos Asiae missa, tranduntur, & intelliguntur, & num. 45.
- 31 Aliquando ad eas leges seruandas vi coactiua tenentur Ecclesiastici, & num. 40.
- 32 Potestque Secularis Iudex ad paenarum executionem procedere, & num. 34.
- 33 Alij docent coactionem ab Ecclesiastico Iudice faciendam; nisi sit in mora periculum, & num. 34.
- 35 Leges communes arma, vel quid aliud prohibentes, æque Ecclesiasticos, ac laicos comprehendunt, & num. 42. 57.
- 36 Seculares Iudices possunt ab Ecclesiasticis arma auferre.
- 37 Leges rebus venalibus taxam ponentes, Ecclesiasticos obligant, & num. 42. 57.
- 38 Cardinalis Bellarmini verba ad precedentia expenduntur.
- 43 Magna confusio esset in Republica, si Ecclesiastici prefatas leges non servarent.
- 44 Pontifices pro cursu temporalium rerum tantummodo, legibus Imperialibus, vtuntur.
- 45 Probi Episcopi non solum Dei, sed etiam Regum legibus obtemperant, & num. 30. 56.
- 46 Christi Domini lex non tollit leges politicas, ideo debent eas Ecclesiastici obseruare.
- 47 Inutilis foret Principis potestas, si non posset aliquo modo transgressores illarum legum corrigerem.
- 48 Qui supponit Ecclesiasticos eis legibus teneri, is coactionem possibilem legislatori concedit, ad earum executionem.
- 49 Diui Hieronymi locus refertur.
- 50 Bellarminus qualiter intelligat locum Diui Pauli 13. ad Roman.
- 51 Sed adhuc afferitur, loqui Apostolum de potestate laica, & seculari, & numer. 52.
- 53 Ecclesiastica potestas, nisi agatur de spirituali, nullam habet iurisdictionem in seculares.
- 54 Nec potest se immiscere laicalibus causis.
- 56 Episcopi Regibus, in temporalibus, Reges Episcopis in spiritualibus subiecti esse debent.



ARGUMENTVM.

Ecclesiastici sunt ciues, & membra Reipublicæ, ideo Principi Supremo Sæculari obedire, ipsiusque politicas, & communes Ieges, Sacris Canonibus non repugnantes, seruare tenentur; & quomodo?

C A P . XLV.

Procedunt maximè in Superioribus allata, ex eo, quod Ecclesiastici omnes, quatenus ciues t sunt, & membra Reipublicæ, ut infra hoc capite à num. 21. fundabimus, sicut alij laici Principi suo Supremo obedire t tenentur, D. Gueuar. in propagnac. contrà Venetos, assert. 1. §. 4. num. 31. Petra de potest. Princ. cap. 3. quæst. 2. num. 6. & cap. 27. num. 20. Petr. Barbos. in leg. 2. §. Legatis, num. 278. ff. de Iudic. Calixt. Ramirez de leg. Reg. §. 32. num. 26. Mart. Maguer. de aduocat. armat. cap. 6. à num. 308. D. Valençuel. consil. 4. num. 79. P. Dian. 1. part. Moral. tractat. 2. resolut. 18. circà princ. D. Salced. de leg. Politic. lib. 2. cap. 4. à num. 7. D. D. Anton. de Castro ubi infra à num. 98. D. Balboa ubi infra.

Cum præcellentia, & immunitas Ecclesiastica non eximat omnino ipsos, quin t Supremum in temporalibus Principem agnosceré valeant, ut nouissimè ea qua solet dexteritate, ex Diu. Thom. 1. 2. quæst. 69. art. 4. Driad. de libertat. Christian. lib. 2. cap. 2. propos. 4. P. Molin. de iustit. & iur. disput. 31. conclus. 6. Bellarmin. de Cleric. cap. 6. Saura de primis instantijs, fol. 42. & alijs, tradit D. Lobaton in discurs. sobre la Regalia de conocer el Rey, y sus Tribunales de los despojos entre Ecclesiasticos, numer. 57. not. 239.

Quod satis apertè docet Apostolorum Princeps, Epistol. 1. cap. 2. subditi t estote (inquit Diuus Petrus) Dominis vestris siue Regi, tanquam præcellentí, siue Ducibus ab eo missis, Diuus Paulus ad Roman. cap. 13. id ipsum præcipit: Omnis t anima, ait, Potestatibus sublimioribus esto subiecta; quæ verba relata sunt in cap. 2. de censib. Et iterum ad Titum, cap. 3. in princip. ibi: Admone illos, Principibus, & Potestatibus sub-

ditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse; consonant cap. Petimus 19. cap. Magnum 28. 11. quæst. 1. cap. Princeps Sæculi, cap. Regum, cap. Administratores 23. quæst. 5. gloss. in cap. Tributum, verbo Ecclesia 22. quæst. 8. cum alijs.

Diuus Ioann. Chrysostom. ad eum Diuini Pauli locum, homil. 23. per hæc verba: Intererat eas rationes, quas commemorauit, non mouent, sed eas, quæ Potestatibus ex debito obedire debent, ostendent, quod ista imperantur omnibus Sacerdotibus, & Monachis, non solùm Sæcularibus. Id, quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit; omnis anima Potestatibus Superioribus subdita sit; etiam si Apostolus, si Euangelista, si Prophetæ, si quisquis tandem fuerit; neque enim pietatem subuertit ista subiectio, & non simpliciter dicit, obediatur; sed subdita sit.

Diuus Bernardus ad ipsamet Pauli verba, dirigens sua ad Ecclesiasticos, nè in Apostoli sententia præsumerent se non esse comprehensos, ita in Epistol. ad Archiepiscopum Senonensem, ait; Si omnis t anima, & vestra, qui vos excipit ab uniuersitate? Si quis tentat excipere, tentat decipere, D. Gregor. Nazianzenus orat. ad populum, in illis verbis; Inter t cæteras nostræ doctrinæ leges, hanc habemus cum primis laudandam, &c. Ut sublimioribus potestatibus pareamus.

In idem concludit Tertullianus, in Apostoli præcepto, & sententia, Ecclesiasticos includi, affirmans: Quod attinet, inquit, ad honores t Regum, & Principium, satis præscriptum habemus, in omni obsequio nos esse oportere, secundum Apostoli præceptum, subditos Magistratibus, & Principibus, & Potestatibus. Et in Apolog. cap. 34. illic: Sed quid amplius de Religione, & pietate Christiana in Imperatorem? Quem necesse est suscipiamus, ut eum, quem Dominus noster elegit.

- Magnus Augustinus in ipsa Epistola ad Romanos, hoc item agnoscit per haec verba:
 10 Cū anima & constemus, & corpore, quan-
 diū in hac vita corporali sumus, oportet ex
 ea parte, que ad vitam hanc pertinet, sub-
 ditos nos esse Potestatibus, id est hominibus,
 res humanas cum aliquo honore admini-
 strantibus. Diuus Ignatius Episcopus, qui
 Apostolorum tempore vixit, in Epistol. ad
 Philadelphos, ibi: Princeps & subditi esto-
 te Cæsari, Milites Principibus, Diaconi
 Presbyteris, & Sacrorum administratori-
 bus; Presbyteri vero, & Diaconi, & om-
 nisi Clerus simul cū populo, & Militibus,
 & Principibus, &c. Hypponenensis Claro-
 ualensis de Aquino in dict. cap. 13. Episto-
 lae ad Romanos, illic: Interim, dum & cor-
 ruptibilem carnem gerimus, oportet nos car-
 nalibus dominijs subiçere, has ad rem con-
 gessit authoritates Peralta in tractat. de la
 potestat sacerular en los Ecclesiastichs, cap. 4. &
 princ. & num. fin.
- Sanctus Irenæus, lib. 5. aduers. hereses,
 cap. 24. pagin. 359. in illis verbis: Non deter-
 minauit & Dæmon huius Sæculi Regna, sed
 Deus. Nam per Salomonem ait Verbum; per
 me Reges regnant; & Paulus Apostolus;
 Omnibus Potestatibus sublimioribus subiecti
 esto, non enim est Potestas, nisi a Deo; &
 iterum de ipsis ait, non sine causa gladium
 portat; Dei enim minister est, vindicta in iram
 ei, qui male operatur, quoniam enim auer-
 tens se homo a Deo, in tantum efferauit, ut
 etiam consanguineum hostem sibi putaret, &
 omni inquietudine, & homicidio, & auar-
 itia sine timore versaretur, imposuit illi
 Deus humanum timorem (non enim cognos-
 cebat timorem Domini) ut potestati hominum
 subiecti, & lege eorum astricti, aliquid asse-
 quantur iusticie, & moderentur ad iniucem,
 manifesto positum gladium timentes, Sanctus
 Gelasius Papa Epistol. ad Anastas. Impera-
 tor. illic: Legibus tuis & iis quoque pareant
 Religionis Antistites, D. Thom. de rem.
 Princip. lib. 1. cap. 1. & alij.
- Hanc in Principe Sacerulari Superiorita-
 tem, in casu occurrenti de facto, agnouit
 ipse Diuus Paulus; nam a Iudeis oppressus
 Act. Apostolor. cap. 25. versic. 7. Circum-
 steterunt, inquit, Iudei, & multas, & gra-
 ues causas obijcentes, quas non poterant
 probare; Paulo rationem reddente, quoniam
 neque in legem Iudeorum, neque in Templum,
 neque in Cæsarem quidquam peccavi, &c. sic
 exclamauit; Ad Tribunal Cæsaris sto, ibi
 me oportet indicari, Cæsarem appello. Tunc
 Festus cum Consilio loquutus, respondit, Cæ-
 sarem appellasti, ad Cæsarem ibis; ut recte

in specie expendunt, D. Valençuel. contra
 Venetos, 4. part. à num. 171. P. Baldell.
 Theolog. Moral. lib. 5. disput. 35. num. 6.
 D. Leo decis. 2. num. 5. Peralt. vbi sup.
 num. 8. Petr. Marca in concord. Sacerdot.
 & Imper. lib. 4. cap. 2. §. fin. vbi etiam re-
 fert, recursum à Sancto Athanasio & ad
 Constantium Imperatorem interpositum,
 ab iniurijs, & violentijs in eum in Concilio,
 vel conciliabulo Tyri illatis.

Fundatque latè P. Baldell. vbi proxime
 (quod propriè ad hanc materiam spectat)
 num. 10. Ecclesiasticos, quoà politicas &
 17 leges, aliasque generales bonum publi-
 cum, & commune respicientes, faciisque
 Canonibus non repugnantes, Principibus,
 & Potestatibus Sacerularibus, vel Laicis sub-
 ijci, earumque poenis obnoxios esse; quod
 dixerat disput. 33. num. 5. & 13. estque
 communis, & recepta omnium & sententia,
 quam defendunt, Victor. de potestat. Civil.
 num. 5. Sot. in 4. sentent. distinct. 25. quæst.
 18 2. art. 2. conclus. 4. & de iustit. & iur. lib. 1.
 quæst. 6. art. 7. conclus. 1. Salas de legib.
 disput. 14. section. 8. num. 94. & 104. &
 de emption. & vendit. dub. 9. num. 2. P.
 Molin. dict. disput. 31. num. fin. P. Suarez
 vbi infra, Cardinal Bellarmin. de cleric.
 tom. 2. cap. 23. & cap. 28. versic. Tertia pro-
 positio, & in respons. ad Epistol. incerti Au-
 торis, pro defension. Venetor. vulgatam, con-
 tracensuras Pauli Papæ V. fol. 6. D. Couar-
 rub. in regula possessor, 2. part. §. 4. num. 9.
 & practicar. cap. 33. num. 7. Ledesma in
 summ. tom. 2. tract. 8. cap. 32. difficult. 4.
 Sayr. de clau. Reg. lib. 2. cap. 4. num. 16.
 Durand. de mod. celebrand. Concil. General.
 rubric. 72. P. Sanchez Consilior. Moral. lib.
 2. cap. 1. dub. 55. P. Ferdinand. Castro Palao
 1. part. tract. Moral. tract. 3. disput. 1.
 punt. 24. §. 6. Dec. consil. 72. à num. 3.
 Canonistæ in cap. 1. de vita, & honestat.
 Clericor. & in cap. Dilecti, de for. competent.
 P. Dian. cum multis, 1. part. Moral. tra-
 ctat. 2. de Immunit. Eccles. resolut. 8. per
 totan, & 7. part. tract. 1. resolut. 2. num. 7.
 vbi refert Cardinal. Bellarmin. Carol. de
 Graff. de effectib. Clericat. in prælud. num.
 375. Mauric. Alced. de præcellent. Episcop.
 Dignit. 1. part. cap. 6. num. 49. latè Fr. Hy-
 acint. Donatus rerum Regular. tom. 1. part. 2.
 tract. 13. quæst. 87. Pareja de instrum. edi-
 tion. tit. 2. resolut. 7. num. 17. Donatus An-
 ton. de Marinis resolut. iur. lib. 1. cap. 55. à
 num. 11. D. Episcop. Araujo in 1. 2. quæst.
 97. disput. 3. sett. 5. definit. 4. à num. 9. &
 de stat. Ecclesiast. tractat. 2. quæst. 14. num.
 2. cum alijs infra referendis.

Quod

Quod etiam procedere videtur (secundum aliquos) etiam si Summus Pontifex, legge lata, decernat, promulgatam à tempore li Supremo Principe in materia communis gubernativa, & temporali, non esse seruandum; cum in calu t̄ suo Sacerdotali, aut temporalis Princeps procedat, cui in ea re decidere, ac iubere spectat, Victoria d. section. 6. in illis verbis: Sed dubium est, si Papa diceret, aliquam legem ciuilem tollendam, tanquam præiudicialem, & Princeps negaret, cui standum esset? Respondeatur, quod si Papa diceret idem actum non expedire gubernationi temporali Reipublicæ non est audiendus, quia hoc iudicium non spectat ad eum, sed ad Principem; cum agatur de re, & negotio temporali, pertinenzi ad regimen temporale, & bonum Reipublicæ; quod est proprium Principis Secularis, vel maiorum Magistratum, non Episcoporum, quos Laici suspicuntur, nunquam in eam rem consensuros esse, nihilque non facturos in Clerici sui exonerationem, non sine magno Laicorum malo, Pat. Molin. vbi supr. disput. 29. num. 34. Pat. Azor. Institut. Moral. 2. part. lib. 10. cap. 8. Monach. in præfat. ad sext. Decretal. à numer. 54. Anton. Fab. ad tit. Cod. de munerib. patrimonial. definit. 26. Menoch. in tractat. manuscript. de iurisdict. lib. 2. cap. 3. num. 2. versic. Estetiam, D. Salced. de Leg. Politic. lib. 1. cap. 6. à num. 60. Gabr. a Sanct. Vincent. de censur. disput. 4. quæst. 9. §. 17. num. 278. D. D. Anton. de Castro in discurs. iuridic. sobre el origen de los Millones, y obligacion de los Ecclesiasticos de contribuir en ellos, num. 91. D. D. Andres de Riaño in simil. memorial. num. 231.

In eamdem t̄ materiam, & conclusio nem, scilicet, quod his legibus Politicis bonum publicum concerentibus, Ecclesiastici teneantur, solent expendi de iure nostro textus, in l. 54. tit. 6. l. 63. tit. 5. part. 1. versic. La quinta, vbi D. Gregor. Lopez l. 2. & 8. tit. 7. part. 3. l. 29. tit. 4. lib. 2. l. 13. tit. 3. lib. 4. l. 11. versic. Y mandamos al Maestre-Escuela, tit. 10. l. 1. tit. 25. lib. 5. Recopilat. ibi: Anſi Clerigos, y personas Ecclesiasticas, como Comendadores de qualquier Ordenes, y Caualleros, y Ciudadanos, &c. faciunt, cap. 2. de maiorit. & obedient. cap. In memoriam, distinct. 19. cap. Contrà morem, distinct. 100. cap. Si Episcopus, distinct. 18. cap. Quid culpatur 23. quæst. 1. l. ad ea 157. l. Non videatur 177. ff. de regul. iur. l. In iuriarum 13. §. 2. ff. de iniur. l. Si quis 7. §. 4. ff. de

iurisdict. omn. Iudic. cum alijs, notantque hoc idem DD. in cap. Quæ in Ecclesiarum, & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. & paſsim Barthol. in l. 1. Cod. de Summa Trinitat. & Fid. Catholic. num. 28. & in l. 1. Cod. Ut nemini liceat ab exemptione specier. se excusar. lib. 10. Bald. conf. 297. & conf. 299. lib. 1. & conf. 499. libr. 2. Ripa de peste, tit. de remed. ad conseruand. vberat. num. 234. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 13. num. 4. Menoch. consil. 800. num. 21. & conf. 1000. à num. 19. Grassi. in dict. prælud. num. 375. & effect. 2. à numer. 130. 166. & à num. 265. Purpurat. consil. 335. à num. 2. Surd. consil. 301. Signorol. consil. 21. Marth. de iurisdict. 4. part. centur. 1. cas. 1. num. 6. & 27. Francisc. Ansald. eod. tractat. 3. part. §. Vnico. cap. 19. num. 42. Cacheran. decis. 181. Franch. decis. 9. num. 4. Grammat. decision. 100. num. 8. Francile. Vnu. decis. 28. Pat. Adam. Contzent. Politicor. lib. 5. cap. 8. §. 15. ex nostris hoc ipsum prolequuntur Nauari. in Manual. cap. 27. num. 88. D. Gueuar. vbi suprà, assert. 1. §. 4. num. 29. & §. 6. num. 55. D. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 10. part. 2. verb. Pueblo claman, in fin. Menchac. de success. creation. lib. 1. §. 10. num. 648. in fin. Sarmient. selectar. lib. 7. cap. 13. à num. 1. Palac. Rub. de Benefic. in Curia vacantib. §. 3. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. crimin. cap. 55. versic. Secundò deducitur, Morla in empor. iur. tit. de iurisdict. quæst. 12. num. 12. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 18. num. 122. Gutierrez practicar. lib. 2. quæst. fin. Mexia ad pragmatic. taxæ panis, conclus. 5. à numer. 39. Auendañ. de exequend. mandat. 2. par. cap. 14. num. 19. alter Auend. de censibus, cap. 32. num. 10. Zeuall. in tractat. de cognition. per viam violent. in prolog. num. 30. & commun. contrà commun. quæst. 899. à num. 144. Fontanell. decis. 510. num. 11. D. Larrea allegat. 63. num. 16. D. Salgad. de Reg. protect. 1. part. cap. 1. prælud. 2. num. 64. D. Salced. dict. lib. 1. cap. 7. numer. 54. & 80. D. Archiepiscop. Tapia in Caten. Moral. libr. 4. quæst. 14. artic. 5. & 6. Dom. Episcop. Vrrutigoit. de competent. quæst. 51. numer. 10. Peralta. cap. 4. num. 7.

Quoniā quoad hoc Ecclesiastici ve-
rē reputantur ciues, & t̄ membra Rei- 21
publice; illiusque utilitatibus, sicut reli-
qui ciues perficiuntur, vt recte obser-
uant suprà citati, quibus addendi sunt. Bar-
thol. in l. 1. ff. ad municipal. à num. 10. Ale-
xan-

xand. consil. 41. num. 4. lib. 3. Natta consil. 157. num. 8. lib. 1. Terrarub. contrà rebell. 3. part. art. 5. conclus. 5. & conclus. 17. Boer. decis. 260. num. 30. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 71. à num. 11. & controvers. 71. num. 15. Salas de legib. dict. disput. 14. scđt. 11. num. 119. Francisc. Top. de potestat. Princ. Secular. §. 5. n. 36. Surd. dict. consil. 301. num. 7. Alvar. Vallac. consult. 100. num. 2. & 7. Bobadill. dict. cap. 18. num. 67. 181. & 308. Fr. Anton. Souf. in Bull. Cœnæ. disput. 75. numer. 16. & disput. 84. numer. 9. in fin. Anton. Oliuan. de iur. Fisc. cap. 9. num. 1. & cap. 10. num. 57. Farinat. in prax. titul. de Inquisit. quæst. 8. num. 30. Franch. dict. decis. 9. num. 5. Francisc. Marc. decis. 456. num. 9. 1. part. Menoch. dict. consil. 1000. num. 27. Emanuel. Rodrig. in Summ. cap. 168. à num. 1. Grass. ubi suprà. Zeuall. in dict. prolog. num. 27. 28. 37. & 73. & gloss. 1. num. 17. & dict. quæst. 899. num. 140. & 142. Illustriss. D. Chumacero & Carrillo in memor. ad Sanctiss. sobre las diferencias con el Colector de Portugal. fol. 4. vers. Tam-poco. Erasm. de Ponte apud Marin. allegat. 114. à num. 8. Dom. Salced. dict. lib. 1. cap. 3. à num. 20. Dom. Montemayor in pro-pugnat. pro Reg. iurisdict. §. 19. à num. 4. & 9.

Tandem in vno vide plures, Carol. Cala de contrabannis, num. 10. quem no-uissimè in specie tradidit Dom. Riaño ubi suprà. num. 234. hęc sunt illius verba: ci-
22 uiles leges, & generalia Principum statuta, quæ de Clericis mentionem non faciunt, ad communem omnium utilitatem edita, etiam Clericos ipsos comprehendere, cùm & ipsi legibus ad bene viuendum ordinatis al-
23 ligantur; quia & cines sunt, & tales re-
manent, non obstante Clericatu, & membra Reipublicæ nobiliora; & quamvis priuilegiati, veniunt nihilominus ciuium appella-
tione, cap. Cùm nullus, de temporib. ordin.
24 in 6. & dicuntur & de districtu temporali,
cap. fin. de offic. delegat. in 6. (Hodiern. ad
Surd. decis. 129. num. 4. iunctis traditis cap.
25 42. num. 9.) & pars & Reipublicæ Bald. in
l. 1. §. Huius studij, ff. de iust. & iur. Mexia couclus. 5. tax. pan. num. 17. Ramirez de leg. Reg. §. 27. num. 8. Antonio de Bal-
lis ad pragmatic. Regn. Siciliæ, libr. 5. in proæm. num. 42. Vnde quatenus communem
26 utilitatem concernunt, ad eorum & obser-
uantiam claro iure, & sine, illa difficultate tenentur; quemadmodum docent Luc. de Penn. in l. fin. Cod. de exactorib. tributor. lib. 10. &

in l. 2. Cod. quib. munerib. vel præstant. ne-
min. liceat se excusar. lib. 10. ubi declarat
quomodo, & quando procedat, Andr. in cap.
1. verb. Illicitas, num. 36. de pace iurament.
firmand. Feder. de Senis, Cardin. Felin. Cra-
uet. & alij, quos refert, & sequitur Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in prax. criminal.
Canon. cap. 55. fol. 171. versic. Sed ut li-
berè, elegantè Dominic. Soto in 4. Sentent.
distinct. 25. quæst. 2. art. 2. Morla in em-
por. tit. 2. quæst. 12. in fin. Sayrus in Clau.
Reg. lib. 3. cap. 4. num. 16. Campagn. in Cle-
ment. 1. de vita, & honestat. Clericor. num.
233. Azened. ad l. 19. numer. 1. titul.
11. lib. 5. Recopilat. Cened. in præt. crimin.
Canon. quæst. 30. num. 3. Laeff. de iustit. &
iur. lib. 2. cap. 33. dub. 3. num. 24. Pereyr.
de man. Reg. tom. 2. cap. 38. num. 27. & cap.
39. num. 6. ubi plures adducit Ripa remed.
ad conservand. vberat. num. 234. Nauar. in
Manual. Confess. cap. 23. n. 88. Auend.
de exequend. mandat. lib. 1. cap. 13. num.
7. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput.
31. alios refert D. Salced. de Leg. Politic.
lib. 1. cap. 4. num. 13. & eod. cap. §. 1. nu-
mer. 28. & 31. Zenall. commun. contrà
commun. part. 4. quæst. 899. num. 40. ad
44. post alios plerosque Cened. dict. quæst.
33. num. 3. Percy. de man. Reg. part. 2.
lib. 2. tit. 1. §. 19. cap. 38. num. 28. Ca-
lixt. Ramirez de leg. Reg. §. 27. num. 10.
& sequentib. & §. 26. numer. 2. hucusque
Cala.

Dumimodò, vt dixi, in communi. &
generaliter lex loquatnr, & lata sit, à Cle-
ricis, & Laicis abstrahendo, ipsisque Ec-
clesiasticis, & atque Ecclesijs vtilis, con-
ueniensque appareat, licet ab eisdem Ec-
clesiasticis expresse non approbetur; ad-
huc enim admissa, & probata intelligitur,
ligatque eos; Hoc namquè ex potestate
Principis procedit, qui in temporalibus
gubernandi Rempublicam obtinet aucto-
ritatem, nèc in illo Ecclesiastica & liber-
tas aliquomodò offenditur, atque minuit-
tur, vt rectè expendit P. Suarez de leg. li-
br. 3. cap. 34. num. 13. & 20. ex Decio in
cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. nu-
mer. 27. ubi Marc. Mantua num. 23. Felin.
à num. 37. Abb. à num. 12. Petr. Gregor.
n. 16. Fortunat. Garcia de Ultim. fin. illat.
princip. 10. num. 155. & illat. 13. numer.
223. Rebuff. ad constitut. Gallic. tom. 1. in
proæm. gloss. 1. num. 6. 2. Ioann. de Driad.
de libertat. Christian. lib. 2. cap. 1. Soto de
iustit. lib. 1. quæst. 6. art. 2. P. Molin. dict.
quæst. 31. conclus. 6. Bellarmin. dict. cap.
28.

& libr. 3. cap. 6. Dom. Gueuar. dict. assert.
1. §. 4. num. 29. D. Tap. vbi supr. lib. 4. q.
16. art. 6. & 7. D. Araujo dict. tractat. 2. q.
14. n. 2.

Quo in casu, eis legibus Ciuilibus, & Politicis, bonum commune respicientibus Ecclesiastici vi + directiu, non coactiu, subiiciuntur, vt Doctores relati advertunt, P. Suar. d. cap. 34. num. 15. & aduersus Reg. Angliae, lib. 4. cap. 9. n. 10. Bellarmin. d. cap. 28. versic. Tertia propositio; Salas dict. disputat. 14. section. 8. num. 94. & 104. Menchac. dict. §. 10. num. 648. Auendaño dict. 2. part. cap. 14. num. 19. Menoch. dict. consil. 800. numer. 21. & dict. consil. 1000. per totum, Bobadill. dict. cap. 18. n. 121. P. Dian. vbi supr. D. Araujo in dict. 1. 2. quest. 97. disputat. 3. section. 5. definit. 4. num. 9. D. Salgad. dict. cap. 1. praelud. 2. à num. 64. Prado Verastegui in defens. Canonic. sèpè citata, art. 3. à num. 176. In quo sensu accipiendus est Valentianus Imperator in Epistol. ad Episcopos Asiae, apud Theodore. libr. 4. Histor. Ecclesiastic. cap. 7. relatus à Bellarmino, vbi infrà, & nouissimè à Dom. Lobaton in discurs. multoties citato, sobre no auer cumplido las Cedulas Reales el Arçobispo de Grana-

30 da, numer. 59. dicens: Probos + Episcopos non solum Tei, sed etiam Regum legibus obt. imperare; cum alijs Peralt. vbi supra cap. 9. num. 2. & 5. P. Baldell. dict. disputat. 33. num. 13. vbi affirmat, coactiu

31 vi adstringi + posse Ecclesiasticos ad supradictarum legum observationem, si alias ex earum omissione, & contrauentione Reipublice damnum irrogetur graue, ac irreparabile, quandoquè de Principis constat voluntate, illis communibus legibus omnibus utilibus, vniuersos teneri volentis: licet adhuc à Summo Pontifice confirmatae non sint, vt patet ex doctrina Abbat. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 13. vbi Decius Baldell. dict. libr. 5. disputat. 19. numer. 4. & dict. disputat. 33. num. 13. Salas, & Araujo, vbi supr. D. Salced. vbi infrà, à num. 16. Ledesm. dict. tom. 2. tractat. 8. cap. 32. difficult. 4. Zeuall. in dict. prolog. num. 30. Peralt. dict. cap. 9. nu. 4. & 6. vbi asserit, Sæcularem Iu-

32 dicem ad poenarum + executionem posse procedere, non requisito, immò omisso, Ecclesiastico Iudice, quando ab Ecclesiasticis omnino legum politicarum, & communium impediretur usus; quod qualiter procedat cum multis docent Dom. Salced. d. lib. 1. cap. 4. num. 20. & fin. in fin. Petr. Lorca in 2. part. Diu. Thom. tom. Tom. I.

2. tractat. de legib. disputat. 25. membr. 4. quem cum alijs refert Prado vbi supr. numer. 179.

Quod autem eo supposito casu, coactua vi teneantur Ecclesiastici præfatas servare leges, dummodo à Iudice Ecclesiastico + coactio fiat, docent Bel- 33 larmin. dict. cap. 28. versic. Tertia propo- sitio, Dom. Couarrub. practicar. dict. cap. 33. in fin. Sarmient. dict. lib. 7. cap. 8. Marth. dict. centur. 1. cas. 1. num. 3. Redin. Molin. & alij apud Zeuall. dict. quest. 899. num. 156. Surd. dict. consil. 301. nu- 34 mer. 31. Natt. consil. 311. numer. 4. Ca- rol. de Grass. dict. effect. 2. numer. 266. Pat. Sanchez dict. lib. 2. consilior. Mo- ral. cap. 4. dub. 55. numer. 31. Pat. Dian. dict. 1. part. tractat. 2. resolut. 8. in fin. D. Salced. vbi proxime, numer. 19. Li- mita, nisi esset + magnum in mora pericu- lum, & Ecclesiasticus recusaret, vel plus debito, coercionem differret; tunc namquè auctoritate Iudicis Sæcularis pos- sent Clerici, vel alterius Ecclesiastici bo- na occupari, ita ex Mexia, Guillerm. Be- nedict. Aulès, Balb. Azeued. Pat. Sanchez vbi supr. num. 33. & cum multis D. Salced. à num. 20.

Hoc quotidiè solet accidere statutis, & prohibitionibus communibus pro vniuerso Populo, & Republica factis, arma, vel quid aliud, prohibentibus; quæ + æquè Ecclesiasticos comprehendunt, à quibus licet ea possunt Sæculares + Iudices auferre, D. 36 Couarr. d. cap. 33. n. fin. & lib. 2. var. cap. fin. n. 36. Salced. ad Bernard. Diaz, d. cap. 55. vers. Pro quo etiam, Gutierr. practic. lit. 1. q. 12. Parlad. different. quotid. differ. 9. §. 4. n. 3. Mexia d. concl. 5. n. 58. Ferro Man- rique quest. Moral. 1. p. q. 11. n. 9. Fontan. d. decis. 510. n. 11. & decis. 514. n. 14. Ac- cas. Ripol. variar. cap. 1. n. 30. D. Ibañez Faria, amicus noster, ad d. Couarrub. d. cap. fin. n. 227. Sic etiam comprehenduntur in legibus communibus, rebus venalibus cer- tam + taxam imponentibus, vt proxime re- lati latè fundant. Sot. vbi supr. Mexia n. 39. P. Suar. de legib. lib. 3. cap. 34. n. 6. Barbos. in cap. Quæ in Ecclesiaturum, num. 5. decon- stitut. Calà vbi supr. num. 35. & 43. & seq. Ansaldo. de iurisdict. part. 3. cap. 19. à num. 41. cum multis Delbene de Parlament. du- bitat. 4. section. 18. Gutierr. Canonic. libr. 2. quest. 182. numer. 1. Auendaño. de cen- sis. dict. cap. 32. num. 10. Salas dict. tract. de emption. & vendit. dub. 9. num. 2. D. Riaño vbi supr. num. 237. Vnu. decis. 18. Laffart. de decim. vendit. cap. 10. numer. 3. Pas-

calig. de Sacrific. Nouæ Legis, quæst. 930. num. 2. D. Tap. & Araujo, ubi suprà.

Nunc autem audi verba Cardinalis Bellarminij, qui hanc materiam optimè exponit, in dict. cap. 28. illic: Secunda 38 propositio; non sunt t̄ exempti Clerici vlo modo ab obligatione legum ciuilium, quæ non repugnant Sacris Canonibus, vel officio Clericali; explico, loquimur hic præcipue de legibus Politicis, quæ dirigunt actiones humanas in rebus temporalibus, ut cum Princeps lege sua constituit pretia rebus venalibus, vel iubet noctu neminem incedere cum armis, aut sine lumine, aut non asportare frumentum extra Trouinciam, &c. Nèc volumus dicere hisce legibus teneri Clericos obligatione coactiuas; sed solam t̄ directiuas, vt sunt leges Principum, quamquam eisdem legibus, vt ab Ecclesia approbantur, & ratae habentur, etiam t̄ coactiuas obligatione teneantur; probatur: nam Clerici præterquamquod Clerici sunt, sunt 40 etiam eius, & partes t̄ quedam Republicæ Politicæ; Igitur, vt tales viue 41 re debent t̄ ciuilibus legibus, non sunt autem aliae, quam, quæ à Magistratu Politico late sunt; Igitur illas Clerici seruare 42 debent; alioqui magna t̄ confusio, & perturbatio in Republica oriatur (facit bene locus Polyb. lib. 4. Histor. pag. 342. ibi: Neminem, cui omnes parerent habentes, dñm æquam in Republica partem obtinere singuli cupiunt, in varias dissensiones deuenere) si Clerici non scrarent Politicas leges in rebus humanis, & Politicis: Secundò probatur ex confessione Pontificum, & Imperatorum; Nam Nicolaus primus in Epistola ad Michaelem circà fin. dicit: Deum diuisisse Pontificiam autoritatem ab Imperiali; vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent; & 44 Pontifices pro cursu t̄ temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur (refertur in cap. Cùm ad verum 96. distinct.) & Imperator Valentinianus in Epistol. ad Episcopos Asie, quam refert Theodore. libr. 4. cap. 7. Histor. dicit: 45 Prokos Episcopos t̄ non solam Dei, sed etiam Regum legibus obtemperare. Denique Chrysostomus in illud Roman. 13. omnis anima Potestatis sublimioribus subdita sit; dicit, Christi legem, t̄ non tollere Politicas leges, & ideo debere etiam Sacerdotes, & Monachos eis parere. Hæc Bellarminus, quem sequitur. Dom. Castro ubi supr. numer. 93. & 94. in comprobacionemque refert Angel. Clauatium,

Silvest. Sot. Victor. Medin. Saà, Molin. Suarez, Ledesm. Peyrin. Araujo, Vazquez, Sayr. Azor. Adam. Tanner. Salas, Dian. Dom. Salgad. Dom. Couarrub. Cutell. Pe-reyr. Zeuall. Ignat. Salced. Alderan. Mas-card. Menoch. & D. Solorzan. latè, & fundamentaliter primarius Salmantinus Präceptor Dom. Bálboa Mogrobojo impensè doctus in allegat. iur. por el Dean, y Cabildo de Salamanca, y por el Estado Ecclesiastico, a princ.

Alioqui enim inutilis, & finè effectu esset ea Principis Suprema Potestas, auctoritas, & facultas; si transgessores, eo quo potest medio corrigere, & compescere, emendareque non valeret; quandò nempe legibus, & decretis communibus Politicis contravenire, visum fuerit, in maximum t̄ Reipublicæ damnum. Dom. Gregor. Lopez in l. 57. tit. 6. part. 1. gloss. 2. in d. l. 13. tit. 13. p. 2. verb. Nin fuerça, in fin. Iul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. fin. q. 36. n. 24. Salced. in dict. prax. crimin. cap. 102. lit. A. versic. Quæ sane, Pacian. cons. 166. à nu. 162. Garcia de Nobilitat. gloss. 9. a n. 32. Sessè de inhibition. cap. 8. §. 3. num. 198. & 202. & cap. 9. §. 1. Torreblanc. de Magia. lib. 3. cap. 27. de inhibit. nu. 30. & de iur. spiritual. lib. 15. cap. 10. num. 27. D. Amaya in l. Nullus 60. Cod. de Decurionib. lib. 10. num. 46. Zeuall. in dict. tractat. de cognition. per viam violent. 2. part. quæf. 77. D. Salced. dict. lib. 1. cap. 10. a n. 27. Peralta ubi supr. cap. 12. n. 13. & cap. 13. n. 11.

Qui enim supponit, & fundat Ecclesiasticos eis legibus, & statutis teneri, eundem Legislatori possibilem t̄ coactionem, ad 48 earum dispositionum necessariam executionem, concedere necessè est, l. 2. cum vulgatis, ff. de iurisdict. omn. Iudic. vt benè aduentunt Bald. consil. 367. volum. 2. & consil. 776. vol. 3. Ioann. de Platea in l. 1. Cod. de veter. numismat. potestat. lib. II. num. 4. Dom. Gregor. Lopez in l. 16. titul. 13. part. 2. gloss. 4. Paul. Castrensi. in l. Quicumque 14. Cod. de Episcop. & cleric. Henriquez in Summ. libr. 4. cap. 12. num. 6. Cened. Canonicar. quæst. quæst. 45. à numer. 23. Mar. Cutell. ad leges Federic. Reg. Sicil. cap. 22. not. 24. num. 5. Felin. in cap. 2. de maioritat. & obedient. Aced. in l. 4. titul. 14. libr. 4. Reeopilat. à num. 23. Bobadill. in Politic. lib. 1. cap. 13. numer. 47. & alijs suprà; magisque in specie docent ex Diu. Hieronym. libr. 1. contrà Iouinianum, illic: Quod t̄ præcipitur, imperatur; quod imperat r- ne-

necessè est fieri, si non fiat, pœnam habet. Pat. Suarez aduersus Regem Angliae, lib. 3. cap. 1. num. 4. in fin. Felim. in cap. 1. de præsumption. numer. 14. P. Baldell. dict. lib. 5. disputat. 40. numer. 12. Mar. Antonin. Maceratensis. variar. libr. 3. resolut. 19. à num. 11. D. Lobaton in discurso sobre la Regalia de conozer de los despojos entre Ecclesiasticos, numer. 57. not.

240.

Et licet Cardinalis Bellarminus, relatus à P. Dian. dict. 7. part. Moral. tractat. 1. de Immunit. Eccles. resolut. 2. numer. 7. probare t conetur, per præceptum, & sententiam Apostoli, supra numer. 5. traditam, Ecclesiasticos Principi Laico, eo modo quo diximus, non videri subijci, nequè ei obedire teneri, per hęc verba: L' autorità di S. Paolo al cap. 13. della Epistola alli Romani, parla della potestà in uniuersale, è insegnata che, è Diuina ordinazione, che il subdito obedesca al Superiorre, ma no insegnata che il Principe Secolare habbia le tale, o le tale persone per sudite per ragione Diuina. Id est: Auctoritas Diui Pauli, cap. 13. ad Romanos, loquitur de potestate in genere, & docet, à Deo esse, subditum Superiori obedire debe re. Verum non docet, Principem Sæcularem hos, aut illos pro suis subditis habere à Deo, &c. ad idem videtur adducere alios Auctores ibidem P. Dian. num. 8.

51 Nihilominus t dicendum est, Diuum Paulum in ea sententia, & præcep to de potestate Sæculari loqui, eaque Laica, vt bene advertit P. Molina dict. tract. 2. disput. 27. num. 2. Agit enim Apostolus, de ea potestate à Deo ordinata, cui 52 tributum penditur, t & persolvitur, tanquam Dei Ministro, & cui est gladius ad pœnam, & vindictam, ibi: Ideò enim tributa præstatis; Ministri enim Dei sunt. Et paulò antè: Non enim sine causa gladium portat, Dei enim Minister est, vindex in iram, ei qui malum agit, ideoque necessitate subditi estote; & notauit gloss. in cap. 2. de censib. in casus positione, & nos supr. à num. 13. quę omnia Sæculari Potestati solum proprię, & verè spe cant.

Deindè hoc ipsum apertè declarant, & exponunt, præter aliorum Diui Chrysostomi verba, supr. d. cap. num. 6. relata; docet enim, in Apostoli sententia relatum, imperari, non solum Sæcularibus, & Laicis; verum etiam Sacerdotibus, & Monachis, illic: Ostendens, quod ista imperen-

Tom. I^s

tur omnibus Sacerdotibus, & Monachis, non solam Sæcularibus. Unde in eo præcepto includuntur, comprehendunturque non tantum Sacerdotes, & Monachi omnes, etiam si Apostolus, Euangelista, aut Propheta sit; verum etiam Sæculares, quę in Ecclesiastica potestate verificari non pos sunt; hęc enim, vt dixi cap. 37. numer. 18. nullam t temporalem potestatem, aut iurisdictionem in Sæculares exercere potest, nisi de re agatur spirituali: cum Laicalibus t caulis immiscere se non possit Ecclesiasticus, vt cum Sacca consil. 8. numer. 45. Cyriac. controversi. tom. 4. controu. 552. n. 22. Decian. lib. 4. criminal. cap. 10. à princip. & Peregrin. consil. 1. num. 37. lib. 1. ibidem fundauit; ac per consequens de Sæculari Laica potestate id accipiendum, & intelligendum est, cui omnis anima subij ciatur, id est, tam Ecclesiasticus, quam Sæcularis, ita vt ab ea subjectione, & subordinatione, nullus excipiatur, aut excludatur, vt notat Gloss. Ordinar. in eo tex tu.

Deniquè in prædictorum t authoritatem, & comprobationem, scilicet, circa obedientiam, & subjectionem sublimioribus, ab Ecclesiasticis debita, supra traditis, adde Diu. Hieronym. ad cap. 3. Epistole Diui Pauli ad Titum, versic. Admone illos, Diuos Ambros. Nazianç. & Thom. in d. cap. 13. Epistol. ad Roman. vbi Theodoret. eundem Diu. Thom. libr. 1. de Regin. Princip. cap. 1. & 2. 2. quest. 104. artic. 1. Diu. Iustin. Martyr. Epistol. ad Antiochen. Victor. de potestat. ciuil. à num. 1. & 6. Driad. de libertat. Christian. lib. 2. cap. 2. propos. 4. Sot. de iustit. & iur. lib. 4. quest. 4. art. 1. conclus. 2. Bellarmin. libr. 3. de Laic. cap. 6. & sub nomine Matthæi Forti in respons. ad præcipua Capita Apolog. fol. 114. illic; Episcopi Regibus t in temporalibus rebus, Reges Episcopis in spiritualibus subiecti esse debebunt. Pat. Suarez aduersus Regem Angliae, libr. 3. de primatu Summ. Pontific. cap. 1. numer. 3. & de legibus, libr. 3. cap. 34. num. 10. Enriquez ubi supr., libr. 10. cap. 15. Sayr. de Clau. Reg. lib. 3. cap. 4. numer. 1. Pat. Azor. Institut. Moral. libr. 4. part. 2. cap. 19. quest. 1. Pat. Paul. Comitol. respons. Moral. libr. 1. quest. 93. nu. 25. Ambros. Vigian. de Ecclesiastic. Immunit. disput. 4. ad septim. argument. Bartol. in l. Cunctos populos Cod. de Summa Trinitat. & Fid. Catholic. D. Couarrub. practicar. cap. 1. num. 6. Abb. in cap. Cum non liceat, de præscript. nu. 5.

Nauarr. in *Manuali*, cap. 14. num. 2.
& 12. & cap. 23. numer. 36. Cassan.
in *Cathalog. Glor. Mund. part. 5.* con-
siderat. 34. Simanc. de *Republic.* libr. 3.
cap. 4. numer. 9. Ancharran. *conf. 339.*
in *princip.* Burgos de Paz in *l. 3. Tauri,*
numer. 1428. Dom. Valençuel. *consil. 4.*
à numer. 19. Dom. Larrea *allegat. 63.*
à numer. 5. Barbos. in *cap. 2.* de *censib.*
numer. 2. ad *med.* Mar. Cutell. de *prisc.*
& *recent.* Ecclesiar. libertat. libr. 2. *quæst.*
20. à *numer. 1.* 3. & 6. Zeuall. *dicit.*
quæst. 899. *numer. 116.* Dom. Salced.
dicit. libr. 1. *cap. 3.* *numer. 19.* & *libr.*
3. *cap. 4.* *numer. 65.* Sarau. de *iurisdi-*
ction. *ad iunctio.* *quæst. 30.* *numer. 30.*
Dom. Lobaton *vbi proximè*, *numer. 57.*
not. 233. & *sequentib.* optimè Illustriss.
Dom. Chumazero & Carrillo in *memo-*
riali ad Sanctissimum, *sobre la expulsion*
del Obispo de Lamego, *fol. 4.*


Quæ omnia, vt dixi, & sempè re-
peto, procedunt, quandò leges t sunt
communes, Politicæ, & Gubernatiæ,
Canonicis, & Sacris Sanctionibus, &
Decretis non repugnantes, alioqùi sunt
irritæ, & inanes; cùm Princeps Sæculi
nequeat Pontificias leges, & constitutio-
nes tollere; possit tamèn eas poenis, &
alijs medijs adiuvare, & defendere, gloss.
in *Clementin.* Nè *Romani*, verb. *Tolli*, de
election. vbi DD. Felin. in *cap. 1.* de
sponsalib. *numer. 13.* D. Couarrub. *eod.*
titul. 2. *part. cap. 6.* *numer. 18.* P. Suá-
rez de *legib.* libr. 4. *cap. 11.* *numer. 11.*
& aduers. Reg. Angliæ, libr. 4. *cap. 2.*
num. 10. D. Gregor. Lopez in *l. 10.* *tit.*
1. *part. 4.* Cels. *conf. 36.* *num. 4.* Bobad.
in Politic. lib. 2. *cap. 18.* *nu. 194.* Angian.
de legib. lib. 5. *controu. 14.* Cabed. *decis. 87.*
part. 1. D. Salg. *de supplicat. ad Sanctiss.* 2.
part. cap. 1. *num. 31.* hęc D. Palafox *in al-*
legat. iur. por el Clero de la Puebla de los
Angeles, *allegat. 4. art. 1.* *num. 20.* fol.
231. Petr. de Marc. *in concord.* Sacerdot. &
Imper. lib. 2. *cap. 4.* à *princip.* & *cap. 10.*
à *princip.* & *lib. 6.* *cap. 22.* §. 6. Mar. Cu-
tell. *de prisc.* & *recent.* Ecclesiar. libert. lib.
2. q. 8. Delbene de *Inmunit.* *cap. 1.* *dub. 2.*
sect. 2. à *num. 1.* & *tom. 2.* *cap. 9.* à *num. 1.*
Concolleg. nostr. D. Morote enel Patrocin.
de la Orden d. Alcantara, *num. 84.* Anast.
Geron. de *Sacror. Inmunit.* lib.
2. *cap. 11.*



S V M M A R I V M.

- 1 *Pater Diana impugnat praxim, in Superioribus traditam, expellendi Ecclesiasticos à Regno,* & *num. 2.*
- 3 *Casus summae necessitatis, in quo concedit Principi eam praxim, apud illūm est Metaphysicus, & vix dabilis,* & *n. 21. 52.*
- 4 *Sed respondetur, cum sententia ab eodem Diana, & alijs, quos sequitur admissa.*
- 5 *Ipsius verba, que tradidit 1. p. resol. 18.* referuntur, & n. 6. 21.
- 7 *In idem expenduntur alia Pat. Suarez;* à quo videtur habuisse sua Pat. Dia-
na.
- 8 *In casu urgentis necessitatis, per mo-
dum defensionis, potest Princeps uti
medijs, que recta ratio dictauerit,* & n. 21.
- 9 *Quoniam tunc casus reducitur ad ter-
minos iuris naturalis.*
- 10 *Et potest Clericus conueniri coram Sæ-
culari, iure defensioni.*
- 11 *P. Ludovicus Molina hoc ipsum pri-
mò docuit.*
- 12 *Si Papa, vel alius Ecclesiasticus Iu-
dex admonitus non adhibet remedium,
in casu summae necessitatis, potest il-
lad adhibere Princeps Sæcularis,* & n. 23. 26.
- 13 *Immunitatis privilegium cessat, ur-
gente naturalis cause defensio-
ne.*
- 14 *Respublica civilis est sibi ipsi sufficiens,
& qualitèr.*
- 15 *P. Ioannes Azorius in eandem senten-
tiam adducitur.*
- 16 *Si Papa non potest consuli, datur neces-
sitatis carens lege, & fiet, quod recta
ratio præscriperit.*
- 17 *Baldus, & alij dicentes, sæcu-
larem non posse expellere Ecclesiasti-
cos de suo territorio, intelligun-
tur.*
- 18 *De licentia Summi Pontificis pos-
sunt expelli Episcopi à Reg-
no.*

- 19 Modus iustæ defensionis cessat, quando non datur periculum in mora.
 20 Pat. Diana, saltē in Indijs, videretur admittere præsatam praxim.
 21 Doctores à se allatos, ait, loqui, quando est periculum in mora, & proceditur ad vim vi repellendum.
 22 Thom. Delbenc admittit communem sententiam, in casu urgentis necessitatis, & num. 23. 24. 25. Vbi recte distinguuntur.
 27 Secundūm quæ intelligenda sunt, quæ alio in loco fundauerat.
 28 Ergo secundūm hos omnes, Principi licet per modum defensionis, in casu necessitatis, ea facere, per quæ Republicæ dampnum impediatur, & num. 29.
 30 Hoc remedium procedit, omni alio recurso deficiente.
 31 Regia Schedula elegans 18. Maij 1657. ad literam refertur.
 32 Accurate, & cum summa prudentia hoc medio vtendum est, & numer. 33.
 34 Iterūm contra hæc omnia insurgit P. Diana.
 35 Princeps non potest vocare Episcopos, secundūm aliquos, eis præcipiendo, sed rogando.
 36 Principis rogatio dicitur armata, & habere vim mandati, & numer. 37.
 38 Par. Diana ad probandam suam sententiam adducit concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Conuenarum, pro Regnis Coronæ Aragoniæ factam.
 39 Reseruntur Doctores de hac concordia agentes.
 40 Hæc multoties à Sancta Romana Sede approbata proponitur.
 41 Litera concordiæ traditur, qualiter apud Pat. Dian. invenitur, & num. 42.
 43 Respondetur facile, negando, verba concordiæ ab eo fuisse fideliter adducta.
 34 Traditur integra, & vera eius litera, Latinè, ac in idiomate Cathalaniorum, & num. 45.
 46 Verba hæc facta suspicione, in quibus tota vis consistit, quæ leguntur in originali concordiæ, desunt apud P. Dian.
 47 Praxis tradita procedit in casu veræ necessitatis, non in casu imaginario, & facto.
 48 Martha, & alij intelliguntur.
 49 Ex concordia insertur, Sanctam Sedem Apostolicam approbare expulsionem in casu veræ necessitatis.
 50 P. Diana post tempus videtur dubitasse de hac concordia.
 51 Doctori afferenti de praxi, & stylu sue Ciuitatis, est credendum.
 53 Pat. Diana, quatenus dixit causum, in quo Principi concedit potestatem procedendi contrà Ecclesiasticos, est Metaphysicum, respondeatur, & n. 55. 60.
 54 Potentia, quæ non reducitur ad actum, est inutilis.
 55 Marius Cutelli, & alij scripere contra Pat. Dian. & numer. 58.
 56 Verba Cutelli afferuntur.
 57 Ecclesiasticorum opera Lusitania, & Cathalonia à Regis Catholicis obedientia, recesserunt.
 59 In casibus urgentis necessitatis datur semper in mora periculum.
 61 Ergo ex dictis inferuntur, nullum dari Doctorem negantem hunc recursum, & praxim, in casu veræ necessitatis.



ARGUMENTVM.

Pat. Antonino Diana, potestatem expellendi Ecclesiasticos à Regno, in Principe Sæculari neganti; respondetur, probaturque, eundem Patrem, maximè in Indijs, reliquosque Doctores, neminè dempto, eam omnino iure defensionis, in casu veræ necessitatis admittere.

C A P . X L V I .

Nihilominus tamèn, quæ latè in præcedentibus capitibus fundauimus, non videntur esse t̄ extrā omnem controuersiam, si Patri Antonino Diana credimus; hic ergò doctissimus Pater 5. part. tractat. 1. de Immunit. Eccles. resolut. 5. absolutè docet, Sæculares Iudices Episcopos, aut alios Ecclesiasticos à Regnis, t̄ & Principatibus suis expellentes, Bullæ Cœnæ Domini excommunicationibus, & censuris teneri; nèc hoc solum affirmat; verum esse communem omnium sententiam ait; Et quod quamvis ipse, 1. part. Moral. tract. 2. resolut. 18. aliquam Sæcularibus Principibus in summo pacis publicè discrimine, & necessitate concederit defensionem; assertit tamèn, eum casum t̄ esse Metaphysicum, & vix contingentem, moraliter loquendo; sicque concludit in hæc verba: *Vnde absolute puto cum communi sententia Doctorum, Episcopos, atque etiam alias personas Ecclesiasticas, sine incursu cœnurorum Bullæ Cœnæ à Iudicibus Laicis à Regnis minimè expelli posse.*

Ceterum P. Diana, ex propria ipsius doctrina, & sententia, quam ab alijs summe autoritatis Patribus t̄ accepit, & omnes defendunt, respondemus; ita, ni fallimur, ut omnino euidens, & inconcussa appearat suprà tradita praxis, & resolutio.

Ergò ipse P. Diana d. 1. part. tractat. 2. resolution. 18. vers. Ultimo, proposita quæstione illa: *An Episcopi, & Ecclesiastici possint per Sæculares Iudices à Regno expelli; absolutè in hæc verba concludit: Nèc valet t̄ dicere; ergò Principes debent impunè in Regnis suis relinquere Episcopos, & Clericos seditiosos, & perturbantes pacem, & Rempublicam?* Nam respondeo, quod in similibus casibus, Episcopi, & Clerici possunt à Summo Pontifice,

& à suis Iudicibus reprimi, ac puniri, id iuste poscentibus Principibus ad bonum publicum.

Quod si (nota hoc) Santa t̄ adesset necessitas, quod clare, & evidentè periculum esset in mora, tunc, vt notant Molin. tom. 1. tractat. 2. disput. 31. conclus. 4. Salas de legibus, tractat. 14. disput. 14. numer. 111. Tanner. in 2. 2. disput. 4. quæst. 4. dub. 1. num. 30. adversus Clericos, & Episcopos per modum iuste defensionis, liceret Principi Sæculari facere id, quod recta ratio, ad impediendum damnum Reipublicæ imminens, necessarium esse dictaverit.

Quam sententiam accepit à doctiss. P. Suarez adversus Regem Angliæ, lib. 4. cap. 34. num. 6. vbi hoc ipsum docuit, & tenuit per hæc verba: Quod si sit t̄ periculum in mora, quia extrema, & gravis necessitas boni communis auxilium Clericorum statim requirit, tunc non per modum iurisdictionis; sed per modum t̄ defensionis licere poterit, quod recta ratio ad subueniendum communi bono, vel impediendum damnum imminens necessarium esse dictaverit. Et repetit num. 9. ibi: Si vero, aut casus est particularis, & extraordinarius, aut non datur locus consulendi Pontificem, aut exequendi mandata eius; tunc casus reducitur ad terminos t̄ Iuris Naturalis, vel Gentium, & ideo licebit uti remedio quocunque honesto, secundum rectam rationem, vel dici etiam potest; tunc posse conueniri Clericum coram Iudice t̄ Laico iure defensionis, quia ille tunc est modus suauior recuperandi, aut etiam communi bono consulendi.

Hæc omnia primò docuerat P. Molin de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 31. num. 10. ex Victor. relection. 1. de potestat. Eccles. quæst. ultim. num. 3. propos. 8. & Soto in 4. distinct. 25. quæst. 2. articul. 2. in illis verbis: Si clericorum t̄ liber-

tas in manifestam cederet Sæcularis Reipublicæ perniciem, Clericis impunè vacanib; in Laicorum cædes, Summique Pontifices ad moniti adhibere + nollent remedium; posse equidem Principes Sæculares suis subditis consulere, nihil immunitate, & priuilegio Clericorum impediente (hoc enim vrgente 12) t naturalis cause defensione cessat, Andr. de Yfern. in cap. I. §. Illicitas depac. iurament. firmand. vbi Afflict. n. 9. Lap. allegat. 101. n. 24. Osafe decis. 68. n. 8. D. Gueuar. in propugnat. contrà Venet. §. 4. assert. I. num. 14 31.) Ratio est, quoniam Republica + ciuilis est sibi ipsi sufficiens, quo circè quemadmodum propria autoritate potest se ipsam defendere, & seruare indemnem à quacumque alia Republica; sic etiā ab Ecclesiastici meritò autem adnonent potestatem hanc esse apud Principem, &c.

P. Ioann. Azor institut. + Moral. 15 tom. I. lib. 5. cap. 14. quæst. 2. in fin. ibi: Quod si consuli Romanus Pontifex nequeat, 16 tunc + necessitas caret lege, & id fiet, quod ipsa recta ratio prescribit, D. Episcop. Araujo in decisionib. tractat. de stat. ciuil. disput. 4. difficult. 2. à num. 8. In quibus terminis cessat doctrina Bald. in §. Si clericus de pac. tenend. D. Gregor. Lopez in leg. 57. tit. 6. part. 1. gloss. 2. in fin. & aliorum, à D. Valenç. relatorum contrà Venetos, 4. part. num. 101. Lælij Iordani de Romanæ Sedis orig. cap. 3. num. 6. Boer. de seditios. presup. 6. num. 3. D. Crespi obseruat. 3. num. 25. & seq. dicentium, Sæcularem non possé delinquentes + Ecclesiasticos de suo expellere territorio; sed ipsos ad suum debere remittere Iudicem; quia hoc procedit, quando id exequi valeat; non verò quando ita vrgit necessitas, vt aliter bono publico consuli non possit, iuxta hucusq; tradita, & infrà tradenda.

Prosequitur P. Dian. dict. resolut. 18. usque in finem, ex Zeuall. in tract. de cognition. per viam violent. 2. part. quæst. 77. num. 9. & Vgolin. in Bull. Cœnæ, cap. 11. part. 2. vers. Aut eos, §. 1. num. 3. ita: Principes sæculares posse Episcopos expellere Regno, & suis Diœcesibus, sine timore 18 excommunicationis, quando id faciunt + de licentia Romani Pontificis; vel (nota iterum) quando graue scandalum, & periculum Reipublicæ timetur (quod vt moraliter contingat vix credi potest) & Romanus Pontifex consuli non potest, quod etiā loquens de Clerico docuit Salced. in prax. Bernard. Diaz, cap. 141. lit. B. & ratio est, quia quando non adest periculum + in mora, non habet locum modus iustæ defensionis, nam

conditio necessaria ad iustam defensionem est, vt efficiatur cum moderamine inculpatæ tutelæ. Sed quando Princeps potest à Summo Pontifice, vel Prælato Ecclesiastico defensionem postulare, non inculpatæ se defendit. Ergo.

Iterum nūc audi P. Dian. in dict. 5. part. Moral. tractat. 1. resolut. 5. qui saltē + in his Indiarum Regnis omnino nostram admittit praxim. Igitur argumentis Marij Cutelli respondere cupiens, sic ait: Nām ex dictis casibus, quos ipse affert, quis dicat, ita Episcopum pacem turbare, vt Regnum periret, & Republica corrueret, si à Summo Pontifice, vt par est, expectanda esset responsio, ac ordinatio? Sunt chimeræ intentiones, non sumus in INDIA, ita vt, ad compescendam (si adesset) licentiam, & delicta Episcoporum, tanta esset necessitas, vt periculum esset in mora, si pro ruina publica sublevanda Pontificis resolutio expectaretur. Ergo saltē in India, & alijs remotis partibus, concedit P. Diana, quod intendimus. Quæ pōst Nos, qui hoc obseruauimus, & deduximus anni 1663. in Noua Hispania in expulsione D. Episcopi Fondurens. aduertit P. Auendañ. in Thesaur. Indic. tit. 2. cap. 12. num. 126.

Deniq; idem P. Dian. 7. part. Moral. tractat. 10. miscellan. resolut. 2. vers. Ultimo, referens se ad id, quod in dict. resolut. 18. dixerat sic scribit: Vnde Doctores à me citati loquuntur, quando periculum + esset in mora adeundi Summum Pontificem, vel alios Superiores Ecclesiasticos; non auctoritatib; & iurisdictionalib; sed vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, per viam naturalis defensionis Republikam à Clericis tueri, & seruare indemnem.

Hoc omne nouissimè complectitur, & sequitur Thom. Delbene in tractat. de Comitiis, seu de Parlament. dub. 4. sub sect. 2. num. 7. ibi: Verum, si Clerici suis crimini bus Sæculari Reipublicæ molestiam, & periculum 22 ingerant, & ex alio capite remedium, nequæ ab Episcopo, nequæ à Summo Pontifice impetrari, aut expectari potest; quia, + vel aures dare nolunt (iunge casum à Petr. de Marca relatum in concord. Sacerdot. & Imper. lib. 7. cap. 25. §. 3. illic: Regem ante hos unde cim menses Epistolam scripsisse ad Ioannem XV. Papam, qua ad eum deferebat querelam suam aduersus Arnulphum (Archiepiscopum) petebatque formam Iudicij; inquam etiā sententiam scriperant Episcopi Remensis; sed Ioannem nihil hactenus respondisse. Necesse itaque ad actum Regem, ad con-

gregandam Synodum, quæ optimo iure poterat cognoscere de accusatione ista; postquam adeò manifestum erat, Pontificem nolle cognitionem habere.) vel quia periculum est in mora, & ad ipsos recurri tempus non permittit, cum res dilationem non patiatur; In huiusmodi speciali casu, habet locum ius necessariæ defensionis, secundum quam fieri potest, id quod recta ratio prescribit, sicuti recte dixit Azor tom. 1. lib. 5. cap. 14. quest. 2. Suarez lib. 4. defens. cap. 34. num. 6. & 9. ex Victor. ex Soto, dixit Fernandez part. 2. cap. 6. §. 1. num. 4. & Molin. &c.

Et sub section. 7. num. 2. & 7. prosequitur Delbene ibi: *Ab ipsis met Principibus à Regno expelli*, de licentia tamen Pontificis; Quod si Pontifex & consuli non possit, & ex alio capite tanta esset necessitas, quod clare, & evidentè periculum esset in mora, tunc liceret Principi Sæculari (allegatis Molina, & alijs) aduersus Clericos, & Episcopos, per modum iustæ defensionis facere, quod recta ratio ad impedendum damnum Reipublicæ imminens opus esse dictauerit.

Et in tractat. de Immunit. & iurisdiction. Ecclesiast. cap. 6. dub. 10. à num. 9. vbi facto sibi argumento, ita: *In Hispania est praxis, quod Clerici, & Episcopi iurisdictionem Regiam, verbi gratia, perturbantes, expelluntur à Regno*; si non authoritatius, seu per viam iurisdictionis contentiosæ, vel iudicialis; saltè defensuæ, seu per viam iurisdictionis Oeconomicæ. Ergo; sic num. 10. statuuntur; Respondetur, distinguo & antecedens; est praxis de facto, concedo; est praxis de iure, subdivisus. Si Papa non possit consuli, & periculum sit in mora; vel si Papa consultus & nolit prouidere, concedo; quia tunc sit permodum defensionis purè naturalis, & locum habet ius puræ naturæ; alterè nego, & cap. 9. dubit. 6. section. 1. à num. 5. Hxc Delbene & Diana; quibus & intelligendus est ipse Delbene, de Parliament. cap. 2. dub. 23. vbi aliud sensisse videbatur; quam quod hoc loco confirmat, & de Immunit. cap. 9. dub. 22. & 25.

Ex quibus hæc necessariò inferuntur; quod si tanta adsit necessitas, quod clare, & evidentè periculum sit in mora; Supremo Sæculari Principi licebit, per & modum iustæ defensionis aduersus Ecclesiasticos id facere, per quod damnum Reipublicæ imminens impediri possit. Item, quod Princeps ipse Sæcularis finè timore excommunicationis Episcopos, & alios Ecclesiasticos poterit à Regno ejcere, & expellere, quando graue scandalum, &

periculum Reipublicæ timetur; quia quietis est periculum in mora, habet locum iustæ, ac naturalis defensionis modus. Rursus, quod Doctores omnes, quibus suam adstruit Diana sententiam, constantè tenent, & defendunt, in casu periculi in mora consulendi, vel adeundi Pontificem, aut alium Superiorum Ecclesiasticum, posse Sæcularem Principem, & eius Supremum Senatum, vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & per modum naturalis defensionis, ab Ecclesiasticis tumultuantibus, vel aliter Rempublicam turbantibus, eam tueri, & seruare indemnum.

Igitur iam predicti Doctores, in hac tota materia, & disputatione, fortiores, ac grauiores, in casibus relatis, Principi Sæculari omnino & concedunt iustum, & naturalem defensionem, per quam possit remedijs, & defensionibus uti conuenientibus, & quod recta, & sana dictauerit ratio ad impediendum damnum Reipublicæ vere imminens; quod est admittere in ipso illam Politicam, & Oeconomicam protestatem, iurisdictionem, notionem, & facultatem, quam suprà tradidimus, & hucusque fundauimus, quamque nunquam habere locum sempèr diximus, nisi omni alio & deficiente recursu, & auxilio, & docuit Peralta vbi suprà, cap. 13. num. 9. ibi: *Per que es ben cert, que lo Princep Secular no llençama de la nocio Economica contra Ecclesiasticks per expellirlos del Regne, sino es faltant altremedi per a remediar lo dany que temen succhesca de proxim, Prado Verastegui indict. defens. Canonic. num. 202. & 215. Garc. de nobil. gloss. 9. num. 30.*

Vt nouissime prouilium, & satis commendatum inuenio in Regia, celebrique in hanc rem Schedula 18. Maij 1657. à D. Crespi de Valdaura relata, obseruat. 64. num. fin. per hæc verba; Maioricensi Audientiæ Regiæ missa fuit: *y para que en esto se obre & de aqui adelante, como conviene, ha parecido aduertiros, que en los casos de encuentros de juridicion con los Ecclesiasticos, debeis obseruar lo que por costumbre, y derecho comun toca a mis Regalias, y que conforme lo dictaren las ocasiones, y la razon de la defensa natural de mis derechos, y juridicion Real, podeis usar de todos los medios, y en la ocupacion de temporalidades proceder, no solo a la de la juridicion, sino a la de los demás bienes temporales, assi patrimoniales, como de Prebendas, Beneficios, y Decimas. Y assimismo os podeis valer de exilio, y demás compulsiones, que*

que por el derecho, y costumbre se pueden. Pero procediendo en todo + con grande moderacion, y prudencia, empezando por los medios mas templados, y ejecutando solo aquello que fuere necesario para conseruacion de mis derechos Reales, y reintegracion de los daños que hubieren recibido mi juridicion, y Regalias, y creciendo en las comminaciones, y execuciones, segun + creciera la contumacia, o procedimiento de los Ecclesiasticos, portandoos en la materia con la atencion, y premeditacion, que confio del zelo de tales Ministros, &c.

Adhuc nihilominus, atque iterum aduersus predicta insurgit P. Dian. 3. part.

Moral. tractat. i. de Immunit. Eccles. reso-

lut. 27. vers. Vnde, vbi ita infrà: Vnde + ex his infertur, quan male afferant aliqui, posse Reges expellere à Regno Episcopos inobedientes mandatis Regis; quod infert ex his, quæ prius ex alijs dixerat; nempe PrincipeM Sceulari pro negotijs Reipublice Episcopos conuocare non posse, eis precipiendo; posse tamèn, rogare, + & vocare eos, vt ad se veniant, tanquam Proceres, & Magnates, non tanquam Episcopi; quod tradit ex Alexand. Pefant. tractat. de Immunit. Eccles. disput. 21. quem suprà retulimus.

Verum hæc vocationum differentia, quan debilis sit, ex his maximè apparet, quæ tradidimus, suprà cap. 42. à num. 10. Quis enim dubitare poterit, eam rogationem, & Principis preces, omnino + mandata esse, licet eo honestiori vtatur vocabulo, vt docent Salicet. in Aut. Si vero, Cod. de adulter. Abb. in cap. fin. de for. compet. gloss. in Clem. Pastorale, verbo De mori, de re iudic. Segura in director. Iudic. Eccles. 2. part. cap. 13. num. 53. D. Couarr. pract. cap. 35. num. 3. vers. Cæterum, & milie apud D. Salgad. de Reg. protect. 1. part. cap. 2. à num. 154. & à num. 169. D. Fermosin. de Sede vacant. tractat. i. quest. 5. num. fin. Preces erant (inquit Tacitus) sed quibus contradici non posset, Aulonius: Et quod est potentissimum imperandi genus, rogarbat, qui iubere poterat; relati à Petr. de Marca in concordia Sacerdotij, & Imperij, lib. 6. cap. 9. §. fin. Berart. in specul. visitat. cap. 29. in fin. adde D. Episcop. Segouiens. Araujo in suis Decisionibus Moralib. tractat. 3. de stat. Ecclesiast. quest. 32. difficult. 1. num. 2. post medium dicentem, preces Principum + esse armatas, quo tendunt Affect. decis. 69. num. 6. Capic. Latr. consultat. 54. num. 21. Camillos de Medic. consil. 84. num. 11. Anton. Monach. decis. Bo-

non. 19. num. 27. docentes, quem posse precibus compelli, D. Palafox in dictis allegationib. all. g. 4. art. 4. num. 129. facit benè verbum unicum à Pijsimo, & Catholicissimo Rege D. N. Philipp. IV. in suo testamento prolatum, fol. 28. in meo transumpto, qui successoribus loquens ait: El ruego, y voluntad de los Rey s, siempre aprieta a los vassallos. Ergò hoc tanquam futili omisso vocat Nos, quod in comprobationem sententiae tuæ adducit P. Dian. asserens, ex ore Regis nostri determinatum, atque decisum esse, eam à Regno Ecclesiastorum expulsionem esse contrà immunitatem Ecclesiasticam.

Confirmat itaque sententiam suam ex verbis Concordia + intèr Dominam Regnam Eleonoram, Domini Regis Aragonie Petri II. viduam, & Cardinalem Comenge, seu Conuenarum, Gregor. Papa IX. Legatum initæ, Barcinone 2. Junij anni 1372. circa controversias iurisdictionum dirimendas, intèr Ecclesiasticos Ordinarios, & Seculares Iudices, de qua Concordia, quæ omnino in omnibus Regnis nostris Coronæ Aragonie obs. ruatur, late + agunt, 39 præter capitula contenta, lib. 1. tit. 2. vol. 2. constitution. Cathaloniæ, & alijs in locis, nostrates omnes, Mich. Ferrer 3. part. obseruat. cap. 172. cum seqq. Anton. Oliuan. de iur. Fisc. cap. 11. à num. 20. & cap. 12. num. 7. Ludouic. Peguer. decis. 92. & in præx. crimin. cap. 26. numer. 7. versic. Ulterius, Iacob. Cancer. 3. part. variar. cap. 10. à num. 16. doctiss. Fontan de paet. nupt. claus. 4. gloss. 13. part. 3. d. n. 5. & decis. 200. num. 3. & decis. 256. n. 2. & decis. 323. n. 8. Peralt. vbi suprà cap. 16. Regnicolis Aragonie est textus, in for. 1. de compet. iurisdict. Selsè de inhibition. cap. 9. §. 2. à num. 23. Bardaxi & Portoles in dict. for. 1. Calixt. Ramirez de leg. R. g. §. 2. num. 4. D. D. Laurent. Matheu de Regimin. Valentia, dict. cap. 7. §. 1. à num. 38. & à num. 11. probat, multoties hanc Concordiam à Sancta Romana, + & Apostolica Sede fuisse approbatam, & executioni mandatam, Mich. Cortiada in præx. content. per tot. D. Vrrutigoit. de competent. quest. 32. à num. 11. & alij.

Ea concordia verba, quibus vtitur P. Diana, à Ioan. Dionisio Portocarrero accepta, in allegat. iuris pro iurisdictione Sanctæ Inquisit. Maioricens, contrà Regios Ministros, num. 96. in hunc modum refert; super eo vero, quod + conqueritur, quod persona Ecclesiastice ejciantur, seu banniantur à Regno, concordatum est, quod illud si

Vnquam factum est , male factum est , cum evidenter sit contraria libertatem Ecclesiasticae ; & est concordatum , quod Dominus Rex declareret , quod in posterum nunquam fiat . Quibus relatis , ita ex clamat (& bene) P. Dian.

42 Amice + Lector , audisti ex ore Regis , quod ejcere Ecclesiasticos viros e Regno , est evidenter contra libertatem Ecclesiasticae ? Eisdem concordie verbis vtitur Thom. Delbene dict. tractat. de Comitijs , seu de Parlamento , dub. 23. sect. 2.

Sed facilis , & concludens prorsus est responsio , & solutio difficultatis , que maxima videbatur ; negando , vt negamus a predicitis Doctoribus fideliter fuisse concordiae + verba relata ; aliter enim inueniuntur , & leguntur in suo originali , Barcinone custodito , & in constitutione Cathaloniae ex eodem formata . Audi in primis , Lector , Originalis Concordiae verba :

43 **44** **45** Sup er eo + vero , quod conqueruntur , quod ficta suspitione Praelati , & personae Ecclesiasticae ejciuntur , seu banniuntur de Regno , concordatum est , quod illud si vñquam factum est , male factum est ; cum evidenter sit contra Ecclesiasticae libertatem , & est declaratum , quod Dominus Rex declareret quod in posterum nunquam fiat .

Quo in Cathalonorum idioma versa , ita leguntur , dict. volum. 2. constitut. Cathalon. lib. 1. tit. 2. cap. 4. Sobre + assò ques complayen , que perficta suspita los Prelats , & personas Ecclesiasticas son foragitats del Regne , es Concordat , que si assò es vñcafet , com sie evident ment contra llibertat Ecclesiastica , es declarat , que el Señor Rey declar , que nunca de aqui avant sie fet . Ergo in hoc Originalis Concordiae capite , & in constitutione ex eo facta , haec + inueniuntur verba ficta suspitione , notant Oliuan. de iur. Fisci cap. 12. num. 7. D. Vico ad leges Sardiniae lib. 2. tit. 51. num. 9. Cortiada ubi supra , decis. 4. num. 14. D. D. Laurent. Matheu dict. §. 1. num. 3. & 214. D. Crespi , post hec scripta visus , obseruat. 3. a numer. 29. Peralt. ubi supra cap. 17. num. 14. D. Vrrutigoit. de competent. quest. 40. a num. 14. quo in locis relatis a P. Dian. Delben. & Portocarrero desunt ; in quibus tota rei consistit vis , & satisfactio , vt perse patet ; quoties enim Superiori Sæculari

46 Principi , eiusque Senatus , eam quam dimicimus , concedimus potestatem , & autoritatem , loquimur in casu vero ; nempè + quando vero est , vel imminent Republicæ periculum , aliterque ei damno non possumus subvenire ; non quando in id supponitur , & fingitur necessitas extrema ; absit

hoc a Catholicis Principibus , & Senatoribus , Zeuall. dict. tractat. de cognitione per viam violentiae in prolog. a num. 175. quod etiam damnat Bulla Cœnæ supra cap. 39. a num. 32. ibi: Prætexentes , &c. & in hoc sensu + accipiendi , & intelligendi sunt , Marth. de iuris dict. 2. part. cap. 34. a num. 24. & 4. part. centur. 2. cas. 101. a princ. & num. 4. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 67. & tradita a Saravia de iurisdictione adiunctor. quest. 30. num. 48. ne alias videantur sibi ipsis contrarij . Nota obiter hoc loco excusari a censura Bullæ Cœnæ , can. 11. iubentes contentos in eo , exire Regis Curiam , vel alium locum , qui non sit Diœcesis , territorium . terra , seu dominium eorum , ita aperte Gabr. a Sancto Vincent. de censur. disput. 4. quest. 9. num. 245.

Immò ex huiusmodi Concordiae verbis , aperte infertur , & conuincitur , Summum Pontificem per medium Legati sui personam a tempore Concordiae , + hanc Ecclesiasticorum expulsionem , causa tamè iusta interueniente , approbasse , & permisisse ; cum tantum illa damnata , & improbata dignoscatur in ea , quando ex ficta , & imaginaria causa decernitur , & exequitur , vt post Nos , obseruavit D. Crespi dict. obseruat. 3. a num. 29.

Vnde miror merito , Patrem Diana diligentissimum , & doctum alioqui virum , de eadem concordia post + tempus , dubitasse . Ergo 7. part. Moral. tractat. 10. miscellan. resolut. 3. mox in princ. referens Accasium de Ripoll. (plura iam diu ex eo obseruari ; sed quia opus hoc Sancte Inquisitionis decreto , & mandato detinetur ; donec emendatum sit , ex eo nihil profero) defendantem se ab impugnationibus eiusdem P. Dian. sup er aliquibus opinionibus , in causis , & materijs Ecclesiasticis ; assertuisse eas procedere ex vi , & occasione predictæ Concordiae ; increpat illum , ex eo , quod id ipse , in loco impugnato non animaduertere ; & tandem de tali Concordia , per haec verba dubitat : *Quod vero in Cathalonia deducantur in praxi ratione concordatorum , debebat Ripoll. hoc animaduertere ; sed de ipsis me remitto veritati ; nolo enim Regi meo aliquid iurisdictionis detrahere , sed multo magis Summo Pontifici.*

Miror itaque , quoniam ipse , vt supra dixi in dict. 3. part. Moral. tractat. 1. resolut. 27. quoddam dictæ Concordiae fragmentum ex Portocarrero , ad literam tradidit ; cuius textus , authoritate , & fundamento fortiter , vt sibi videbatur , insurgebat aduersus tenentes , Episcopos , & alios

alios Ecclesiasticos à Regno posse expelli, quandò mandatis Regis non obtemperant; asserens id esse contrà Ecclesiasticam libertatem à Regibus proprio ore in dicto Concordiae fragmento explicitum. Ergò iam agnouit Concordiam; quare ergò nūnc se veritati, quoād eam remittit, quasi dubius de testimonio Ripoll. ? cui omnino excommunici sententia, quoād praxim, & leges Iuæ Ciuitatis t̄ credendum erat, Menoch. consil. 92. num. 54. Pareja de instrument. edition. tit. 2. resolut. 2. num. 53. Capic. Galeot. controuers. lib. 1. controuers. 17. num. 43. & 46. & controuers. 18. num. 3. & lib. 2. controuer. 1. num. 58. & seq. & num. 12. Georg. Mundius consil. 11. num. 29. vol. 2. Ioan. Francisc. Andreolus controuers. forens. controuers. 63. num. 10. D. D. Mich. de Monfalue in allegat. iur. por Iuan Esteuan Doria con Don Ioseph. Strata, num. 134. & alij; maximè hoc ipsum, quoād Concordiam, confirmantibus tot Cathalaniis, Aragonensis, & Valentiniis summae authoritatis Doctoribus relatis, supra num. 39.

Denique, si dicas P. Dianam dīct. 1. part. Moral. tractat. 2. resolut. 7. in fin. & resolut. 18. & 5. part. tractat. 1. resol. 5. & 7. part. tract. 10. miscellan. resolut. 2. in fin. ex Salas de legib. quæs. 94. tract. 14. disputat. 14. num. 111. licet id, quod proxime dicebamus de potestate ejiciendi Ecclesiasticos à Regno in Principe existente teneat; asserere t̄ nihilominus, eum casum, quem concedit tantæ necessitatis, & periculi, vix moraliter accidere posse, esque omnino metaphysicum?

Sed respondeo in primis, ad falsitatem sententiæ Pat. Dianæ probandam mihi sufficere, quod aliquando t̄ casus ille, in quo Princeps Secularis virtute sèpè dictæ extraordinariæ potestatis, & iurisdictionis possit in Ecclesiasticos procedere, eos à suis expellendo Regnis, absque excommunicationis incursu, sit possibilis, vt ipse fateri cogitur locis ubi supra. Item quod in Principe Seculari ex eiusdem sententia resideat facultas illa, & potentia procedendi extrajudicitaliter in dictis casibus, quæ alias inutilis, & vana esset, nisi ad actum valeret t̄ reduci, vt est certum, & obseruauit post hec scripta visus D. Crespi de Valdaura dīct. obseruat. 3. num. 26. & seq.

Secundò aduersus P. Dian. scripsit doctus Marius Cutelli ipsius conciuis, docens, & demonstrans casus eos summæ necessitatis Dianæ metaphysicos, contingere posse perspè, immo t̄ de facto contigisse, de

prīsc. & recent. Ecclesiar. libertat. lib. 2. quæs. 18. à num. 4. & 5. (& nos possemus quamplures referre casus in horum comprobationem, præter iam traditos; omittimus meritò, cum id quotidiana doceat praxis) ibi: Præsentes post sua (Dianæ) scripta t̄ euensis, vt alibi dixi, satis aduertunt, 56 posse hæc moraliter euenire, cùncalamitas omnes, quibus premimur, opera Prælatorum, t̄ Ecclesiasticorum euenerint. 57 Quid enim Collector Portugalliae, quid Prælati illius Regni ad mutandum legitimum Regem, & Tyrannum subrogandum molliti sunt; quidve alij Ecclesiastici viri in Cathalonia subuertendit operam Gallo Regi præstare, neminem latere existimo. Rex ergo nostèr Pijssimus, cùm Prælatorum Lusitanorum pessimum animum præsciuisse, sèpè cum Superioribus, vt animum auerterent, conquestus est; nihil aliud fructus expertus est, quam tumultus maiores in dies exerceri, ac populum, nè tributa penderent, nè Regi obedirent, multò magis moueri.

Post ergo primos motus anni 1639. Prælatos nonnullos ad se specie honoris, ad statuiliendam intèr hæc Regna perpetuam unionem aduocauit; sed reuera, vt illos à suis Diœcessibus (nè peiora exequenter) abstraheret, statim à Nuntio Apostolico, atque ab ipsis Prælatis Regis Confessarij suisu, Religio eius animo iniecta est, cur è suis Diœcessibus Episcopos, ac Pastores ab omnibus separaret? Hoc ruta conscientia non licere. Hinc dum virtus pietate Rex horum votis annuit, ac ad sua loca unumquaque remittit, nil aliud agit, quam rebellionis sequuturæ vberiorrem viam peruersis illis pandere; nam statim post recessum ad illam perficiendam contrad Regem hereditario iure succedentem (cui omnes fidelitatem iurarunt) animum, ac vires intendere coperunt, ac cum effectu perfecerunt. Hec Cutellus.

Optimè etiā t̄ aduersus P. Dian. scripsere D. Castill. de tert. cap. 41. num. 190. vbi plura concessit, rectèque fundat in his casibus, t̄ & similibus ferè semper esse evidens, & notorium in mora periculum, dixi supra cap. 40. à num. 7. D.. Salced. de leg. Politic. lib. 2. cap. 12. à num 12. & passim D. Crespi dīct. obseruat. 3. à num. 21. Peralt. dīct. cap. 13. num. 6. ibi: Si lo pare t̄ Diana, y Thomas Delbene se fossen trobats en Cathalunia del any 1641. fins al present, no dirian que estos casos son metaphysicals; de no poder consultar la santidad, per lo perille en la dilació, y tardança, ni esperar iusticia dels Ordinaris Ecclesiastichs ans bé afirmarian ser Fisichs, y Reals. Ex

Ex quibus appareret videtur, certum
esse quod *suprà cap. 43. num. 25.* cum eo-
dem Peralta dicebam, nullum tamen in rei ve-
ritate esse Doctorem, qui in casu urgentis
necessitatis, & periculi in mora adeundi
Summum Pontificem, aut alium Prælatum,
& Superiorem Ecclesiasticum, Supremo
Principi Seculari eam neget facultatem, &
defensionem naturalem, per quam valeat
à Terris suis, & Regnis seditiones, & pacis
publicæ turbatores ejicere, & expellere
Ecclesiasticos; quando aliud remedium
non supèrest; siquidem id fateri tenentur
Martha, Diana, Delbene, & alij suprà, va-
lidiores Ecclesiasticon, & libertatis Ec-
clesiasticæ propugnatores, ut vidimus, ad-
de ipsis Hieronym. de Prado Verastegui
in sèpè citata defens. Canon. art. 3. nam.
248. & passim, per tot. illum articulum.



S V M M A R I V M .

- P**olitica Principis potestas non procedit,
quando non datur periculum in mora,
quia tunc ordinaria iuriis dispositio
operatur, & num. 2.
- 3 Laicus potest judicialiter procedere con-
tra Ecclesiasticos, ex Papæ Rescripto,
& num. 7.
- 4 Gallorum Rex habet priuilegium proce-
dendi contra Ecclesiasticos, in certis
casibus.
- 5 Venetorum Dominium, & Regnum Val-
entiæ habent simile priuilegium, &
num. 6.
- 6 Laici in hoc casu procedentes sunt Dele-
gati Apostolici.
- 9 Papa solet hanc facultatem concedere ad
supplicationem Principum, præcipue
Prælatis.
- 10 Imperator Carolus V. contra Ecclesia-
sticos Cathaloniae Breue impetravit an-
no 1523.
- 11 Facilè solet concedi, quando datur Or-
dinariorum negligentia.
- 12 Aliud etiam obtinuit contra Ecclesia-
sticos, Comuneros.
- 13 Episcopus Zamorensis in hoc delicto
comprehensus, virtute Brevis Aposto-
lici damnatus fuit.
- 14 Catholicus Philippus II. contra Eccle-
siasticos, in coniuratione Lusitana de-

- prehenso, Breue impetravit.
- 15 Bastidiæ verba in hoc adducuntur.
- 16 Pro Regno Neapolitano fuit expeditem
simile rescriptum.
- 17 De alijs extat memoria apud P. Hora-
tium Capponium.
- 18 Optima ipsius verba referuntur.
- 19 Tradit etiam casum Gabrielis de Spino-
sa, qui fixxit se esse Regem D. Seba-
stianum Portugallæ, & num. 20. 21.
- 22 Alium afferentem se esse præfatum
Regem, refert idem Pater, num. 23.
- 24 De alijs rescriptis à Sancta Sede ema-
natis fit mentio, & num. 25.
- 26 Dux Medina de las Torres Prorex
Neapolitanus Breue consequi tentauit,
sed non obiecit.
- 27 Eo non impetrato, ius dixit in Clericum;
sed intellige, ut num. 28. 51.
- 29 Secularis, an procedere possit contra
Ecclesiasticos, in delictis læse Ma-
iestatis?
- 30 An hoc crimen valeant committere Ec-
clesiastici?
- 31 Requiritur ad id perpetrandum, quod
delinquens sit vassallus, & subditus
Principis offensi.
- 32 Ecclesiastici non sunt vassalli Princi-
pis secularis.
- 33 Sed verius est, sub generali vassalli no-
mine, contineri, & num. 35. 36.
- 34 Imperator Romanus potest inquirere, &
formare processum contrâ Ecclesiasti-
cos, ut a suis Iudicibus puniantur.
- 37 Ecclesiasticon rebellio est grauius sce-
lus, quam commisum a laicis.
- 38 Sufficit, Ecclesiasticum sub generali
vassalli nomine contineri, ut læse
Maiestatis crimen incurrire possit.
- 39 Secularis, secundum aliquos, potest
cognoscere, & procedere contrâ Ec-
clesiasticos in hoc delicto.
- 40 Episcopi, & Clerici huius criminis rei,
fuerunt furca suspensi.
- 41 Quædam flagitia, potius per secula-
res, quam per Ecclesiasticos vindican-
tur.
- 42 Verius est, Ecclesiasticos in hoc delicto à
suo Iudice puniendos.
- 43 Limita, nisi Princeps in vim Politicæ
potestatis procedat, ad defensionem.
- 44 Princeps offensus, nisi remittat pœ-
nam, non consequitur absolutionem
ren.
- 45 Ecclesiasticus Iudex, an priuare possit
Beneficijs Ecclesiasticis huius criminis
reum.
- 46 Pœna arbitraria in hoc delicto, usque
ad

- ad priuationem, & depositionem exten-
ditur.
 47 Ecclesiasticus deponitur pro delicto, quod
sæculari mortis poenam irrogat.
 48 Proceditur in hoc casu ad degradatio-
nem iuris ordine seruato.
 49 Decianus distinguit, Beneficijs priuari

- Ecclesiasticum, quando Princeps offen-
sus recognoscit Regnum ab Ecclesia;
non aliter.
 50 Sèd contrarium est verius, ut in omni ca-
supposit Beneficijs priuari.
 52 Cap. Perpendimus 23. de sentent. ex-
communicatione intelligitur.



ARGUMENTVM.

Precedentium Capitum continuatur Regalia. Ecclesiastici læsæ Maiesta-
tis crimen àn committant; in eoque, vel alijs atrocissimis facinori-
bus deprehensi, qualitèr, & à quo puniantur?

C A P. XLVII.

EX dictis, latèque fundatis in superiori-
bus necessariò infertur, & sequitur, Po-
liticalam Supremi Principis potestatem +
cessare, & non procedere, si periculum non
sit in mora adeundi Superiorem Ecclesiasti-
cicum, aut Summum Pontificem; atq; aliundè
damno remedium expectari, & adhiberi
potest, vt *supr. tetigi, cap. 43. n. 25.* & alibi.
Tunc namq; Ordinarij iuris ratio, + & dis-
positio operatur, & locum habet; vt per
proprios, & legitimos Iudices seditionis, pa-
cis publicæ turbatores, & delinquentes,
puniantur, & corrigantur, vt *dixi cap. 46. n.*
19. & passim.

Limita tamè, nisi à Pontifice Romano
indultum, & concessum sit Sæcularib⁹ Prin-
cipibus, + in certis casib⁹, Ecclesiasticos iu-
dicialiter coercere, & emendare; poenisque
legalib⁹ subijcere; eo enim casu omissa Po-
litice potestatis defensione, & auctoritate,
inris ordine servato, contrà Ecclesiasticos,
præfatis, aut alijs criminibus comprehēsos,
rectè proceditur; ita Galliarum Regi datū, &
permisum + esse in certis delictis, tradunt
Geill. Benedict. in cap. Raynatius, de testam.
verb. Vxorem, decis. 2. n. 147. vers. Pariter
cognitio criminum, Stephan. Aufrer. in Clem.
1. de offic. Ordin. regul. 1. fallent. 13. Ripa in
cap. 2. de Iud. n. 73. vbi id dubitanter tradit,
Guid. Pap. decis. 77. vbi addunt in Veneto-
rem Dominio hoc ipsum, + respectu aliquorum
criminum servari docent Hieron.
Gigas de crim. læs. Maiest. lib. 1. rubr. Quis
de crim. læs. Maiest. cognosc. poss. n. 20. Tib.
Dec. lib. 4. crimin. cap. 9. n. 66. Bobadill. in
Tom. I.

Polit. lib. 2. c. 18. à n. 115. Apud Valentinos,
similiter de hoc + est priuilegium quod-
dam, cuius meminimus, *cap. 44. n. 24.*

Quod autem posuit Papa hoc Laicis con-
cedere nulli dubium + esse potest, vt latè
fundauimus *supr. cap. 25. à n. 45.* & in specie,
prætè casus intrà tradendos, notauit noster
amantiss. D. Ibañez Faria in addit. ad *D. Co-*
uar. lib. 1. var. cap. fin. n. 65. Et eo casu Lai-
ci, tanquam S. Apostolicae + Sedis delega.
ti; id agunt, non iure proprio, *Dec. conf. 8. 2.*
n. 9. gloss. in cap. Laicis 16. q. 7. Cardinal.
in cap. Perpendimus, n. 6. & 7. de sentent.
excommun. Felin. in cap. 2. de maiorit. &
obed. à n. 3. *Aufrer. d. regul. 1. à num. 1. &*
q. 4. n. 6. Anton. Cuch. insti. maior. lib. 1.
tit. 2. de Summ. Pontif. n. 20. Grat. conf. 61.
n. 12. & 23. vol. 1. Carol. de Grass. de Regal.
Franc. lib. 2. iur. 1. Bañez 2. 2. q. 67. artic. 1.
dub. 6. concl. 2. Zanard. in director. Confes-
sor. tom. 3. cap. 10. Ioann. de la Cruz in di-
rector. conscient. 1. p. q. 3. art. 1. dub. 1. concl.
3. Decian. d. n. 66. Alexand. de Pefant. de
Immun. Eccles. disput. 3. Alexand. Sperell.
decis. 133. num. 48. Zeuall. commun. contrà
commun. q. 897. num. 164. & seq. & numer.
225.

Quod paſſim in atrocissimis delictis, pre-
cipue læsæ Maiestatis, factum, & concessum
invenimus, à Summo Pontifice; commissum
+ tamè Prælatis, & alijs Ecclesiasticis; vt iu-
ris ordine servato, adversùs Ecclesiasticos,
& exemptos delinquentes, absolute inqui-
rant, & procedant, donèc delictorum suo-
rum poenas luant, etiam naturalis mortis
comprehensa, & explicita damnatione.

Carolus V. Hispaniarum, & Indiarum
Rex Catholicus, invictissimus Dominus

- 10 noster † anno 1523. à Clemente Papa VII. Breue Apostolicum consequutus est, Federico Seguntino Episcopo, Cathalonię Proregi, directum; ut ipsius virtute Ecclesiastici Saculares, & Regulares illius Principatus, magnis detenti facinoribus, usque ad mortis pœnam inclusuè punirentur; maxime data Ordinariorum † negligentia, quod ab alijs Summis Pontificibus, usque ad annum 1640. cum ampliationibus, diuersis Prælatis pro tempore existentibus, exequendum mandatum tradit Narcisi. Petalt. de la potestat Secular, cap. 16. à numer. 5.
- 11 Eisdem Principi Magnanimo, anno prefato ipsem Romanus Pontifex Clemens VII. simile Rescriptum, † contrà Ecclesiasticos, Comuneros, indulxit; cuius virtute Zamorensis Episcopus, in eo criminis genere deprehensus, damnatus fuit, ita refert D. Villarroel en el Gouern. Ecclesiast. 2. p. q. 20. art. 3. n. 93. illic: Y sepa, que se procedio con especial Buleto † en la causa de aquel Obispo (de Zamora) despacholo su Santidad à instancia del Emperador a 27. de Março de 1523. y en su virtud sebizo justicia d'el; assi lo afirma Don Fr. Prudencio de Sandoual, Obispo de Pamplona en la Historia del Emperador, tom. 1. lib. 9. §. 32.
- 12 Catholicus, ac prudentissimus D. Don Philipus II. Rex noster † à Summo Pontifice similem facultatem impetravit, ut facilius corrigerentur exempti, in Lusitana comprehensi coniuratione, ut tradidit Pat. Bastidia è Societate Iesu in antidot. contrà Paulum Venetum, 2. p. n. 58. Vbi Iouij argumentis respondens, in delicto læse Majestatis, Ecclesiasticos non esse à seculari potestate exemptos, affirmantis, sic Italico idiomate satisfacit: Bastarebbe † per confondarlo, è prouar la falsità di questa sua universal propositione, reddurre à memoria l'attioni del Re Filippo Secondo, del quale sapiamo tutti, che dimando sperial Breue dà sua Santità per castigar gli Ecclesiastici, partecipanti nella rebellione di Portogallo. Et paullò post aliud in confirmationem adducit exemplum, in Regno Neapolitano præcedentibus annis habitum, de quo sic ait: Et nella rebellione che gli anni addietro si scoperse † in Catanzaro, pro procedette il Giudice Secolare contra gli Ecclesiastici complici della coniura, perche volle sua Maestà Catholica i nitir in questo, come fa nelle altre cose, l' esempio di suo padre.
- 13 Huic alias obseruavit similes Historias, eodem Catholicus D. Philippo II. Rege imperante, expertas. P. Horatius † Cap-

ponius, ex eadem Sanctissima Societate, ad Rem public. Venetam, par. 2. cap. 7. vbi postquam ipsam Rem publicam conatus est convincere, se per suos Seculares Iudices contrà Ecclesiasticos in crimen læse Majestatis reos, procedere non posse; aliquibus aliorum Principum adductis exemplis, & factis, qui proprijs Ecclesiasticorum Iudicibus cognitionem, & causas dimisere, quos inferiorem, aut dissimilē Venetijs à Deo potestatem in suos habere, non constat; int̄ quos, eo tempore Cesarem Germanum Imperatorem id fecisse tradit; & n̄ replicari posset adversus hoc, illud factum, n̄ solito Imperiali iuramento, Sancta Romanæ Ecclesiæ præstito, adverteretur; addit; saltē tanquam Bohemia, & Vngarie Regem, eandem (ad minus) à Deo superioritatem, & potestatem habere; quam ipsa Veneta Respublica in se considerat; Tandem, ut rem extrā questionem constitutam, & controversiam absolvat, sic concludit doctissim. Pater: Ma non † doura il vostro Senato rimordersi à pretendere maggior autorità da Iddio, che non habbia questo si gran Re Catholicone suoi Regni di Spagna, è pur vi baura dato aviso, quel vostro Ambasciatore, come à gli Ecclesiastici complici in questi presenti si graui excessi, contra la Maestà sua del Presidente Ramirez de Prato, è del Segretario Franchezza, sono di già stati dati Giudici Ecclesiastici dalle stesse Cardinale Mellino, come Nunzio Apostolico.

Eodem loco refert P. Capponius † casum, 19 iam omnibus notum, Gabrielis de Espinosa artocopi (pastelero de Madrigal, en Castilla la Vieja) qui se Regem Portugalię Sebastianum, in Africano bello à Sarracenis extinctum, esse finxit; cuius figmenti Auctor inventus fuit Fr. Michael Santos Augustinianus; quā de causa à suo Iudice Ecclesiastico in id tamē obtento, degradatus, vna cum Espinosa furce affixus Matriti periret Fr. Michael audi Capponij verba.

Et circa dieci anni sono † in tempo della glorioſa memoria de Philippo II. effendosi un Diego (non Didacus, sed Gabriel) de Espinosa, che era stato pasticiero, figurato, & finto il Re di Portogallo, è fomentato per tale da un Fra Michael Agostiniano, famoso litterato, è che era stato tre volte Provinciale di Portogallo, il quale tratto anche di maritarlo con Donna Anna, figliuola de D. Giò de Austria, de la quale egli era Cofessore il Patriarcha Gattano allora hora Nunzio in Spagna, come etesse la causa contro il Frate al Licenciato Vares, che è hora Maestro di scola di Salamanca, dal

quale guisificato si il delitto fu consegnato poi alla Corte Scolare è insieme col pasticiero applicato.

- ²¹ De eadem t. Historia agit etiam Pat. Bastidia, vbi supr. per eadem fere verba, & nemine relato, Peralt. loco citat. cap. 14. n. 14. vbi sinistra deceptus notitia, asserit; causam prefati Fratris Michaelis Seculari Iudici cognoscendam fuisse traditam; nisi eum intelligamus loqui, de sententię executione, postquam fuit degradatus, & Seculari traditus.

- ²² De alio similitè singente se Portugaliæ Regem, t mentionem etiam facit praedictus P. Capponius d. cap. 7. cuius verba, quia Superioribus congruunt, tūm etiam, quia ille liber difficillimè ad manus potest haberi, vt notauit P. Dian. à quo hēc habui 7. part. Moral. resolut. 10. tractat. 1. referam.

- ²³ Et potrete t ancor (Venetis loquitur) bauer saputo, o riscontrar da medesimi vostri ambasciatori, come quando quel Calaurese già carcerato in Venecia, è perche si fingeua il Re di Portogallo fu dappoi condotto prigione dà Italia in Singlia, nella cui Dioceſi fattoſi il processò, e trouatosi complici alcuni Ecclesiastici Porthogesi, il Cardinale Ginnasio all' hora Nunzio in Spagna deputò loro per Giudice vn Dottore Canonico di Singlia, il quale finalmente giudico che si deueller dare al Braccio Scolare, si come quel Canonico de Euora nobilissimo ritenutto prigione, qua in Castell S. Angelo per la medesima cauca, fu rimesso da Papa Clemente al medesimo Nunzio Ginnasio, e che il medesimo Cardinale Ginnasio, come è Nuncio, è ad instanza del medesimo Re castigò altri Religiosi, che auiano trattato contro sua Maſta, &c.

- ²⁴ P. Michael Rabardæus t ex eadem Societate intrat at de cauendo schismate, sect. 2. num. 8. apud P. Dian. vbi supr. refert, Vrbanum Papam VIII. nouissimè aliud simile Breue Ludouico XIII. Gallorum Regi concessisse, quibusdam directum Episcopis, vt Ecclesiastici in rebellione, contrà Regem, & communem Regni statum machinata, accusati, & conscij secundum delictorum qualitatem punirentur. De alio t à Clemente Papa VIII. Nuncio Neapolitano commisso, pro rebellione, agit Pat. Dian. 1. part. Moral. tract. 2. de immunit.

- Genuens. in prax. cap. 72. obitè P. Auedañ. in Thesaur. Indic. tit. 2. n. 116.

- ²⁶ Aliud nostris temporibus à Summo Pontifice Urbano VIII. impetrare t tentauit D. Dux Medina de las Torres, Neapo-

Tom. I,

litanus Prorex, vt ius dici posset Presbytero cuidam prodictionis reo; sed id indulgernequit Papa: Ergò ipso non obtento suspendere reum iussit Prorex, vt tradit Mar. Cutell. de prisca, & recent. Eccles. libert. lib. 2. q. 20. à n. 41. in illis verbis. Hinc t an-²⁷ nis praeteritis, cum Rodulphus de Angelis, Tresbyter prodictionis tentatæ conuictus foret, & Urbanus VIII. delegationem ad condemnationem indulgere, nepotum opera, negasset, Ramirus Guzmanus Metimnae Turrium Dux pro Rege, ius præmissum intrepide exercuit, illumque suspendi iussit, fuitque sciente, & reclamante Pontifice executum. Hoc tamè intellige, de facto fuisse t executum, vt ²⁸ mōx dicam; aut iuxta concessionem, quam Neapolim habere præsumit, Pat. Dian. dict. resolut. 20. Adde Calixt. Ramirez de leg. Regia, §. 27. num. II. & quæ tradidi, cap. 43. n. 9.

Nunc iam attingere oportet, quod in precedentium consequentiam se offert disputandum, aut resolvendum; àn scilicet t ²⁹ Sæcularis Iudex legitimè procedere possit contrà Ecclesiasticos, & eos poenit subijcere, quando præfata crimina, maximè rebellionis perpetrauerint? Cuius resolutio ex alia pendere videtur; àn nempè Ecclesiasticus læſe t Maiestatis delictum incurre, & ³⁰ committere posset? Et licet ex hucvsquè dictis prioris questionis responsio, & resolutio apparere videatur; aliqua tamè quoad illam adhuc dicenda supersunt. In secunda ergò difficultate, & dubio videbatur dicendum illud crimen minimè contrahere posse exemptos; cum ad id perpetrandum necessariò requiratur, delinquentem esse debere vassallum, t & subditum Principis Sæcularis, contrà quem delinquitur, Bald. in l. 2. c. de fals. monet. n. 1. Andr. Barbat. conf. 22. lib. 3. Roland. à Vall. conf. 4. lib. 1. Iul. Clar. sentent. lib. 5. §. fin. q. 36. n. 27. Nicol. Boer. de sedition. vers. Præsuppono etiam sexto, n. 3. Oldrad. conf. 43. col. 3. Boss. de crimin. læſe Maiestat. à num. 8. Paris. conf. 101. num. 33. lib. 1. Farinac. in prax. crimin. quest. 8. num. 28. & quest. 112. à num. 221. Laderch. conf. 74. n. 14. Peralt. vbi supr. cap. 14. cum alijs.

Ecclesiasticos autem, & exemptos apparet illius Principis t non esse vassallos, nequè eius iurisdictioni subijci, vt latè fundant Marth. de iurisdict. 4. p. centur. 2. cas. 133. & 188. & omnes proximè relati. Ergò. Nihilominus dicendū est, Ecclesiasticos, & exemptos, sub generali vassalli nomine, & appellatione t comprehendi, ratione originis, territorij, protectionis, &

domicilij, cap. fin. §. 1. de offic. & potestat. Iudic. Delegat. in 6. iuncta gloss. in causis figuratione, ubi Ioann. Andr. & ceteri Canonistæ id docent, & observant, Præpos. in cap. In primis, §. Persona 2. q. 1. Victor. de potestat. Ecclesiast. relect. 1. q. fin. num. 8. Ioann. de Terrarub. in tractat. contra rebell. 3. p. art. 5. D. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 15. p. 4. Barbat. cons. 70. vol. 4. Emman. Rodr. in Summ. tom. 4. cap. 168. Fr. Anton. Soufa in Bull. Cœnæ, cap. 16. disp. 84. n. 9. Gigas de crimin. lœsa Maiest. lib. 1. q. 63. Decian. lib. 4. crimin. cap. 9. n. 6. in fin. ubi nun. 7. addit, Imperatorem Ro-

34 manum posse adversus + Ecclesiasticos inquirere, & formare processum, & ex eo, seruatis servandis, in hoc crimine deprehensum, à suo Iudice deponi, & lib. 7. cap. 8. num. 5. & 6. & cap. 32. num. 10. Farin. ubi supr. n. 30. Anton. Oliuan. de iur. Fisc. cap. 9. à n. 27. Anton. Faber. ad tit. Cod. ad leg. Iul. Maiestat. definit. 11. n. 2. in alleg. ex Iul. Clar. in dict. prax. crimin. §. Lœsa Maiestatis, num. 7. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 71. à num. 14. Aluar. Valafc. consult. 100. num. 2. D. Solorz. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 27. nu. 26. Dionis. Gothofred. in l. Quisquis 5. Cod. ad leg. Iul. Maiestat. lit. L. Calixt. Ramir. d. §. 27. num. 11. Mar. Cutell. ubi supr. lib. 1. quæst. 17. à n. 18. & d. lib. 2. quæst. 20. n. 6. & 39. Nèc dissentit P. Dian. s. p.. Mor. trattat. 1. de Immunit. Ecclesiast. resolut. 19. D. Larrea allegat. Fiscal. 63. n. 13. & 15. & 17. D. Villarroel. ubi supr. quæst. 18. artic. 3. à n. 19. ad quæ adduco fragmentum Regiæ Schedulæ 6. Aprilis 1653. à Dom. Montemayor relatum, & cuidam Episcopo, quem non nominat, missum, in propugnat. pro Reg. iurisdiction. §. 19. pòst num. 16. illic: Ytendris + entendido, que esto lo aveis de executar precisa y puntualmente, sin que sobre ello se oyga replica alguna, ni se interponga dilacion, pues assi os toca executarlo, como à vassallo mio, y debéis obedecer con toda promptitud los ordenes, &c.

35 36 In quod, est etiam + elegans declara-
ratio Patrum Societatis Iesu, Emmanuelem Saà, exponentium, in secunda Apologia à fol. 48. ubi, cum illam dixisse, affirmaretur, Clericum rebellionis crimen propriè in-
curiere non posse, ex eo, quòd Principis Se-
cularis iurisdictioni, & potestati non sit
subiectus; ita eum explicant: Respondetur
Emmanueli Saà, nunquam venisse in mentem,
ut diceret, Clericorum rebellionem non esse,
37 aut non + esse debere grauissimum, multo-
que grauius Laicorum rebellione, flagi-

tium; sed enim cum immunitates, quas,
vel rei natura, vel personarum dignitate spe-
cata, Reges Ecclesiæ concessere, auctor ille
perpenderet, facinus, quod in Laicis per duel-
lionis arguitur multo etiam grauioris sce-
leris argui oportere, definiuit; attamen ea
verba, quia rudiiores aliqui non coquoquerent,
expunctasunt, atque emendata in secunda edi-
tione.

Quod omnè + satis est, vt præfatum
crimen possint committere Ecclesiastici, vt
optimè probant omnes ferè suprà relati.
An autem Clericus hoc delictum incurrens
Ecclesiæ immunitate gaudeat? Tradunt Ma-
ger. de aduoc. armat. cap. 17. à num. 178.
& a num. 164. ad 202. D. D. Augustin. de
Hierro in allegat. iur. contra los que mata-
ron al Embaxador de Inglaterra, sobre im-
munidad, num. 19. in fin. Ex quibus in quæ-
stione iam proposita, dicendum videtur,
Sæculares Iudices Ecclesiasticos lœsa Maie-
statis crimen admittentes + rectè punire
posse, vt docuit Præposit. dict. cap. In pri-
mis, §. de persona 2. quæst. 1. ubi ait, hanc
esse communem opinionem, Paris. de Pu-
teo de sindicat. verb. Clericus, cap. 1. numer.
final. qui affirmat, Episcopum quendam,
+ Clericos in eo delicto deprehensoros,
fuisse furca suspenso, Iul. Clar. in dict.
§. Lœsa Maiestatis, numer. 7. in fin.
ubi ait, Archiepiscopum Florentinum
etiam fuisse suspensum, Guillelm. Bene-
dict. dict. decis. 2. à numer. 160. Boss. ubi
supr. num. 87. & alij relati à Bobadili. in
Politici. dict. cap. 18. à num. 114. ex ratio-
ne Canonis, sunt quædam 39. 23. quæst.
5. Sunt quædam, inquit, enormia flagitia,
quæ potius per + mundi Iudices, quam per
Antistites, & Rectores Ecclesiasticorum vindic-
cantur; iuncto Abbat. in cap. Atsi Clerici
4. à nn. 41. de Iudic. & in cap. Nouimus 27.
num. 5. de verbor. signif. Peralt. dict. cap. 14.
num. 17.

Sed contrariam sententiam, videlicet,
in eo casu à Iudice Ecclesiastico damnan-
dos, & plectendos esse + exemptos delin-
quentes, veriorcm, communiorcm, & secu-
riorem puto, quam amplectuntur, & defen-
dunt Ioan. de Terrarub. ubi supr. tract. 3.
art. 5. concl. 17. Castald. de Imper. q. 101. n.
10. Iul. Clar. d. q. 36. n. 27. & ind. §. Lœ-
sa Maiestatis, n. 7. Marth. de iurisd. d. 4. p.
cent. 2. cas. 133. Grammat. decis. 29. num.
12. Calixt. Ramir. d. §. 27. n. 11. in gloss. lit.
D. Cabed. decis. 83. part. 2. Franch. decis.
691. ubi Petr. Roicius in addit. Pont. decis.
9. Martin. Mager. de aduocat. armat. cap.
17. à num. 186. D. Solorzan. dict. cap. 27.
num.

num. 10. Bobadil. in Politic. dict. cap. 18.
num. 115. D. Gueuar. in propugnac. contra Venetos, affert. 1. §. 7. num. 6. Torreblanc. de iur. spiritual. libr. 15. cap. 4.
num. 2. Alexand. Pesant. de Immunit. Eccles. disput. 13. P. Dian. dict. 1. part. Moral. tractat. 2. resol. 20. & 7. part. tractat. 1. resol. 10. num. 3. Ludovic. Sarau. de iurisdict. adiunctor. quæst. 30. num. 48. Bolaños in Curia Philippic. 3. part. §. 3. numer. 23. D. Salced. de leg. Politic. lib. 1. cap. 10. numer. 60. Ioann. Maria Belletus disquisit. Clerical. 1. part. tit. 3. de fauor. Clericor. personal. §. 1. à num. 4. Camill. de Curte resolut. feudal. cap. 5. num. 41. apud Donat. Anton. de Marinis post libr. 1. resolut. iur. Mar. Alter. & alij apud Gabriel à Sanct. Vincent. de censur. disput. 4. quæst. 9. §. 18. num. 279. antè fin. Pius Vives in discurs. Apologetic. pro Immunit. Ecclesiast. literis A. B. C. D. pagin. 71. D. Faria ad D. Couarrub. libr. 2. variar. cap. fin. numer. 65. facit l. 18. tit. 9. libr. 1. Summar.

43 Limita tamèn, ut *supr. tetigi*, quandò Supremus Princeps, & eius Senatus t in vim naturalis defensionis, & Oeconomicæ potestatis e, & suos protegit, & defendit, alio omni recursu deficiente, verè, & cum effetu, quoniàm tunc proximè latè tradita celsant, & Ecclesiasticū, & exemptū læsa Maiestatis committentē crimen, tanquam putridum Reipublice, cuius est caput Princeps, membrum, poterit ipse recte ejcere, & expellere à suo Regno; ex Ioan. de Terrarub. *Vbi proximè*, art. 5. tract. 3. concl. 16. & seqq. & Gigant. de crimin. læsa Maiestat. libr. 1. q. 6. docet Vincent. de Franch. dict. decis. 691. num. 5. & alij suprà relati.

44 Advertè etiā hoc loco, quòd quandò Ecclesiasticus proditionis, seu rebellionis reus convincitur, & à suo Iudice iuxta Sacros Canones iudicatus, & punitus est; non consequitur poenę remissionem, secundùm eos incusę, nisi Principis offensi concurrat voluntas; ab ea enim t in hoc casu pender absolutio, Concil. Tolet. 16. Can. 9. sup. cap. 43. à n. 36. relatum, illic: Excepto, si Regia eum pietas antè absoluendum crediderit; optimè Petr. Crespet. in Summ. verb. Rei læsa Maiestatis, ibi: *Vt Princeps talibus Clericis, vel Laicis solus possit restituere communionem Ecclesiasticam, cui soli peccasse noscuntur, vel eos in gratiam suam recipere, nec Ecclesia se de hoc negotio implicet.* D. Salced. d. cap. 10. n. 61. post eum, ex Abulensi. ad lib. 2. Regum. cap. 18. q. 19. Almain. de potest. Eccles. & Laic. q. 2. cap. 2. & alijs, Cu-

tell. de pris. & recent. Eccles. libert. lib. 2. q. 20. n. 15. & seq.

Eandem *supr. n. 42.* traditam veriorem sententiam amplectitur, optimèque expo- nit Matth. de Afflict. ad Constat. Neapol. rubr. 43. n. 3. vbi plura excitat, & fundat; præcipue, t àn ab Episcopo, & Iudice Ecclesiastico possit in hoc crimine convictus, Beneficijs Ecclesiasticis, quę obtinet, priuari? De qua etiā quæstione agit cum multis Cabed. d. decis. 83. & concludit, ab Ecclesiastico imponendam esse arbitriariam poenam, extendique t eam ad Beneficiorum Ecclesiasticorum priuationem, deponendumque delinquentem. Itaque verum est proditionem in Principe tentatam crimen esse, quod depositionis poena plesti, & vindicari potest, d. Concil. Tolet. & ex eo id fundat Petr. de Marca in concord. Sacerd. & Imper. lib. 7. cap. 25. §. 4. in princ. Abb. in cap. Atſi Clerici, n. 45. in addit. in fin. de Iudic. Roman. singul. 708. n. 1. Diaz in pract. crim. cap. 121. Bellet. disquis. Cleric. 2. p. tit. de pœnis Clericor. §. 40. n. 15.

45 Asserit rursùs Afflict. *Vbi proximè*, certum esse, deponi debere Ecclesiasticum, quoties tale committit t delictū, quod à Laico per- petratum, eum morti traderet, cap. Si quis Laicus, illic: Episcopus, Presbyter, & Diaconus, sic hoc crimen commiserint, degraden- tur, 22. q. 5. iunctis, cap. Tuæ 6. de pœn. cap. Nouimus 32. de verb. signific. Roman. confil. 364. n. 2. Peralt. *Vbi supr. d. cap. 14. n. 2.* ad quod, iuris t ordine servato, perveni- 46 tur, iuxta notata in cap. In causis, de re iudic. Abb. in dict. cap. Atſi Clerici 4. in fin. princep. de Iudic. Anton. Capic. decis. 130. n. 75. Mar. Cutell. d. q. 20. n. 14. Decian. *Vbi infr. n. 11.*

Ergò hic lib. 7. criminal. cap. 38. n. 10. ex eodem Afflict. in cap. 1. §. Et bona com- mittentium; quae sunt Regalia, num. 114. & Hieronym. Gigant. *Vbi supr. lib. 2. quæst. 30. sub rubric. de pœn. committ. crimen læsa Maiestat.* distinguit; quòd si Rex t aut Princeps offensus recognoscit Regnum il- 49 lud in feudum ab Ecclesia, poterit Beneficijs Ecclesiasticis priuari Clericus, ob cri- men læsa Maiestatis; alias non poterit. Verum à prima opinione non existimo esse t recedendum, vt indistincte possit huius 50 criminis reus à suo Iudice Beneficijs Ec- clesiasticis spoliari, degradari, & Curiæ Sæculari tradi, quoties delicti qualitas, & natura id exposcat.

Ad casus verò illos suprà traditos, responderi poterit; eos de facto t ita acci- 51 disse, qui forte bono publico aliter cōsuli

non valeret, & hoc modò intelligendum,
52 & accipiendum esse t̄ textum in cap. Per-
pendimus 23. de sentent. excommunicat. vbi
Presbyterum patibulo de facto affixum,
recte punitum affirmatur, & Comitem, de
quo in illo textu agitur, qui est Principe
inferior, in Canonem, & Censuras, non in-
cidisse; non verò iure ordinario, & le-
gitime fuisse executos, Iul. Clar. dict.
quæst. 36. num. 27. Bobadill. dict. cap.
18. à numer. 14. iunctis Marth. Vbi sup.
cas. 135. num. 5. Barbos. in dict. cap. Per-
pendimus, n. 2. in fin.




S V M M A R I V M.

- 1 **D**ubium ingens proponitur circa
acta Ecclesiastici expulsionem pro-
bantia, & n. 2.
- 3 Per epistolas Superiori legitimè non re-
fertur expulsionis causa.
- 4 Laicus nequit acta judicialia contrà
exemptos facere.
- 5 Bullæ Cœnæ processus id expressè dam-
nat.
- 6 Regiæ Audientiæ, & Prorege possunt
in casu relato summarias recipere in-
formationes.
- 7 Verba, quomodolibet se interponen-
tes illas processando, in prefato pro-
cessu contenta, quomodo intelligan-
tur.
- 8 Summaria informatio ad instruendum
Superioris animum, non est actus iu-
dicialis.
- 9 Bulla Cœnæ intelligitur, quando iudi-
cialiter procedit Sæcularis; non quan-
do extra judicialiter, & iure defensionis,
& n. 10.
- 10 Qui admittunt expulsionem, necessariò
debet concedere, quod ad eius iustifi-
cationem requiritur.
- 12 Pat. Auendanus ad impugnanda à
D. Solorzano tradita nihil speciale
adducit.
- 13 Regulæ iuris cessant, data summa neces-
sitate, & n. 32.
- 14 Quoties publica utilitas urget, non
procedit Ecclesiastica immunitas.
- 15 Extrauagans incipiens, Matthæus de
Pontianis de heretic. expenditur, &
n. 16. 17.

- 18 Duardus adducitur ad intelligentiam
adverbij, quomodolibet.
- 19 Omnes modos excogitabiles comprehen-
dit hoc adverbium.
- 20 Importat idem, ac quocumque mo-
do, vel quomodocumque, & num.
21
- 22 Sed intelligitur quando autoritati-
ne, & judicialiter proceditur, &
n. 23.
- 24 Sæcularis, pro facto, in quo aliqui Cle-
rici nominantur, potest capere infor-
mationem.
- 25 Sæcularis secretò potest facere infor-
mationem contrà Clericum animo pre-
sentandi eam Superiori, & n. 6. 26.
35. 57. 58.
- 27 Item, quando facile non possent testes
reperiri.
- 28 Pat. Antoninus Diana, contrarium
innuit, cui respondet P. Auendanus. &
n. 29.
- 30 Quando non est aditus ad Praela-
tum, qui valeat iuridicè se informa-
re, & adest periculum, potest Sæcula-
ris informationem recipere, ut Praela-
to præsentet, & n. 63.
- 31 Quando Praelatus non est, vel non vult
remedium ad libere, tunc dicitur, non
esse aditum.
- 33 Processus incipit acitatione, & dici-
tur ita à procedendo, & n. 34.
- 35 Qui simplicem capie informationem
contrà Clericum, non ligatur excommu-
nicatione Bullæ Cœnæ; cum informatio
non sit processus, ex Gabr. & S. Vincent.
& n. 25. 26. 36.
- 38 Hic liber Romæ impressus est, Sanctissi-
moq; Alexandro Papæ VII. dicau-
tus.
- 39 Apud nos in certis casibus recipi-
tur summaria informatio secretò, ve
Superioribus mittatur, & num. 42.
44.
- 40 Supremum Consilium errare non credi-
tur, iteratò rem aliquam resoluendu-
do.
- 41 Reiteratio actus, deliberationem im-
portat.
- 43 Regia rescripta præfatam informa-
tionem permittentia expendun-
tur, & numer. 45. 47. 48. 51.
55. 56. 70.
- 49 Regia Schedula, summè notanda 14.
Augusti 1620. permittit, inquire
posse de minoribus Religiosorum, qui in
Indijs Superiorum non habent, & num.
50. 52.

- 53 Regia Schedula 15. Ianuarij 1660.
qua declaratum fuit, nullas esse informationes quasdam contrà Ecclesiasticos receptas, quia casus id non petebat, afferatur, & num. 54.
- 56 Informatio hæc summaria, ex officio tantum, non ad partis instantiam, capit, & num. 57. 58.
- 59 Commendatarius laicus potest informationem facere contrà Parochum suæ Commendæ, ad informandum Superiorem, in ordine ad bonum spirituale Indorum, ex P. Auendañ. ergo, & Princeps poterit, & num. 60. 65. 69.
- 61 Iudiciale non est, quod Iudicis autoritate non sit.
- 62 An possit Iudicis autoritas ad hanc informationem interponi?
- 64 P. Auendañ. in hac materia insurgit contrà P. Dian. & rectè.
- 66 Aduertitur tamèn ipsius lapsus, & num. 67.
- 68 Ex sententia Doctorum, maximè Ecclesiasticorum; appare recipi posse informationes ad supra memoratum finem.
- 70 Indianum Tribunalia, & Iudices iuste in id procedunt, ex legis potestate; de cuius vi eis non licet disputare.
- 71 Maximè cum ea rescripta à Rege, Pontificis vicere gerente, in ordine ad spiritualia, emanauerint.
- 72 Quoties Rex, vel alius ex priuilegio Apostolico procedit, libertatem Ecclesiasticam non laedit.



ARGUMENTVM.

SVmmaria informatio, in casu expulsionis Ecclesiastici, vel alio, an, & quandò à Regio Senatu, aut Sæculari Iudice recipi valeat, vt Superiori mittatur, maximè in Indijs?

CAP. XLVIII.

VIdimus iam ex latè traditis in Capitibus Superioribus, Principibus Supremis, & eorum Senatibus, ex Politica, & Oeconomicâ ipsorum potestate licere, Ecclesiasticos, & exemptos, quando evidens, & manifestum concurrit, & adest periculum, aut damnum Republicæ tranquillitati, & paci imminentis, quod aliter emendari, aut excusari non potest à Regnis, & Provincijs suis expellere. Dubium tamèn ingens, & difficile circà t horum praxim se offert; non quidèm in ea, quæ seruanda, & custodienda est in actu expulsionis, quam etiàm aliquandò vidimus viris perdoctis, & expertis, satis arduam; facilis ergo hodiè omnibus videtur, secundùm ea, quæ tradidimus supra cap. 44. num. 7. ex nostris tibus Peguer. & Fontanell. cum alijs ibi notatis.

Sed in illa, quæ factum t expulsionis iustificare, ac legitimare apud Summum Pontificem, Regem nostrum Catholicum, vel alium Superiorum sufficienter valeat; huiusmodi enim resolutionis causa, eis omnino venit proponenda, & exhibenda, nec

tamèn legitimè relata, t & proposita creditur, aut intelligitur; si Epistolis tantum inseratur, quemadmodum contigit in casu Episcopi Termular. de quo supra cap. 44. n. 46. Ergo iudicia acta ad id necessaria videntur. En dubium, & difficultas maxima; siquidèm laico t Iudici penitus prohibitum, & interdictum est, contrà Ecclesiasticos, maximè in criminalibus, actus iudiciales exercere, cùm sit quoàd hoc incapax, & omnino incompetens, dixi cap. 37. num. 45. & seq.

Idque in specie exprestè damnat, & vetat processus Bullæ in Cœna Domini, cap. 20. in illis verbis: Item t excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, scilicet criminalibus contrà personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contrà illas proferendo, vel exequendo.

Hanc difficultatem præsentit D. Solorzan, de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. fin. à numer. 71. vbi licet affimet, & defendat t Proreges, & Regias Audientias in casu, de quo loquimur, summarias informatio-

nes recipere posse, eo animo, & titulo tantum, vt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Regi nostro constare posse de causis, & motiuis, quæ eos coegerint hoc postremo, & extraordinario remedio uti; nihilominus pro responione ad illud aduerbium, & dictum quomodolibet t se interponentes, illas processando, non parum infudat, cum omnem procedendi modum videatur excludere; in hoc ipso laborat post eum, D. Villarroel en el Gouern. Ecclesiast. 2. part. quest. 18. art. 3. à num. 51. D. Crespi de Valdaura obseruat. 3. num. 20. facit D. Vrrutigoit. de competent. quest. 37. à num. 19. vbi docet t summarias informationes ad instruendum animum, non esse actus iudiciales, D. D. Laurent. Matheu de regim. Valent. cap. 7. §. 1. num. 143.

Igitur loco relato D. Solorzan. tenet, recte admitti, & recipi posse huiusmodi informationes summarias, eo animo, quem diximus, scilicet; vt per eas Superior Ecclesiasticus, vel Sancta Apostolica Sedes, & Catholicus Rex noster de causa, & necessitate, quæ ad id pressit certiorentur; non obstante præfata Bullæ clausula, quæ solum t intelligi potest, & debet, quando ad hoc procedunt Sæculares Iudices, iurisdictionaliter, & tanquam indices, vt aduentunt D. Solorzan. dict. cap. fin. num. 54. comprobantque ex verbis eiusdem Bullæ Can. 12. (apud me 15.) ibi: *Ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, & alij.*

Non verò, quandò t iure defensionis extrajudicialiter, & irregulari modo, in vim Politicæ, & Oeconomicæ potestatis sibi, & suis succurrit Princeps, damnum immensus auertendo, Reipublicæque, vt debet, consulendo; sicut enim ille actus totus ex hac facultate, & naturali oritur, atque dimanat obligatione; ita quidquid ad eius perfectum obtainendum finem, executionemque celebrandam, eiusdem generis, & qualitatis, atque naturæ debet considerari. Si ergo t omnes, quantumvis conscientiæ timorat, vt vidimus in precedenti capite data summa, & extrema necessitate, & in mora periculo, Principi Sæculari Ecclesiasticorum concedunt, & permittunt expulsionem; eam tunc recta ratione dictante; cum aliter damnum euitari non possit; non obstante præfata Bulla in Coena Domini; quomodo neganda erunt, quæ ad id factum perfectè consequendum necessaria videntur, ex vulgatis iuris principijs & ut obiter notat D. Solorzan. vbi supra, num. 72.

Nec premit argumentum, P. Auendañ. contrà præfata à D. Solorzan. expensa, in Thesaur. Indic. tit. 2. num. 119. & seq. cum t nihil speciale adducat, præter regulas, & axiomata communia, quibus fit satis, ex latè à nobis traditis in Superioribus; nec in eo casu immunitati Ecclesiastice generatur præjudicium, vt credebat P. Auendañ. si- cut non infertur, quando premente necessitate Ecclesiasticus expellitur, alio quo- cumque deficiente medio; casus enim t hos, omnes iuris regulas excludere diximus supra cap. 46. num. 30. & quoties publica t utilitas, & necessitas vrget, & exigit, non attenditur Ecclesiastica immunitas, vt cum Yfern. Afflct. Ancharr. Ofasc. & D. Gueuar. diximus supra cap. 46. num. 13.

Deinde (omissis alijs) ex extrauag. Ioann. Papæ XXII. subtit. de heretic. intèr commun. incipiente Mathæus de Pontianis (ad quam præter Rojas, Peña, Cuchum, Mandos. Gratian. & Farinac. relatos à Barbos. ibidem, num. 2. Nauarr. consil. 19. de sent. excommunic. lib. 5. alias consil. 10. de verbis signific. Rodrig. in summ. cap. 76. num. 6. Sperell. decis. 160. num. 52.) probat propositum t D. Solorzanus, vbi postquam retulit Papa, Nuntios, & Inquisidores à Sancta Sede Apostolica destinatos, contrà hereticam prauitatem immediatos eidem Sanctæ Sedi fore subietos, nè Ordinario t cuiquam Iudici, vel delegato licere, se in eorum causis intromittere, vel de illis cognoscere, quavis occasione, vel causa, vel quoquo modo procedere presumant, adhuc non obstante geminata hac, & enixa prohibitione, eam limitat, & declarat, ibi: *Permittitur tamèn t dictis Ordinarijs, & Delegatis, si quid tales Nuntij contrà fidem, & contrà bonum publicum indebet fecerint, vel attentauerint, notionem super his habere, & Romano Pontifici dirigere, ipsumque informare, vt super eis de remedio oportuno prouidere debeat.* Quem textum dicit ibi esse mirabilem, ad solutionem argumenti, quod ex dictis Bullæ verbis fieri solet; quod, & ego agnosco, si in eadem extrauag. non inueniretur expressa limitatio, & ea facultas in specie Ordinarijs Iudicibus capacibus concessa, Scobar del Corro de solicitantib. 1. part. quest. 2. num. 9.

Ad idem additum Leonard. Duard. in commentar. addictam Bullam Cœnae, lib. 2. Can. 19. quest. 5. num. 3. & 4. vbi prædicto argumento t sic responderet: *Nec obstat, si dicatur, quod vi huius Canonis excommunicantur quomodolibet se interponentes in causis capitalibus Clericorum; quoniam respondetur,* quod

19 quòd licet *ly* quomodolibet comprehendat + omnes modos excogitabiles, ut habetur ex Hypolit. de Marsili. consil. 80. numer. 38. dūm ait: quòd hoc verbum importat modum realem, personalem, directum, & indirectum (adde gloss. in Clement. 2. §. Nè igitur, verbo *Quomodolibet*, de sentent. excommun. & in cap. Indemnitatis 43. §. Si qua verò, verbo *Quomodolibet*, de election. in 6. iunctis Dominic. consil. 115. Staphil. de liter. grat. tit. de virtut. & effect. claus. cap. 4. num. 3. Ruin. consil. 15. num. 36. & seq. vol. 1. Menoch. de recuper. remed. 6. num. 15. latè Barbos. in dictiōnib. dictiōn. 330. Fr. Francisc. Herrera in allegat. iur. sobre que los Doctrineros Religiosos no sean visitados, ni examinados, impresso año 1619. fol. 13. & seq. Gabr. à Sanct. Vincent. de censur. disp. 4. quæs. 9. §. 20. num. 289. & 311. estque dictio vniuersalis, & importat idem, + ac quocumque modo, cap. fin. de accusat. Abb. in cap. Ad nostram 12. de probat. cap. Solite, de maiorit. & obed. item, ac quoquo modo, vel + quomodocumque. Paris. consil.

20 50. num. 10. vol. 1. & consil. 145. num. 6. vol. 4. Gozadin. consil. 14. num. 22. Roland. consil. 2. num. 23. vol. 4. Narbon. de appellat. Vicar. part. 2. fundam. 1. num. 35. Alexand. consil. 155. num. 3. vol. 1. Farinac. decis. 602. num. 4. part. 2. recent. & alij apud Gabr. vbi proxime) tamèn hoc loco intelligendum est, authoritatius, atque ita Iudices Sæculares se interponant in causis capitalibus Ecclesiasticorum, ac si ad ipsos + pertineret de illis cognoscere, ut bene notat hic Sayr. lib. 3. Thesaur. tom. 1. cap. 23. sub num. 2. hæc Duard.

21 Hoc ipsum docet Marius Alter. de censor. lib. 5. disput. 20. cap. 1. vers. Quomodolibet, vbi explicans dict. cap. Bullæ in Cœna, intelligit illud, quando iudicialiter cognoscere intentant Sæculares, ibi: Quomodolibet, quando se commiscere volunt in cognoscendis + causis criminalibus Ecclesiasticorum, P. Fragos. vbi infra, vers. Dicendum tamèn.

22 In commentarijs eiusdem Bullæ in dict. Can. præter Iacob de Graff. lib. 4. decisionum, cap. 18. à num. 135. vbi ait, Iudicem + Laicum capere posse informationem pro facto particulari, in quo sunt aliqui Clerici nominati; quia hoc non est Clericos processare, sed capere informationem pro eo facto; & quod Iudex hoc faciens in censuram eius Canonis non incidet, nequè item excommunicare Iudicem Sæcularem docet, qui secreto + Ecclesiasticos pro-

cessaret, animo tamèn presentandi talēm processum Summo Pontifici, quòd idem erit etiam si proprio Prælato presentet; tradit Fr. Anton. de Sous. ad dict. Bull. cap. 20. disput. 95. num. 1. & post eum, D. Solarzan. vbi supra, num. 78. adde D. Villarroel vbi supra, num. 60. D. Crespi obseruat. 3. num. 20. P. Pellizzar. ita accipiens in Manual. Regul. tract. 8. cap. 6. num. 10. Gabr. à Sanct. Vincent. dict. quæs. 9. §. 24. num. 310. D. Montemaior. in propugnat. pro Reg. iurisdict. §. 29. à num. 5. & §. 22. à num. 3. & §. 24. à num. 1. & §. 25. & §. 26. à num. 45. Duardum, dict. quæs. 5. num. 2. ibi.

23 Et tanto minus dicitur processare Clericum, qui contra + illum secretò informatiōnem caperet animo presentandi informatiōnem non Regijs Officialibus, sed Romano Pontifici, aut alteri Iudici Ecclesiastico ipsius Clerici, competenti, ut bene notat Graff. Aloys. Ricc. in prax. 4. part. resolut. 460. num. 5. Bibald. in explanat. Bullæ Cœna, num. 125. vbi opinatur esse probabile + non ligari excommunicatione Iudicem Laicum, qui facit informationem in causa criminali alicuius Ecclesiastici, quando de hoc criminе possunt esse testes, non reperirentur ita facile, ut mittat informationem ad Superiorem Clerici; quem refert P. Ioann. Bapt. Fragos. deregimin. Reipublic. 2. part. lib. 1. disp. 3. §. 19. num. 330. Delbene de Immunit. cap. 9. dubit. 31. num. 6. licet in contrarium inclinet + P. Dian. 1. part. Moral. tract. 2. de Immunit. Eccles. resolut. 53. & iterum, 3. part. tract. 1. resolut. 52. vbi addit, esse metaphysicum, & vix contingere posse causum, quem supponunt Ricc. & Sous. scilicet, dari non posse Prælatum Ecclesiasticum, qui iuridice informare posset, cui nouissimè + respondet noster P. Auendañ. in dict. Thesaur. Indic. tit. 7. num. 14. ad medium, & in fin.

24 Et quamvis Sousa vbi proxime, num. 4. in fin. de præfata Iacobi Graffi sententia dubitet, ipse tamèn Sous. num. 2. quoad hoc, quod proxime dicebam, firmat hanc, & fundat conclusionem, ibi: Quando non est aditus ad Prælatum, qui iuridice se informare possit de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuetur, & est periculum, potest Iudex Sæcularis + informationem facere, ut Prælato præsentet, ut notauit P. Auendañ. vbi proxime. Aditum autem non + esse ad Prælatum intelligitur, quando vel adiri non potest, aut non vult remedium adhibere, cum in ordine ad hoc, verè non sit, optimè in puncto idem Auendañ.

dañ. *vbi suprà, tit. 2. num. 121.* & diximus cap. 46. num. 12. data namquè summa necessitate, & deficiente omni auxilio à iuris regulis + receditur, vt dicebamus, utimurque tantùm eis, quas dicta ratio dicitat cùm moderamine inculpatæ tutelæ, docent P. P. Molin. Suar. Azor. Dian. Delben. & alijs suprà cap. 46. num. 8. & seqq. Adde cap. *Ad Limina 7. 30. quæst. 1.* ibi: *Inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, cap. 1. 34. quæst. 1. cap. Quòd non 4. de regul. iur. cap. Sicùt 11. de consecrat. distinct. 1.* Velasc. de Iudic. perfect. rubric. 1. annot. 3. §. 3. num. 21.

Optimè hanc omnem materiam completitur, & defendit Gabr. à Sanct. Vincent, *vbi suprà, à num. 310.* docens, processum + incipere à citatione ex Iasson. & alijs in rubric. ff. de in ius vocand. & in leg. Postquam liti, Cod. de paet. (Barbos. in summ. decision. Apost. collectan. 608.) sive que processum + dici à procedendo; quia (inquit Gabriel) sic proceditur, vt prius fiat citatio; secundò litis contestatio; tertio probationes, & sic deinceps usque ad sententiam peremptoriam; & sic, qui simpli- cem capit informationem + contrà Clericum bac excommunicatione (19. Bullæ Cœnæ) non ligatur; cùm informatio + non sit processus, nèc processus inchoatio; quod maxime verum habet, quando dicta informatio fueret + secretò animo præsentandi illam Ecclesiastico Iudici, Graff. lib. 4. cap. 18. num. 149. Duard. hoc loco, quæst. 5. num. 2. hæc Gabriel. (adde Clem. Merlin. decis. 691. num. 10. illic: Extra iudicialiter procedi dicitur, vbi cessant citationes termini iudicij, & probationes, ex Rota in Calaguritan. Beneficij 28. Junij 1604. coram Penia, & 15. Februarij 1610. coram Ortembergo, & sub die 18. Maij 1620. coram bon. memor. Patr. Marzanedo) & tamèn + hic liber Romæ impressus est, Superiorum permisso, ann. 1661. apud hæredem Francisci Fœlicis Marcini, Sanctissimoque Alexandro Papæ VII. dicatus.

Quæ omnia, quoad nos, restè comprobant Regiæ Schedulæ, diuersis temporibus expeditæ, permittentes summarias + informationes recipi, certis in casibus, vt facta, & eventus Superioribus Ecclesiasticis, & Regi nostro nuntientur; nèc est credendum Supremum + Consilium, prefaras Regias Schedulas iteratò expedire faciens, errorem continuasse, minusque iustè procelisse, cap. Si quis iratus 5. ibi: Iterare, iuncta, gloss. 2. quæst. 3. leg. Si mulier 22. in fin. Cod. ad Senar. Consult. Velleian. facit, leg.

Hac consultissima 8. §. fin. in fin. Cod. qui testam. fac. posse, ibi: Tot oculis spectata, tot insinuata sensibus, tot insuper in tuto locata manibus, Carol. de Tapia in rubric. de constitut. Princip. cap. 2. num. 17. ibi: Error enim cadere non videtur, vbi actus reiteratur; hæc namquè reiteratio + actus delibera- 41 tionem præsumi facit, D. Salgad. de retent. Bullar. 1. part. cap. 3. §. 1. num. 77. D. Palafox in allegationib. por el Clero de la Puebla, allegat. 4. art. 4. num. 130. Onosander. lib. de Optimo Imperator. Carol. Scriban. institut. Politic. lib. 1. cap. 27. Victor. in relection. de Indis, num. 3. Ioan. Cochier. in Thesaur. aphor. Polit. lib. 2. cap. 23. in fin. in illis verbis: Præterquamquod conservantur consilia Principum, cùm sentiunt multis prudentibus, fideliterque suadentibus idem videri, Fr. Ioan de Sancta Maria de Republic. Christian. cap. 6. D. D. Didac. Altamiran. in Regio Castellæ Senatu meritissim. Fiscalis, en la defensa del Duque de Arschot. à num. 414. adde doctiss. Preceptor. nunquam sine elogio laudandum D. Retes. in relection. de donationib. cap. 12. de donat. Prælator. num. 31. illic: Non est credibile contrà iuri canonici sanctiones, & contrà tam strictam obligationem inde prouenientem Christianos Indices sèpè, immò semper pronuntiassè, ex Cassiodor. & alijs D. D. Francisc. de Valençuela, Fiscalis Protector Limens. in allegat. iur. contrà el gremio de Azogueros de Potosí, à princip. D. Loba- ton. nouiss. in discurs. sobre no auer obedecido el Arcobispo de Granada las Reales Cedulas, num. 7. not. 33.

In primis id expressè probat Regia Schedula 5. Junij 1565. tom. 2. impress. pag. 42. quatenus permittit in casu publico, scandalum continente, informationes summarias, + secretò tamèn recipi contrà Religiosos, vt per eas ipsorum Superior de excessu, & casu tali certioreretur; si tamèn hoc medio ab eo non fuerit emendatus, & corruptus delinquens, tunc Supremo India- rum Consilio per medias has informatio- nes, notum fieri, vt opportunum valeat adhiberi remedium. Hæc est Schedula.

EL REY. Presidente, y + Oidores de las nuestras Audiencias Reales de las 43 nuestras Indias, y Tierra-Firme del mar Oc- ceano, y à qualesquier nuestros Gouernadores, e otras Justicias dellos, y à cada uno, y qualquier de vos, à quien está mi Cedula fuere mostrada, ó su traslado signado de Es- crivano Publico. Sabed, que Nos somos in- formados, que vosotros algunas veces os en- tre-

tremeteis à hacer informaciones secretas contra Religiosos de lo que en esas Prouincias estan en mucha afrenta dellos, y daño de las Ordenes, lo qual deuiamos mandar cuitar por los inconuenientes que dello se podrian seguir. Y visto por los de nro stro Consejo de las Indias, queriendo proucer en ello, fue acordado, que deuia mandar dar esta mi cedula para vos, è yo tuvelo por bien; porque vos mando à todos, y à cada uno de vos, segun dicho es, que de aqui adelante no bagais informaciones publicas, ni secretas contra ningun Frayle de los que en esas partes estuieren.

44 Saluo, quando el caso fuere publico, y escandaloso, que en tal caso, permitimos, y tenemos por bien, que las podais hacer secretamente, y requerir al Provincial, ó Guardian, en cuya Prouincia estuiere el tal Religioso, que le castigue conforme al exceso que huiiere hecho; y no lo haziendo el tal Provincial, ó Guardian, demanera, que satisfaga al dicho escandalo, y exceso, vosotros embiareis al dicho nuestro Consejo de las Indias la informacion que huieredes hecho, para que en él se prouea lo que conuenga, y sea justicia; y los vnos, ni los otros no fagades, ni fagan ende al por alguna manera. Fecha en Madrid, &c. leg. 40. tit. 10. lib. 1. Summar. ad alium finem refert hanc Regiam Schedulam, D. Villarroel en el Gouiern. Ecclesiast. 2. part. quæs. 18. art. 3. num. 50.

45 Adde aliam 19. Aprilis 1583. à qua desumpta est, leg. 68. tit. 4. lib. 4. Summar. per hæc verba: Que sucediendo algunos alborotos entre Clerigos, y Religiosos conculpa notable, el Gouernador los embie à sus Prelados, con informacion del escandalo. Id ipsum supponit, leg. 60. tit. 14. lib. 2. Summ. ibi: Que quando las Audiencias declararen à alguno por Eſtrangero deſtos Reynos, le embien con el proceso al Consejo.

47 Sic etiam supponit idem Regia Schedula 11. Decembriſ 1613. in illis verbis: Porque disiendo à algunos de los nuestros Presidentes, ó Gouernadores, en conformidad de lo que está ordenado, libertar à los Indios de las continuas derramas, y contribuciones de dinero, especies, y seruicios personales, à que los obligan algunos Ministros Ecclesiasticos, que los doctrinan, y administran los Sacramentos, en que suelen ser grandes los excesos que se hacen, les parece es bien que conste dello por informaciones para darnos quenta de todo, embiandonoslas à que los Fiscales de nuestras Audiencias, como Protectores, ó los que lo son de los dichos Indios, salen pidiendo que se reciban. Y auiendo hecho algunas

en diferentes partes, se halla hazerse las dichas derramas con mucha libertad, y exorbitancia, sin que se ponga remedio alguno. Y alcançandolo à saber los Prelados de las Religiones, en lugar de proceder al castigo que merecen los que tal hacen, los ayudan, y amparan, buscando caminos, y medio para empatarlo todo, por dezir, no se puede hazer informacion contra ningun Ecclesiastico, &c. hanc refert D. Palafox in allegationib. iur. porel Clero de la Puebla, sobre las doctrinas, alleg. 3. num. 344. fol. 187. B.

48 Optima, & singularis ad plura Regia t Schedula 14. Augusti 1620. ad hanc nostram Regiam Cancellariam Argentinam missa, vt Religiosos Ordinum Sanctorum Benedicti, Hieronymi, Francisci de Paula, Carmeli, & Sanctissimæ Trinitatis, in his Regnis, & Prouincijs vagantes, ex eo, quod in eis Monasteria, & domos non habeant, in Hispaniam mittat, præcipue, si nulla Regia præcedente licentia, & facultate in hæc Regna venerint, ibi: Y notificareis al Religioso que las tuviere (licencias) que dentro de un breve termino se buelua à estos Reynos à residir en su Orden, y Conuento, proueyendo en orden à ello lo que os pareciere convenir; lo qual executareis con toda celeridad, y cuidado; adde leg. 20. tit. 10. lib. 1. Summ. D. Solorzano lib. 3. de Indiar. Gubernat. cap. 26. à num. 10. hæc quoad eos, qui licentiam, & facultatem habent; quoad eos verò, qui illis carent, vel quas exhibent, sunt suspectæ, ita prosequitur rescriptum: Y en lo que toca à los demás Religiosos, cuyas licencias, y recaudos fueren sospechosos, ó falsos, se los quitareis, y embiareis à mi Consejo de las Indias, y à ellos los embarcareis para estos Reynos, sin admitirles replica, excusa, ni dilacion alguna, por lo mucho que conviene, que la Republica, y Reynos se limpien de semejantes personas, y bareis diligencia (nóta hæc) para auerigar t en que forma, y con que costumbres han vivido, y en que se han ocupado, para que auiendo alguna cosa digna de castigo, se reforme como convenga, & paulò pòst ibi.

49 Os bueluo à mandar, y à encargar, que acudais con grande diligencia à saber, y entender, que Religiosos deſtos andan por effas partes, y sin que les valgan los medios, è intercessiones, de que siempre procuran apruecharse, limpian la tierra de gente tan perniciosa, escribiendome carta particular, distinta de todas las demás, en que me auiseis lo que en esto huieredes hecho, con testimonios & autenticos (nota) de cada caso en particular; y no os auéis de contentar con hazer notificar

al Religioso que huiere de venir, sino que
aueis de proveer ordenes tan efficaces, preci-
sas, y ciertas, &c.

Adde cap. 6. instructionum Proregum,
tom. I. impress. pag. 309. ibi: Me auisareis
muy particularmente, y con t' recados cier-
tos de la calidad, y circunstancias del caso,
loquitur de Clericis, Religiosis, & Prælatis
scandala, tumultus, & impedimenta circa
schedularum executionem causantibus,
Reg. Sched. 6. Junij 1655. ibi: Haziendo in-
timar esta orden a los Superiores de las Reli-
giones, para que por su parte executen, quæ
omnia t' actus iudiciales sapiunt. Audi nunc
optimam Regiam Schedulam 25. Octobris
1662. ad Regiam Quitensem Audientiam
missam, super competentijs, & differentijs
cum D. Episcopo, & eius officialibus ha-
bitis, que talis est.

EL R E Y. Presidente, y t' Oidores de mi
Audencia de la Ciudad de San Fran-
cisco en la Prouincia de Quito; con carta de
quinze de Enero del año passado de 1660. re-
mitis duplicado de lo que aueis escrito los an-
tecedentes, dando cuenta del poco afeto que
os tiene el Doctor Don Alonso de la Peña
Montenegro, Obispo de la Iglesia Catedral
dessa Ciudad, y las causas de que resulta, ju-
gando por la essencial el ser fomentado a ello
por el Doctor Don Domingo de Azebos, y
Guiana, su Prouisor, y referis los excesos, y
procedimientos dese sugeto, remitiendo las
informaciones, que fizisteis sobre ellos, y las
prouisiones que despachasteis, para que el di-
cho Obispo le sacasse dessa Prouincia, y sus
respuestas, y dezis lo que conuenia su execu-
cion, suplicando se prouea en todo del reme-
dio conueniente. Y auiendo visto en mi Con-
sejo de las Indias, con lo que sobre ello dixo mi
Fiscal en él, y escriuieron el Presidente Don
Pedro Vazquez de Velasco, y el dicho Obispo,
y diferentes Ministros, Religiones, y per-
sonas dessa Ciudad, y lo que pidió el dicho
Prouisor Don Domingo de Azebos, y los de-
mas autos, y papeles tocantes a la materia,
se ha acordado dar la presente, por la qual
54 doy por nulas las informaciones t' referidas
de los procedimientos del dicho Prouisor. Y
se os aduiere, que el modo de auerlas recibido,
y en las prouisiones que fizisteis despachar so-
bre su salida dessa Prouincia, excedisteis de lo
que os es permitido por derecho, y cedulas
mias, dadas en orden a escriuir sobre los pro-
cedimientos de Ecclesiasticos con gran riesgo, y
conocido peligro de auer incurrido en la ex-
comunion de la Bula in Cœna Domini;
55 pues pudiendo t' solamente en casos de escan-

dalo, y perturbacion de la quietud, y paz pu-
blica hazer proceso informativo, sin pedi-
mento, t' ni querella de parte, para darmel 56
quenta t' dello, y al Juez Ecclesiastico, y los 57
demas efectos establecidos por derecho, y las
dichas cedulas, passasteis a recibir las dichas
informaciones en la forma que se fizieron, y
a encargar al Obispo sacasse dessa Prouincia al
dicho Prouisor, sin entregarle las causas que
se auian hecho, como t' lo deuistéis hazer, aun 58
en caso que huieredes podido proceder en la
conformidad quelo executasteis; y assi lo ten-
dreis entendido para los que adelante se ofre-
cieren, para conteneros en los limites de vuestra
jurisdicion, sin exceder de lo que por de-
recho, y las dichas cedulas està dispuesto, yos
toca. Fecha, &c.

Est etiā apud Nos, optima obserua-
tio, & doctrina nostri P. Did. Auendañ. in
Thesaur. Indic. tit. 7. num. 14. vbi latè fundat, Commendatarium, omnino laicum t' 59
in ordine ad bonum spirituale Indorum suè
Commendæ inquisitionem, vel informatio-
nem circà Parochos eiusdem, prorsus ta-
mèn extrajudiciale, Tabellionis fide val-
latam, & testium dicta scripto excipi, etiā
iuramento firmata, ad informandum Epis-
copum, & Prælatum facere posse; vbi etiā
firmare videtur, contrà P. Dianam, quem
refert, Iudicis authoritate roborari posse,
quando aditus ad Prælatum non datur faci-
lis; hæc sunt P. Auendañ. verba.

Constat ergo t' ex dictis, Commendatarios 60
in ordine ad bonum spirituale Indorum suè
Commendæ inquisitionem circà Parochos om-
nino extrajudiciale facere posse; Iudicialis
enim non licet ex defectu iurisdictionis, &
erit illa contrà Ecclesiasticam immunitatem;
non effet tamen talis, si in ordine ad informan-
dum Episcopum aliquorum dicta scripto exci-
perentur, etiā si firmata iuramento, quid
iudiciale t' non est quod Iudicis autoritate 61
non fit, ut ex nomine ipso liquet, & est re-
cepta doctrina. Unde, & si Tabellionis fides
talem informationem roborarit, idem etiā di-
cendum, quid Tabellio non est Iudex, & ea
etiā, quæ iudicilia non sunt, sua potest
attestatione firmare, ut passim accidit in te-
stamentis, donationibus, contractibus, &
alijs.

An autem ad hoc t' possit authoritas Iu- 62
dicis interponi, communis questio est de qua
post alios Dian. 1. part. tract. 2. resolut. 53.
& part. 3. tract. 1. resolut. 52. vbi pro utra-
que parte Autores congerit, & licet pro ne-
gativa sit, oppositam non iudicat esse im-
probabilem; & quidem Doctores illam re-
nentes, vt sunt, & tantæ authoritatis,

merito debeat satis probabilis indicari. Pro casu autem nostro fauet aperte Sousa in Bullam Cœne, disputation. 95. numer. 3. vli ait: quod quando non est aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare posse de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuatur, est periculum in mora, potest Index Sæcularis informationem facere, ut Prælato præsentet, non vero in alijs casibus.

Quam doctrinam, ait Diana resolution. 53. valde esse notandam à Iudicibus Laicis, cùmque resolution. 52. citata similem, aut potius eandem ex Riccio afferat in prax. tom. 4. resolution. 460. numer. 5. sic concludit. Sed ego non puto recedendum esse à nostra sententia, quia tales casus sunt metaphysicè, & moraliter vix possunt accidere, sic ille cuius admonitio ad Indices Laicos nullius t momenti redditur, quandoquidem, non est valde notandum, quod moraliter accidere non potest.

Quod ergo prius, ut omnino verosimile proposuerat, postea videtur, non ita probasse, sed certè, si quando id accidat, quod vix moraliter accidere posse pronuntias, doctrinam talem Iudicem Laicum amplecti posse, videtur tandem affirmare. Quam, & generalius amplectitur Pat. Læsius in resolution. posthumis, verbo Iupex, cas. 2.

Non esse autem moraliter improbabile in Indijs, comprobatur, & in casu, t de quo loquimur passim accidit; propter distan-
tiam enim, & alias circumstantias diffi-
cillimum sepius est Episcopos circa modum
agendi Parochorum pleniū informari. Hæc
Pat. Auendañ.

Adverte tamè lapsum t ipsius, eo in loco; quatenus dicit Pat. Diana diit. resolution. 53. asseruisse, ob- servandum esse, & notandum à Iudicibus Laicis, quod ex Sousa retulerat, per illa verba, ibi: Quod quando non est aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare posse de facto cri- minali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuatur, est periculum in mora, potest Index Sæcularis informationem facere, ut Prælato præsentet, non vero in alijs casibus.

Non enim Sousæ verba referens Pat. Diana, hæc, quæ relata sunt, & senten-
tiā ex eis deductam, dixit, à Iudicibus Laicis.

Tom. I.

cis observandam, & notandam; vt minùs recte credidit noster P. Auend. sed eam, quæ continetur in alijs ipsius posterioribus verbis, quæ ita se habent: Quando t igitur in aliquo facto cri- minali Ecclesiastici, & Sæculares sì- mul concurrunt, eantibus Index Sæcula- ris poterit circa Ecclesiasticos testimonia dīcta recipere, quatenus id ad proceden- dum contrà Laicos necessarium fuerit, alia ab hac censura illum non excusa- rem. Informationem tamè verbaliter, ut Prælato denuntiet, non vero judicialiter accipere, existimo non probiberi hoc loco: Hæc Sousa; quibus relati- sis, ait Pat. Diana, hæc esse verba valde notanda à Iudicibus Laicis; non ea, quæ primo retulimus. Igitur ar- gumentatio, & illationes à nostro Pat. Auendañ. factæ, huic loco non conve- niunt.

Igitur ex hucvsquè traditis in hac quaftione authoritatibus, & doctri- nis, t recte perpensis, manifestè ex sententia Doctorum Ecclesiasticorum, Iacobi de Graff. Antonij Soufæ, Ma- rij Alterij, Leonard. Duard. Aloys. Ricc. Dom. Villarroel, & Pat. Auendañ. apparet (interim omissis tot Re- gis Schedulis, & Doctoribus Laicis) extrà Indiarum Regna Principi- bus Sæcularibus, & alijs Superiori- bus Laicis, licere, immò teneri ali- quandò eos, summarias recipere in- formationes, ut Prælato, & alijs Superiori Ecclesiastico, aut etiàm Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sædi, de causa, & motiuis expulsionem sua- dentibus, & cogentibus liqueat, ma- xime cum id processare non sit, vt notarunt Duard. Dom. Dom. Solor- zan. & Villarroel, & alijs suprà, nec quid iudiciale dicitur, cum etiàm finē Iudice fiat, vt probauit Pater Auendaño in personam Commendata- rij.

Si ergò id Commendatario conce- ditur in ordine ad finem spiritua- lem; cur hoc ipsum t Principi Do- mino territorij, & Regni, & Senatui ip- sius, permitti non debeat in ordine ad eundem finem? Considerata ea summa- ria informatione, tanquam facta à non Iudice; sed à Potestate, & Superio- re extraordinariè, defensiue, & extraiu- dicialiter procedente, vel scribente, vt

li

pro-

proceditur in his casibus. Sanè hoc omne consequens esse videtur , suppositis, & attentis authoritatibus , & Doctoribus iàm traditis.

Quoàd Nos , alia concurrere videntur , quæ probabiliorem , & saniorrem hanc reddunt praxim , & materiam ; tùm t Regia scilicet Rescripta , suprà tradita , quæ Magistratibus, & alijs eam permittunt , in casibus , de quibus ipsa loquuntur ; vndè iustè procedere videntur ex legis potestate , & authoritate , de cuius vi , iustitia , & meritis , nobis non licet dubitare , aut disputare , dixi supra cap. 29. à numer. 35. tùm etiàm aliud altius t principium , ex quo illa Rescripta dimana-
re , vim , ac robur accipere videntur; nempè facultas , potestas , & authoritas illa maxima , Regibus nostris Castelle indulta à Sancta Romana , & Apostolica Sede , præcipue in Bulla Alexandri Sexti , de qua sèpiùs actum est , maximè capit. 25. per quam in ordine ad spirituale , Fideique nostrè Catholice propagationem , augmentum , & stabilitamentum , in his Indiarum Occidentalium partibus , sunt veluti Sancte Sedis Delegati constituti ; vt ex alijs , rectè adverdit noster Pat. Auendañ. in Thesaur. Indic. titul. 1. numer. 159. titul. 2. numer. 126. titul. 4. numer. 100. & ceteri relati supra cap. dict. 25. num.

4. in specie Dom. Villarroel. dict. art. 3. num. 47.

Ergò quotiès ex casibus Ecclesiasticorum electionem suadentibus , & impellentibus , finis ille , principaliter toties à Sancta Romana Ecclesia commendatus , desideratus , & in iunctus , impeditur , differtur , aut quoquis modo excluditur ; vt id Summo Pontifici , & Catholico Regi nostro , ex commissione , & Apostolica facultate operanti , posset liquere , rectè ex vi talis commissionis , & authoritatis , poterit summaria recipi informatio , quin Ecclesiastice immunitati generetur preiudicium; quoniàm quotiès t Rex , vel alias , ex 72 privilegio procedit Apostolico , libertatem non lèdit Ecclesiasticam , Bañez 2. 2. question. 63. articul. 1. dub. 2. conclusion. 2. Pat. Suarez adversus Regem Angliæ , libr. 4. cap. 34. à numer. 27. Menochio de retinend. possession. remed. 3. numer. 353. Pat. Baldell. Theolog. Moral. libr. 5. disputation. 40. numer. 11. Pat. Diana 1. part. Moral. tractat. 2. resolution. 6. per toram , Frat. Ioann. de la Cruz in director. conscient. 1. part. præcept. 8. question. 3. articul. 1. dub. 1. conclusion. 3. Dom. Salced. de leg. Politic. libr. 2. cap. 12. numer. 19.





S V M M A R I V M.



- 1 **C**asus huius questionis in indiano disputatus non invenitur apud Doctores.
- 2 In Cancellaria Guatimalensi accidit; sed decisione caruit, ut traditur cap. seq.n.75.
- 3 Ad Principem spectat restituere ad honores, & pristinum statum sententiam passos.
- 4 Peccata remittere est supra legem, ideo soli Principi competit.
- 5 Restitutio est duplex; alia per viam gratiae; alia per viam iustitiae.
- 6 Indice Cancellarie nequeunt per viam gratiae exules restituere.
- 7 Exemptus à Regno expulsus, dicitur exul, & exilium pati.
- 8 Iuquishores possunt exilio, & temporalitatum pœna animaduerti.
- 9 Titulus, ff. & Codic. de sentent. pass. procedit in restitutione gratiosa.
- 10 Apud Nos extat Ordinatio prohibens, exules reuocari posse.
- 11 Barones, & Domini vassallorum non possunt ab exilio reuocare damnos.
- 12 Neque etiam possunt Ciuitas, & Commissarius habens autoritatem condendi statuta.
- 13 Limita, nisi Ciuitas habeat iura Imperij.
- 14 Quod procedit in exilio perpetuo, vel etiam temporali, antè finitum tempus.
- 15 Exilium potest esse perpetuum, vel temporale.
- 16 Mastrillus se defendit ab impugnatione Fontanellæ.
- 17 Exilij verbum, Quid importet, & ad quæ se extendat; remissione.
- 18 Exilij perpetui pœna sucescit in locum deportationis.
- 19 Deportatio vero in locum aquæ, & ignis interdictionis.

Tom. I.

- 20 Dammati nostri temporis non aequi- parantur deportatis.
- 21 Hodie ingenuus nullus fit seruus pœnae.
- 22 Exilij pœna, an sit corporalis, an capitalis, & nam. 23.
- 24 Apud nos non est corporalis.
- 25 Consideratur media inter corporalem, & pecuniariam.
- 26 Non est corporis afflictua.
- 27 Adeam potest Index procedere ex pro- cessu informativo.
- 28 Ex nomine exilij, usurpatur hodie exiliandi verbum.
- 29 Exulatus debet à Ciuitate absti- nere, licet in sententia contentum non sit.
- 30 Similiter à Curia Regia, & loca vbi Principis residet.
- 31 Quod procedit, licet in sententia contrarium dictum fuerit.
- 32 Ita etiam exulatus intelligitur à lo- cis, vbi Prorex, Regia Audientia, & sigillum Regium sunt.
- 33 Senatus nostri decisio in specie tradi- tur.
- 34 Archabasios, seu scoplos parvos, vulgo, Pistolas, domi, vel secum ha- bere, nemini licet.
- 35 Curiae nomen quid complectatur.
- 36 Exulatus à Curia Matritensi des- bet abstinere ab Oppidis de Alca- la, & Illescas, y sus jurisdicio- nes.
- 37 Exulatus à loco delicti excluditur etiam à propria patria.
- 38 Exilium propriè dicitur expulso à propria patria.
- 39 Expulso à propria patria dici- tur grauis, ac durissima pœ- na.
- 40 Cuilibet est propria patria dulcissi- ma, & charissima.
- 41 Exulatus à patria, & ab eius territorio eliminatus intelligi- tur.
- 42 Potest tamè illac iterfaciens tran- sire, cum sit quid momenta- neum.
- 43 Actus momentaneus in pœnalibus non punitur.
- 44 Accedens ad locum prohibitum non punitur, nisi capiatur.
- 45 Similiter non punitur ad eum vio- lentè ductus.
- 46 Iudei ad Regnum Neapolitanum, & Ii 2 alia

- alii Regis nostri sine pœna, non accedunt, & n.47.
 48 Si tempestatis vi accesserint, an eam incurant, & numer. 49. 50.
 51.
 52 Exilium non frangit, qui intrat Ecclesiam, in loco prohibito sitam.
 53 Ecclesia non dicitur de territorio Ciuitatis, ubi sita est. Alij contraria, & num. 55. traditur intelligentia, num. 56.
 54 Accedens ad suburbia Ciuitatis prohibita, an incidat in pœnam?
 57 Ecclesiæ sunt de territorio quantum ad protectionem; non quantum ad impugnationem ex Baldo.
 58 Exulatus à territorio, etiam à mari adiacente exclusus est.
 59 Mare est eiusdem iurisdictionis, cuius est territorium; licet alijs contrarium innuere videantur, & num. 60.
 61 Exulatus ad certum tempus, eo fine potest sine licentia ad locum redire, & num. 62.
 63 Regressus admittitur ad pristinum statum, & antiquam Dignitatem, & num. 64.
 65 Non verò ad nouam, nisi tanto tempore elapso, quanto exulauit.
 66 Suspensione pendente, ad alind officium promoueri nequit officialis.
 67 Stipendijs tamèn debitibus pro officio Politico interim fruitur.
 68 Exulatus, vel bannitus in perpetuum salario etiam priuantur.
- 69 Restitutus ex gratia non recuperat primum locum. Secùs si ex iustitia, & num. 71.
 70 Dicitur nouus homo, quando deportationis pœnam, vel similem passus fuerat.
 72 Restitutus annum legatum recuperat, poteritque alimenta præterita petere, & num. 73.
 74 Carceratio, an & quando in exilio temporalis pœnam impunetur.
 75 Apud Nos ab exercitio suspensus, si ne Regis licentia non admittitur ad illud finito suspensionis tempore ex Regio Rescripto.
 76 Rescripti Regij verba referuntur.
 78 Neapolitana decisio ex Regente Moles in specie affertur.
 79 Exulatus temporaliter sine præfinitione temporis ad decennium exular.
 80 Absolutè verò damnatus in exilium, perpetuò, ac præcisè exulatus intelligitur, & num. 81.
 82 Relegatus in Insulam, Insula non assignata, potest sibi eligere, quam maller.
 83 Index non potest relegare, & confinare, ad locum sibi non subiectum; contrarium servat consuetudo, & num. 88.
 84 Damnatus ad triremes debet servire in proprijs, non alienis.
 85 Episcopus potest subditum suum ad alienam Diœcesim relegare, ex Diœcesani licentia.
 86 Bannum extra territorium bannientis non ligat, & num. 87.

(†)(†)(†)



ARGUMENTVM.

Exemptus à Regno per Senatum Regium electus, àn possit ab eodem, inconsulto Principe, restitui? Vbi plura referuntur de Exilio.

CAP. XLIX.

HAnc questionem in Regio Goathemalensi Senatu, acriter disceptatam vidimus, die 3. Martij 1664. in casu, quem retulimus *suprà cap. 44. numer. 2.* & licet diligentè, apud Doctores, speciem hanc disputatam invenire curauerim; nullum sane reperire potui, qui in individuo eam tetigerit.

Ergò D. Episcopi Fondurensis facta expulsione, aliquo iam decurso tempore t accidit, per medianam procuratoris personam, ipsum ad Regiam Cancellariam supplicem accessisse, restitutionem ad Dicecsem, & Episcopatum integraliter supplicantem; omnìa à se, vsquedùm acta, & executioni mandata, in perniciem, ac damnum iurisdictionis Regiæ, & Regaliarum, penitus reponere, & cassare promitem, modo, & forma in diplomatibus, seu prouisionibus Regijs expeditis, contentis, & expressis; dubitare contigit, & rectè in Senatu circa petitam restitucionem.

Concessa itaqùe parti, simulque Nobis præfatæ supplicationis copia; solita veneratione, deductum, & allegatum fuit, Senatui Regio ius non esse, de hac re amplius cognoscere; quoniā sententiam passos, & per eam inhabiles factos, & pronuntiatos, ad honores, & dignitates restituere, priuatiuē t ad Supremam Principis Maiestatem, & personam spectat, ex magna sibi reservata Regalia, l. 1. §. fin. ff. de quæstion. ibi: Sed Praes Trouincia eum, quem damnauit restituere non potest; cùm nèc pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Quid igitur Principi eum scribere oportet, si quando ei eius, qui nocens videbatur, postea ratio innocentiae constiterit: l. Relegati 4. in fin. illic: Et nemo potest comeatum, remeatum v dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa, l. Diui 27. in fin. vel in integrum, ait Callistratus, restitutio concessa; sed id duntaxat à Principibus fieri potest; l. Ad bestias 31. §. 1.

Tom.I.

ff. de pœn. Barthol. in l. Non omnis, §. Qui transfugit, ff. de re militari. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 5. titul. 2. à num. 2. & 9. & lib. 4. tit. 8. num. 21. Arniseus lib. 1. Politic. cap. 15. Nathen de iustit. vulnerat. 1. p. tit. 3. cap. 14. num. 2. Camill. Borrell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 28. à num. 3. & 8. Petr. Surd. consil. 199. num. 22. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 5. num. 17. Iul. Clar. §. fin. quæst. 59. nam. 2. nouiss. Steph. Nathen. de iustit. vulnerat. 1. part. tit. 3. cap. 14. num. 2. Marc. Anton. Surgent. de Neapol. illustrat. lib. 1. cap. 15. nu. 28. Cacheran. decis. 101. à num. 1. vbi num. 4. ait, remittere peccata t esse suprà legem, ideò solum Principem posse id facere, Carleual. de Iudic. tit. 1. disput. 2. num. 142. & alij, quoàd Proreges. Vide l. 32. & seq. titul. 3. lib. 4. Summar. In Romana dictione est Bulla Pauli Papæ II, quæ incipit. Munera excœcare, pag. 398. tom. 1. Bullar. & habet §. 4. hoc: Insupèr prohibemus, nè aliquos reos Capitalium, aut exales, bannitos, & diffamatos sub pœna capititis, absoluere, restituere, aut à poena liberare audeant, sine Romani Pontificis licentia speciali. Adde Dom. Vega in capit. Atsi Clerici 4. §. De adulterijs de Iudic. à num. 76. Dom. Solorzan. de Indiar. Gubern. lib. 4. cap. 1. num. 46. Gomez de Leon in centur. decis. 48. Fulv. Constant. ad titul. Cod. de Clasic. num. 48. in fin. amiciss. D. Baeza in allegation. contra Gaspar Salcedo, num. 226. & 231. iunct. Diu. Antonin. 3. part. titul. 9. cap. 2. §. 5. & tit. 29. cap. 1. Caietan. in Summ. verb. Iudicis peccata, P. Molin. de iustit. tractat. 4. disput. 48. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 7. D. Castill. de tert. cap. 41. a nu. 147. P. Dian. 6. p. Moral. tract. 6. resol. 1.

Ad quòd tamèr rectè intelligendum, ob servare oportet; restitucionem t in cōmu ni, esse duplē, aliam, quæ indulgeri solet per viam gratiæ; & aliam, quæ ex iustitia conceditur; vt latè videre licet per Andr. Gail. de pac. public. lib. 2. observat. 19. Dom. Couarrub. variar. lib. 1. cap. 3. vbi amicus noster Dom. Faria num. 1. & seqq. Eman.

Acosta in l. Gallus 29. §. Et quid si tantum, part. 2. à num. 42. ff. de liver. & posth. Sarmient. lib. 5. selectar. in dict. §. Et quid si tantum, à num. 62. Petr. Surd. cons. 199. num. 24. Francisc. Burfat. cons. 54. numer. 23. Francisc. de Pont. cons. 69. numer. 30. Henric. Rosenthal de feud. cap. 10. concl. 38. num. 80. Peregrin. dict. titul. 2. numer. 62. Fontanell. de paet. nuptial. claus. 4. gloss. 12. num. 91. & claus. 7. gloss. 3. part. 2. numer. 13. & dict. 215. in jin. Giurb. cons. 44. num. 55. Griuell. dict. 7. à num. 1. Sed neutrō modō potest eam concedere Senatus in hoc casu. Ergo. &c.

Non quidē potest per viam gratiæ restituere & exulem (alis equidē considerari, & appellari poterit exemptus, à Regno per Senatum & ciectus, ut per se patet; & exprimit bene Regia Schedula 18. May 1657. de qua egimus supr. cap. 46. numer. 31. illuc: Y en la o upacion de temporalidades, proceder, no solo a la de la jurisdiccion, si no a la de los demás bieues temporales, assi patrimoniales, como de Prebendas, Beneficios, y Dezimas. Y assíme no os podeis valer del exilio, y demás compulsiones, &c. adde D. Crespi obseruat. 3. num. 34. ibi: Inquisidores possunt exilio, & temporalitatum occupatione animaduerti) quiā hoc Supremo tantum Princi competit, ut supr. ex dict. l. 1. §. fin. ff. de question. & alijs dixi, de hac gratiola restitutione, & reintegratione loquitur & titulus, ff. & Cod. de sentent. pass. & restitut. Bossi. in prax. titul. Si aduers. rem iudicat. num. 25. Rub. consil. 50. Sarmient. num. 66. Giurb. numer. 56. Borrell. à num. 1. Surd. & Carleual. cum alijs, vbi supr. Caball. resolut. crimin. cent. 2. cas. 174. à num. 1. Griuell. dict. dict. de cis. 7. n. 5.

Apud Nos extat & ordinat. 12. anni 1563. que est, l. 130. titul. 14. lib. 2. Summar. hoc ipsum decidens, per hęc verba: Que las Audiencias no algen desti. rros, &c. concordat l. 15. titul. 5. lib. 2. Recopilat. facit. l. 16. titul. 15. eodem libr. 2. Summar. Que los Presidente, inquit, no comuten desti. rros, sin mostrar en el Audiencia poder para ello; iunctis Ioann. Francisc. Capiblanc. de Baronib. pragmat. 6. numer. 170. & Ioann. Mar. Nouar. de grauam. Vassallor. grauam. 391. num. fin. tom. 1. qui docent, Barones & non posse licentiam commeatius concedere, etiā modici temporis, neque guidare, vel ab exilio reuocare exiliatos. Adde conciuem nostrum D. Hieronym. Oliues ad leges Sardi. i.e. & Cartan de Ligni, cap. 6. à n. 13. & cap. 9. n.

14. Barthol. Bald. Farinac. Mastrill. & alios apud D. Crespi, obser. 5. à n. 144. Ita etiā Civitas, vel Commissarius habens authoritatem & condendi statuta in magnis negotijs, inconsulto Principe, sine eius assencion potest reuocare bannitos, Salicet. in l. Cūm indulgentia, Cod. de sentent. pass. Peregrin. dict. titul. 2. num. 9. nisi Civitas & habeat iura Imperij, Cacheran. & Boirell. n. 8. vbi supr. Bull. In regendis, §. 7. tom. 3. Bullar. pag. 19.

Quod accipiendum est, nedū quādō & exilium fuit perpetuum; sed etiā licet tempore sit; durat tamē tempus pro quo fuit iniunctum exilium: Ergo hoc (aliqua de exilio praesenti capite percurramus) potest esse & tempore, vel perpetuum, pro qualitate delictorum, l. Ad cognitionem 13. ff. quibz ex caus. in poss. earur. l. 4. in fin. ff. de interdict. & relegat. l. fin. ff. de iureiur. & larè fundant Fontanell. dict. claus. 4. gloss. 14. à num. 65. D. Leo decis. 101. à num. 8. Brisson. de verbos. signific. verb. Exilium, Mastrill. decis. 38. à numer. 10. & de Magistratib. lit. 4. cap. 16. num. 160. Vbi se defendit & ab impugnatione Fontanellę, qui ilium hallucinatum tuisse asseuerauerat. Quid autē importet verbum, Exilium, & ad quae se & extendet, tradunt latē pōst l. Exilium 5. ff. de interdict. & relegat. Duaren. lib. 1. disput. cap. 37. Ioann. Robert. Aurel. libr. 4. sententiar. cap. 11. Prosper. Carauit. super pragmat. 4. de fals. num. 167. Mar. Mut. ad capita Regis Alphonsi Sicil. tom. 5. cap. 442. num. 3. Melch. Phœb. decis. 108. à numer. 28. Franch. decis. 116. vbi Addentes, Carol. de Tap. decis. Sacr. Consil. 10. per tot. Fontanell. & ab eo laudati, vbi proxime, Guazin. de defens. reor. defens. 33. cap. 27. pōst num. 24. Capic. Latr. decis. 168. num. 3. & decis. 177. à n. 25. & consult. 53. à n. 18. Ricc. Collectan. 289. D. D. Raph. Vilosa, in Supremo Aragonum Conilio dignissimus, ac doctissimus Regens, intractat. vtiliss. de fugitiu. cap. 1. à princip. D. Nicol. Anton. de Exilio, & iurib. exulum, à princ. amantissimus, ac dissertissimus Preceptor meus, D. D. Ioseph. Fernandez de Retes de interdict. & relegat. lib. 2. in dict. l. Exilium, adde lib. 1. sententiar. Ciceronis, Verbo. Exilium, num. 8. pag. mihi 127. Annotationes in Linium, lib. 25. verb. Videri enim in exilio esse, Plutarch. de Exilio, tom. 1. pagin. 604. & seqq. Hanc pœnam primus ex cogitauit Tarquinius Superbus, Paul. Diacon. lib. 1. Histor. in Tarquino Superbo.

18. Perpetui exilij poena, ut interim hoc ad-
uertamus, in locum t deportationis suc-
cessit, Farinac. in praxi, quæst. 19. num. 3.
Alexand. Raudens. de analog. lib. 1. cap. 15.
a num. 227. Ciriac. controvers. 355. num.
13. Fontanell. dict. gloss. 14. num. 67. Cu-
fac. lib. 6. obseruat. cap. 39. cum alijs, &
ita apud Nos dicitur. Destierro para siem-
pre, in leg. 10. tit. 10. part. 5. & in leg. 4. tit.
3. part. 6. vbi D. Gregor. Lop.

19. Deportatio vero succedit in locum t
aque, & ignis interdictionis, ut aperte do-
cent iura in leg. 3. ff. ad leg. Iul. peculat.
leg. 2. §. 1. ff. de pœn. leg. pen. §. fin. ff. de
var. & extraordin. cognit. leg. 1. §. Iij quibus,
ff. de legat. 3. Cuiac. Annotation. in Li-
uum, & alij supra D. Retes lib. 3. de inter-
dict. & relegat. excurs. 1. in fin. Prosper.
Randel. de vino, & Vndein. tractat. de vi-
nor. generib. sect. 3. pag. 88. vers. Aquæ
verò potus; non tamèn damnati nostri tem-
poris, licet perpetuum incurvant exilium,
deportatis t equiparantur; cùm nemo in-
genius natus, t pœnæ seruus fiat, Auth.
Sed hodiè, Cod. de donat. intèr, leg. 4. Tau-
ri, quæ est leg. 3. tit. 4. lib. 5. Recop. notant
Anton. Gomez. variar. part. 1. cap. 10. nu-
mer. 29. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. tit.
6. num. 47. & tit. 7. num. 8. & fin. Maxi-
milian. Faust. in consil. pro ærario, class. 9.
consil. 17. ordin. 735. in fin. Mantic. decis.
241. à num. 3. Angel. de Gambilionibus
apud Zilet. consil. 70. num. 1. & 43. Ale-
xand. de Tartaginis consil. 90. num. 3. 16.
& 22. & Benedict. de Barzis consil. 91.
num. 32. tom. 1. Baptist. Nellus apud eun-
dem consil. 47. num. 3. tom. 2. Camill. de
Medic. consil. 69. num. 14. & ex Rota in
Lucana successionis 1. Februarij 1630. co-
ràm Dunozeto sub decis. 346. part. 5. re-
cent. & in eadem 21. Junij 1630. coràm Chi-
silio, docet nouiss. Vermigliol. consil.
108. num. penult. & consil. 469. num. 4.
Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 6. num. 15.
ex D. Molin. de primog. lib. 4. cap. 11. num.
21. Ossuald. ad Donell. lib. 6. cap. 16. lit.
L. & Don Nicol. Anton. lib. 2. de exilio,
cap. 23. à num. 15. doctiss. Preceptor D.
Retes lib. singul. de donat. intèr cap. 8. sub
num. 12. Sim. Groeneueg. de legib. abro-
gat. in rubric. ff. de interdict. & relegat.

An autem exilij poena sit corporalis,
vel non, querunt passim Doctores Bossi. in
prax. tit. de carcerat. fideiuss. commit. num.
22. 7. ait t esse corporalem, ex leg. 2. ff. de
public. Iudic. hoc ipsum sequi videntur Fa-
rinac. de carcerib. & carcerat. quæst. 33. à
num. 54. Cabell. resolut. criminal. cas. 146.

num. 14. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst.
80. num. 131. Mar. Muta ad pragmat. Regn.
Sicil. tom. 1. tit. 2. de offic. Mag. Reg. Cur.
pragmat. 12. num. 9. Immò esse t capitalem 23
poenam, docent Barth. in leg. Imperium, nu-
mer. 10. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Farinac.
de delict. & pœn. quæst. 19. num. 17. Ma-
strill. dict. decis. 38. num. 10. & 14. Me-
noch. vbi proxime, num. 94. Monald. con-
sil. 75. num. 13. vol. 2. Giurb. consil. 49. nu-
mer. 21. D. Leo dict. decis. 101. à num. 8. Bar-
nab. Cornazan. decis. 197. doctiss. Gregor.
Xuloe in discurs. iur. à favor de la Ciudad de
Valencia, contra los oficiales de su Tabla, à nu-
mer. 74. facit benè leg. Licet 108. ff. de ver-
bor. signific. (ad quam videndus Magnus
Præceptor meus D. Retes lib. 2. de interdict.
& relegat. in leg. Cùm Vlpianus 16. eod. &
nouissimè lib. 3. excurs. 2. à num. 2. 19. 21.
cum seqq.) cum alijs, Hieronym. de Laurent.
decis. Auendañ 114. num. 4.

Apud Nos verò t non est corporalis 24
pœna secundùm textum in leg. 2. in princ.
tit. 19. lib. 8. Recopil. illic: No ha de llevar
 pena corporal, sino de marco, y destierro, no-
tant Gutierr. de delict. cap. 70. num. 6. Car-
leval. de Iudic. tit. 1. disput. 2. num. 751. in
fin. D. Salced. de leg. Politic. lib. 1. cap. 10.
num. 39.

Ergò veiè dici posse videtur, exilij
temporalis pœnam esse medio loco collo-
catam, t intèr corporales, & pecunarias 25
pœnas, vt benè notarunt Menoch. dict.
quæst. 80. sub num. 87. & seq. & Caball.
dict. cas. 146. num. 16. Giurb. vbi suprà, vn-
de rectè dixerunt, ex his, Aluar. Valasc.
consult. 48. num. 4. in fin. Caball. dict. nu-
mer. 16. Giurb. Cancer. 3. part. variar.
cap. 5. num. 20. & cap. 17. num. 167. exi-
lium non t esse pœnam corporis afflicti- 26
uam; Ad quam tamèn potest procedere
Iudex t ex solo processu informatio, se-
cundùm Ioan. Francisc. del Castillo decis.
160. num. 7. pars. 2. relatum ab Elisœo
Dança vbi infrà, tit. de exilio, num. 57. Ca-
piblanc. de Baronib. pragm. 7. num. 26.

Similitè disputari, & inquiri solet, àn
exulatus (aduerte obiter, ex exilio nomine,
vsurpari t coepisse exiliandi, verbum, vt ex 28
Federic. Limembrogio, & alijs, nouissimè
notauit sapientissimus Præceptor D.
Retes in nouiss. additionib. ad lib. 1. cap. 1.
de interd. & relegat. post num. 1.) abstine
debeat à Ciuitate, licet id in sententia
comprehensum non sit, & abstinere t de-
bere, docent communiter Doctores, vt vi-
dere licet apud Carol. de Tapia adiut. Regi-
ni, tom. 5. tit. derelegat. pragm. 1. à num.
6.

6. quem sequitur Ioan. Baptist. Thor. 3. part. compend. decision. verbo Exulatus, D. Crespi obseruat. 5. num. 141. & obseruat. 15. num. 117. Dança vbi infra, à numer. 24. & tom. 2. tit. de armat. per Campan. cap. 7. num. 7. & alios infra.

Ità etià exulatus abstinere debet omnino à Curia Regia, & loco, vbi Princeps 30. residet; hoc namquè t sempèr in sententia subintelligitur comprehensum, leg. Relegatus 19. & fin. ff. de interdict. & relegat. leg. fin. Cod. si seru. exportand. ven. vbi Barbos. & de offic. & potest. Episcop. 3. part. allegat. 57. num. 128. & de pensionib. 1. part. quæst. 6. num. 57. in fin. Scip. Rouit. ad pragm. Regn. tit. de conrumacib. à num. 8. Francisc. Marc. decis. 359. part. 1. D. Retes vbi suprà, lib. 2. in leg. Relegatorum 7. §. Interdicere in fin. & in dict. leg. Relegatus in nou. addit. vbi refert illustris. ac sempèr venerand. D. Ramos in supplicat. pro Episcopatib. Lusitanæ proposit. 2. num. 96. Don Nicol. Anton. de exilio, lib. 1. cap. 13. & num. 29. D. Crespi vbi suprà; immò, licet in sententia contrarium t dictum sit, nempè, 31. vt morari liceret in Curia, & loco vbi Princeps residet, non erat admittendum, vt inferri videtur ex proximè traditis, iunctis Parlador. different. 10. per totam, & à num. 17. D. Valençuel. consil. 200. num. 15. Guazin. dict. defens. 33. cap. 27. num. 20. Scobar de Pontific. & Reg. iurisdict. cap. 29. à num. 35. vbi plura, & à num. 75. amicus nostèr, sempèr venerandus, & colendus, iam nunc Regius Concionator P. Andr. Mendo de iur. academic. lib. 3. quæst. 43. num. 489. & seq. qui ex consuetudine aliud obleruari affirmat, Capiblanc. vbi suprà pragmatic. 7. à num. 20. vbi etià addit, intelligi sempèr expressum in sententijs, vt similitèr se abstineat, & exclusus videatur exulatus t à locis, vbi Prorex, Regia Audentia, vel Tribunal, aut Regium sigillum sunt; quod Parlador, & P. Mendo notant, item Francisc. Marc. decis. 359. part. 1. Franch. decis. 129. num. 2. Elisæus Dança in pugn. Doctor. tom. 1. tit. de exilio, & relegat. num. 23. & 28. & declaravit Senatus t nostèr Argentinus die 26. Nouemb. anni 1670. in causa criminalli à nobis instituta contrà Don Ioannem de Thoro Buytron, qui in rixa paruo arachabusio, vulgo Pistola, licet inermi, & ad operandum, seu damnum inferendum, non apto, vñus fuit; ipsumque t secum habuit, & domi retinuit contrà text. in

leg. 16. & 17. tit. 23. lib. 8. Recopil. iunctis Narbon. ad leg. 12. tit. 6. lib. 6. Recop. gloss. 2. Peguer. decis. 55. Gizarell. decis. 25. vbi addentes, Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 4. cas. 3 94. à num. 42. Gama decis. 170. Mastrill. decis. 155. Giurba obseruat. 33. Cumia ad Ritus Regn. Sicil. cap. 60. num. 6. Plaza de delict. lib. 1. cap. 8. à num. 19. Mar. Mut. ad pragmat. Sicil. tom. 1. tit. 41. Ioan. Baptist. Thor. vot. 26. Bull. Pij IV. quæ incipit cum vices, §. 1. pag. 63. tom. 2. Bullar. vbi, §. 3. & 4. prohibita est quoàd hoc quecumque licentia, Farinac. consil. 45.

Hoc enim omne Curiæ t nomen, omnino complectitur, vt exprimit textus in leg. 27. tit. 9. part. 2. in illis verbis: Certe es llamado el Lugar donde es el Rey, è sus vassallos, è sus officiales con él, quele han cotidianamente de consejar, &c. vbi D. Gregor. Lopez, adde D. Couarrub. praticar. cap. 4. num. 10. Garc. de expens. cap. 12. à num. 24. Cabed. decis. 13. num. 3. part. 1. Gonçalez ad Regul. Oñau. Cancell. in proœm. §. 1. num. 7. & gloss. 13. §. 1. à num. 2. Barbos. dict. allegat. 57. num. 128. D. Vrrutigoit. in tractat. de competent. quæst. 8. num. 19. alterum Vrrutigoit. de Eccles. Catedralib. cap. 29. numer. 112. Gabr. à Sanct. Vicent. de censur. disput. 4. quæs. 9. num. 239. Ità, por auto del Consejo, el desterrado t de Madrid, se entiende estar tambien desterrado de las Villas de Alcalà, y Illescas, y sus jurisdicciones; verba sunt remiss. tit. 6. lib. 2. Recopilat. circa fin.

Eodem modo, qui à loco delicti exulatus est, etià à propria t patria, intelligitur exulare. Iacob. Beluif. in pratic. Iudic. tit. de fuga reor. num. 39. Bayard. ad Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 71. à num. 1. & 5. Caualcan. de brach. Reg. 4. part. num. 29. Vulpel. consil. 58. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 330. D. Retes in dict. §. Interdicere in princ. Dança vbi suprà, à num. 27. in dict. tit. de exilio. Vndè vere, & propriè exilium dici debet, t & solet, expulso à propria patria, vt doctè notauit Francisc. Hoto man. de verb. iur. verbo Exilium iunctis Menoch. vbi proximè cent. 5. cas. 502. num. 56. Capic. Latro dict. consult. 53. num. 22. D. Valençuel. consil. 36. num. 61. D. Salced. dict. cap. 10. à num. 38. dicentibus exulationem à propria patria esse pœnam t grauem, durissimam, & ab omni humilitate alienam, optimè ex multis, Mut. decis. 64. num. 8. Anchæ. consil. 75. num.

3. Mascard. de probat. conclus. 1175 à num.
 25. Barbos. in leg. pen. num. 7. & in leg.
 fin. num. 4. Cod. si seru. exportand. Veneat.
 40 cùm t̄ culibet sit dulcissima, charissima,
 ac suauissima, leg. Qui habebat 99. ff. de
 legat. 3. Cassan. in Cathal. Glor. Mund.
 part. 12. consid. 17. gloss. in dict. leg. fin.
 Auiles in cap. 1. Praetor. verbo Tierra, nu-
 mer. 13. Azeued. in leg. 14. tit. 3. lib. 1.
 Recopil. num. 27. Mar. Cutell. de donat.
 tract. 1. discurs. 2. part. 11. num. 72. Mas-
 card. Barbos. D. Valençuel. & alij sup-
 rā, quibus adde Plutarch. in Apoph-
 thegm. pag. 366. tom. 1. & de exilio, pag.
 604. cum seqq. tom. 3. Gruter. ad Tacit.
 cap. 19. §. 6. Erasm. declamat. contrā Ty-
 rannicid. pag. 87. Polyb. lib. 4. Histor.
 pag. 342. & lib. 6. pag. 568. latè D. Sol-
 lorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 1. cap. 5.
 num. 70. & lib. 2. cap. 23. num. 39. &
 lib. 3. cap. 27. num. 74.

Sic similitèr à propria patria exulatus,
 intelligitur t̄ etiā eliminatus ab eius
 territorio, Bald. in Auth. item nulla
 Cod. de Episcop. & Cleric. num. 7. & in
 leg. Ex ea causa, ff. de postuland. lectur.
 41 2. Roland. consil. 33. à num. 43. lib. 3.
 Anton. Caraciolus apud Donat. Anton.
 de Marinis allegat. 90. num. 8. Ricc. col-
 lectan. 2680. Nicol. Anton. Gizzarell. de-
 cis. 23. num. fin. vbi Balthas. de Angel.
 à num. 1. Didac. Mari num. 9. & Ioseph.
 Mele à num. 1. in notis, Robit. ad prag-
 mat. 1. de relegat. num. 6. Rippoll. variar.
 cap. 8. num. 277. Dança vbi suprā dict.
 cap. 7. num. 9. & tit. de Giudatico, cap.
 2. num. 4. in fin.

Potest nihilominus à Ciuitate exula-
 tus, illāc itē faciens t̄ transire; cùm sit
 velūt actus momentaneus, qui in poena-
 libus t̄ non punitur, itā Ioan. Mar. No-
 uar. quæst. forens. lib. 1. quæf. 28. à num.
 1. Ioan. Paul. Xammar. rerum iudicat. 1.
 part. definit. 18. num. 25. itā etiā si ad
 42 eam accedat, & non t̄ capiatur, non in-
 cident in contraventionis poenam, latè, &
 optimè Marin. resolut. iur. lib. 1. cap. 116.
 num. 1. & 2. vbi sub num. 9. ex Butricar.
 Bald. Marsil. & Farinac. & iterum, cap.
 303. num. 4. docet, idem esse, si inuitus,
 & violentè t̄ exulatus, & bannitus ad
 Ciuitatem ductus sit, vt non incidat in
 poenam, veluti si nauigando, vi tempe-
 statis, accesserit ad locum prohibitum,
 refert in specie decisionem; cuius verba,
 quia in casu irregulari prolata sunt, refe-
 ro, & sunt hæc in dict. cap. 303. à num. 5.

Secundò hæc omnia rerum iudicatarum

authoritate corroborantur, & in casu for-
 san maioris considerationis; etenim t̄ 46
 sciant nostri Regnicolæ, Iudeos ad hoc Reg-
 num, & ad omnia alia inuictissimi Regis
 nostri sub perpetuæ seruitutis, & bonorum
 amissionis poena accedere non posse; nam li-
 cèt de utroque iure, & per consit. Regni,
 quis in posterum impunè Hebræorum ha-
 bitatio intèr Christianos licita sit, nec Re-
 ges sine causa ab eorum dominio expellere
 illos possunt, vt per Oldrad. consil. 89. &
 264. & ex relatis per Reg. Robit. in prag-
 mat. 1. num. 5. de Iudeis; tamèn vt habeo
 ex quibusdam t̄ manuscriptis D. Bernar-
 dini de Sancta Cruce, qui fuit Regiæ Ca-
 meræ Præses, & Locum tenens de anno
 1533. ex Regis mandato fuit emanatum ban-
 num, & demùm in anno 1539. promulgata
 pragmatica, quibus sanctionibus fuit ius-
 sum, teneri Iudeos signatos incedere, vt ab
 alijs dignoscerentur; necnon, vt seorsum
 à Christianis in certo loco destinato habita-
 rent (sic enim hodiè seruatur in alma Vrbe)
 cumque parere noluerint, in anno 1544. de
 ordine tanc Domini Proregis aliud fuit
 promulgatum bannum, ordinatum, vt sub
 pœnis prædictis ab hoc Regno discedere de-
 berent; ex quo tempore nunquam absque
 saluoconducto in hoc Regno commercium
 habuerunt. Occurrit demum, & non semel
 post hanc t̄ expulsionem dubitari, an pœnis 48
 prædictis locus esset, vbi illi nauigantes
 per mare alterius iurisdictionis, quam Do-
 mini Regis nostri ventorum vi ad aliquod li-
 tus Regni huius accessum haberent?

Et ad Iudeorum fauorem, præfatus Do-
 minus de Sancta Cruce pluriès per Regiam
 Cameram in Collaterali Consilio decisum t̄ 49.
 testatur; præsertim de anno 1579. & idem
 eodem anno determinatum dicit in Regno
 Siciliae in causa naufragij cuiusdam nauis
 Hebræorum, quæ ad Siracusianum Portum
 demersa venerat vbi opposito per Regium
 Fiscum, & Magnum Admiratum, illos
 in commissum incidisse, discussis discutien-
 dis, fuit tandem ad Iudeorum fauorem iu-
 dicatum, ad pristina eos restituendo.

Et licet idem Dominus Locum tenens
 de Sanct. Cruce de anno sequenti 1580. pri-
 ma die Februarij contrarium per eandem
 Regiam Cameram in Collaterali Consilio iu-
 dicatum dicat, in alia causa Iudeorum, qui
 similitèr t̄ ex vi ventorum cum nauis ad li-
 tus maris Hostunj venerat; ex relatis ta-
 mèn per eundem Dominum videtur decisio
 illa particularem habuisse rationem, cùm
 constabat, Iudeos illos incolatum habere
 in terris, & locis Tarcae subiectis, & sic
 juc-

fuerunt reparati, ut nostræ Christianæ Religionis inimici, & quod etiam eis bellum indicium intelligebatur, & quamvis demum subdat, quod duo ex dominis iudicantibus contrarium tenebant; tamè quinque alij dixerunt, quod ex quo erant inimico nostro subditi, & vassalli, illique tributa soluebant, & pro speculatoribus seruiebant per hoc debebant, tanquam veri hostes tractari, & reputari, ac proinde debere illos bona, & libertatem amittere, per Auth. nauigia, Cod. de furt. prout sic iudicatum fuit sub die predicta 1. Februarij; licet sub die 26. in gradu reclamationis referat decimum bene fuisse iudicatum quoad bona quo ad personas autem, esse absoluendos; credo tamè ex summa aequitate passum infortunium considerantes, Dominos sic iudicasse.

Si igitur, ut propositum absoluamus dubium, in casibus praedictis & ventorum vis, sinistraque fortuna tantæ fuit considerationis, ut pro Christianæ Religionis inimicis (maximè Hæbreis, cum quibus rigor seruandus Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 7. num. 1.) fuerit iudicatum, quanto magis in casu nostro idem pro amicis iudicandum sit. Hucusquè Marinis, huius decisionis meminit Ioan. Baptist. Thor. in supplement. decision. verbo Banniti. Argumentum hoc à fortiori validum est in iure latè, & plenè, D. Monsalve in alleg. iur. por Iuan Esteuan Doria con Don Joseph Strata, num. 182.

An autem exilium fregisse dicatur, si exulatus à Ciuitate accessum habuerit ad Ecclesiam interterritorio, & terminis Ciuitatis sitam? Et negariè & respondent P. Diana 4. part. Moral. tractat. 1. de Immunit. resolut. 92. & 6. part. tractat. 1. resolut. 21. versic. Verum in fine, & alij infra, ex ea ratione, quia Ecclesia & non dicitur de territorio Ciuitatis, ut latè fundant Cyn. in Authent. quis, post princ. Cod. ad leg. Iul. de adulter. Bald. in leg. Omnes populi Cod. de Summ. Trinitat. numer. 96. Marsil. consil. 32. à num. 12. Paschal. de virib. patr. potestat. 4. part. cap. 3. à num. 25. Capiblanc. de Baronibus tom. 2. cap. 34. num. 6. Ioan. Laganarius in addit. ad num. 7. Rouiti in titul. de exilib. à num. 4. Alexand. Sperell. decis. 3. num. 11. & 16. P. Dian. dict. resolut. 92. & dict. resolut. 21. versic. Ad doctrinam in fin. Dança ubi suprà, num. 52. Decian. lib. 6. crimin. cap. 26. num. 8. Ioseph. de Mele ad Gizzarell. dict. decis. 23. num. 30. vbi num. 7. querit etiam, & àn incidat in poenani bannitus, seu exulatus à Ciuitate, si

non ad eam, sed solum ad ipsius subvrbia accesserit, ad quod videndi Capiblanc. in dict. pragmat. 7. num. fin. & alij suprà.

Contrarium & tamè, quoad Ecclesiam, docere videntur Salicet. in Auth. item nulla, Cod. de Episcop. & Cleric. numer. 4. Farinac. de carcerib. & carcerar. quæs. 28. ampliat. 8. num. 62. Vin. decis. 497. num. 2. Bouadill. in Politic. lib. 2. cap. 18. num. 160.

Intelligenda autem sunt hec omnia, media distinctione; videlicet, ut Ecclesia & dicatur, & sit de districtu, & territorio Ciuitatis, in materia fauorabili, secùs verò in odiosis, & poenalibus; ita distinguit Bolognet. in leg. fin. ff. de iurisdiction. omn. iudic. antè, num. 7. ex Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 36. Felin. num. 69. in 3. quæst. de constit. & hoc voluit Baldus in leg. Siquis in hoc, num. 2. in fin. Cod. de Episcop. & Cleric. cùm dixit: Ecclesiæ sunt & de territorio, in quo sunt situatae, quantum ad protectionem; licet non, quantum ad impugnationem, Anton. Carraciolus dict. allegat. 90. à num. 2. 9. & sequenti.

Ab aliquo territorio exulatus, etiam à mari adiacente & exclusus, & exulatus intelligitur, secundum veriorem opinionem de qua Bald. in cap. Licet, de ferijs Felin. in cap. Ad liberandam 17. de Iudeis, Angel. num. 5. Mele num. 25. & 27. in additionib. ad Gizzarell. dict. decis. 23. ex Foller. in prax. crim. tit. bandiantur, numer. 29. vbi Balthas. de Angel. num. 30. Dança dict. cap. 7. num. 9. Quoniā marre est eiusdem & iurisdictionis, cuius est territorium adiacens, & cuius ripæ, & littoralia ab ipso mari circuuntur, & inundantur, leg. Insulae 9. ff. de Iudic. latissimè D. Valençuel. consil. 100. num. 55. à princ. Giurb. consil. 79. num. 30. D. Crespi obseruat. 15. num. 220. Dominic. in cap. Vbi periculum de elect. in 6. vbi bona gloss. verb. Territorium, Garc. de expens. cap. 21. num. 34. Ioann. Bodin. de Republic. lib. 1. cap. 12. D. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 2. cap. 6. num. 22. & lib. 3. cap. 3. num. 35. 30. Gifan. in leg. Quamvis 50. ff. de acquir. rer. Domin. num. 4. D.D. Ioann. Muriel Berrocal doctissim. primarius Matritens. aduocat. deinde vigilantiss. Granatens. Cancelariæ Fiscalis, in allegat. iur. por Pedro Sable, sobre yna presa con Roberto David, numer. 30. licet contrarium & innuere videantur idem Felin. in Rodulfus, num. 7. versic. Declaratio secunda, de rescript. Fulu. Constant. in leg. Vnic. Cod. de classis,

sicis, lib. 11. num. 7. Caracciolum ubi saprà ad num. 9. Marin. dict. cap. 116. num. 6. qui sunt accipiendi, ut suprà, dicebamus quando versamur in materia omnino pœnali; quæ extensionem non admittit.

Ad certum tempus exulatus, queri solet, àn finito exilio tempore + ad Ciuitatem, & Locum redire possit? Et posse affirmant omnes etiàm absquè Superioris licentia, & metu pœnæ, ex leg. Fratres 33. ff. de pœn. leg. Imperator 8. ff. de postuland. Bald. consil. 34. vol. 1. à nu. 1. & in proœm. Digestor. §. Hec autem tria, & in cap. Ex literis, de constitut. cap. De causis, de offic. delegat. Cremens. singul. 48. Herculane. de caution. de non offendend. cap. 31. num. 15. Knichen. de iur. territor. cap. 3. num. 467. fol. 44. Dec. consil. 61. Corbul. de iur. emphyteat. tit. de caus. priuat. obtemp. finit. num. 7. Suid. decis. 75. num. 3. & decis. 244. in fin. & consil. 88. num. 8. Guazin. dict. defens. 33. cap. 27. num. 16. Amendol. ad Franch. decis. 116. num. 3. & decis. 487. à num. 4. Mut. decis. 63. num. 16. Dança ubi suprà, num. 49. Mele ubi suprà, num. 42. Capiblanic. dict. pragm. 7. num. 12. licet deinde, num. 16. ex Boer. decis. 217. num. 24. afferat hoc intelligi 62 habita primò + à Superiore licentia, & facultate; sed Boerius in alio casu loquitur.

63 Commune namquæ est apud omnes, finito exilio tempore, exulem + redire posse in statum pristinum, leg. Rectores 24. Cod. de pœn. per hęc verba: Rectores Provinciarum conueniri præcipimus, ut ij, qui pro suo criminе pœnam exilio sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto præfinito tempore, nèc claustris carceralibus, nèc in locis, quibus exules versati sunt, teneantur, Guazin. ubi suprà, defens. 5. cap. 1. num. 50. Caball. resol. criminal. cas. 142. à num. 4. Iacob. Gothofred. in dict. leg. Rectores, quæ est 23. in suo Codice Theodosiano, sive ad antiquam Dignitatem, Amendol. ubi suprà, num. 2. vide tamèn Cuiac. lib. 20. obsernat. cap. 38. Groenueg. de legib. abrogat. in leg. 2. mox referend. num. 3. non autem ad nouam, nisi tanto + tempore elapsò, quanto exulavit, ut in dict. num. 2. notat ex leg. 2. Cod. de his, qui in exilium dati, lib. 10. Ad tempus (inquit Imperator Gordianus) exulare Decurio iussus, & impleto tempore regressus pristinam recipit Dignitatem; ad nouos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinerit, quanto per fugam, absfuit.

Interim vero, & dum suspensionis, &

confinationis tempus durat, ad aliud officium, + & honorem promoueri suspensus non potest, Aresmin. Tepat. variar. lib. 1. tit. de bann. & bannit. relegat. col. 1. Mastrill. de magistrat. lib. 2. cap. 9. Giurb. consil. 49. num. 21. in fin. Francisc. Marc. decis. 360. nam. 1. & decis. seq. part. 1. Gabriel Berart. in specul. visitat. cap. 7. num. 8. Tap, decis. Suprem. Consil. 17. Robot. ad pragmat. 15. de officialib. num. 13. Pont. de potest. Proreg. tit. de election. official. §. 5. num. 3. Amendol. ubi suprà, num. 5. Suspensione vero, vel relegatione hac temporali pendente, stipendijs + debitibus, ratione politici officij, frui debere relegatum, refert decisum Ioan. Papon. ad decisiones Franciae, lib. 24. tit. 15. arrest. fin. Capicio Latro, ex eo, consultat. 36. num. 29. vide Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 94. aliud dicendum respectu relegati in perpetuum, + seù banniti, qui salario etiàm priuat, vt ex Socin. Iun. Ruin. Boer. & Peregrin. notauit Lanfranc. Zach. de salar. quest. 20. numer. 10.

Non tamèn recuperat primum locum, qui iterum ad Officium, + & Dignitatem primam admittitur, si id fiat ex gratia Principis, vide latè, ex cap. Ex insinuatione 26. de simon. ubi Felin. Barthol. in leg. 2. ff. de Decurionib. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, num. 62. Botthillier. de success. ab intestat. cap. 3. theorem. 110. numer. 25. Gratian. disceptat. forens. cap. 423. num. 36. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 12. num. 92. & claus. 7. gloss. 3. part. 2. num. 13. & decis. 215. Barbos. de Canonic. cap. 18. num. 15. Anton. Fab. ad lib. 1. Codic. tit. 3. definit. 13. Capic. Latro consult. 62. num. 50. & seq. Gratia namquæ Principis interueniente, restitutus dicitur + nouus homo, si deportationis pœnam, vel aliam similem passus fuerat, ut ex leg. Si debitor 3. & seq. Cod. de sent. pass. leg. Si marito 32. ff. solut. matrimon. leg. Si debitori 48. ff. de fidelissorib. Gratian. dict. cap. 423. & Felic. allegat. 34. lib. 1. probat in specie Cæs. Caren. resolut. variar. resolut. 100. num. 1. optimè Ioan Francisc. Andreol. controuers. forens. controuers. 58. à numer. 2.

Secūs vero si ex iustitia fiat + restitutio; tunc namquæ primum locum, & prægatiuas omnes recuperat, vt plures ex relatis notant Peregrin. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 21. 40. & 44. Ann. consil. 32. & dñb. seqq. Capic. Galeot. controuers. iuris, lib. 2. controuers. 45. à num. 28. Fontanell,

nell. dict. decis. 215. Marin. resolut. iur. lib. 2. cap. 46. num. 15. plenè amicus noster doctiss. Aduocatus Don Paul. Anton. Suarez in allegat. iur. por Ioan Baptis. Germani, contra Ramon Sureda, sobre la restitucion de vn naufragio, à num. 39. cum alijs optimè apùd Nos, leg. penult. tit. 30. lib. 2. Summar.

- Vnum omnino nota, simpliciter restitutum t bannitum annum legatum recuperare (quidquid sit quoad alia bona) ita, ex Peregrin. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. fin. vers. Limita, & intellige, & Caualcan. de usufruct. mulier. reliq. num. 233. docet Math. Burat. decis. 643. num. 14. sic similiter petere poterit alimenta t preterita à die sententiae, ex leg. Legatum 10. ff. de capit. diminut. leg. Is, cui 11. ff. de alim. & Cibar. legat. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 59. num. 21. Handed. consil. 59. num. 77. lib. 1. Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 6. num. 16. in fin. quod tamèn intellegirem, de restituto ex iustitia non quandò per gratiam Principis restituitur damnatus, vt supponere videtur Mesa.
- 72 73

- An autem, & quando carceratio in exiliis temporalis poenam t computetur, & admittatur, ad leg. Omnes 23. dict. leg. Rectores 24. Cod. de pœn. & leg. Si diutino 25. ff. cod. & qualiter haec inter se differant, tradunt Gotofred. ad leg. 22. dict. Cod. Theod. de pœn. tom. 3. pag. 321. Guazin. & Caball. ubi proxime, & cas. 164. Mar. Mut. ad capita Regis Federic. cap. 117. à num. 28. tom. 2. Franch. decis. 317. num. 2. Caualcan. de Brach. Reg. dict. 4. part. num. 30. Quibus addendi sunt Marsill. in leg. Qui falsam, §. 1. num. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals. Carrer. in prax. tit. de homicid. §. 28. Farinac. tit. de inquisit. quest. 1. num. 68. & quest. 10. à num. 29. Dec. consil. 535. Anton. Gomez de delict. cap. 1. à num. 7. Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 29. Gigas de crimin. lesæ Maiestat. lib. 1. quest. 14. & 19. Hieronym. de Federicis resolut. crimin. 56. apud Farinac. tom. 2. consilior. criminal. Corras. miscellan. lib. 2. cap. 20. Calder. lib. 3. variar. cap. 2. Ann. Robert. rerum iudicatar. lib. 1. cap. 10. Pet. Herod. rerum iudicatar. lib. 7. tit. 4. cap. 10. Elisæus Dança in pugn. Doctor. tom. 1. tit. de exilio, & relegat. num. 10.
- 74

- Extat vero apud Nos elegans Rescriptum Regium ad precedentia t recte spectans, quo decizum habemus, mandato Regis ab officiis vnu, & administracione suspensum, & remotum etiam ad tem-
- 75

pus certum, & determinatum, ad eiusdem exercitum redire non posse absque Regis noua gratia, & concessione, en verba Rescripti.

EL R E Y. Nuestro Gouernador, que al presente es, o adelante fuere de la la Isla de San Juan de Puerto-Rico; por parte de Francisco Rodriguez, nuestro Contador de esa Isla, nos ha sido hecha relacion, que como nos era notorio el año passado de 1569. le mandamos dar titulo del dicho oficio, para que le sirviese tiempo, y espacio de seis años, en que fue suspendido del dicho oficio Iuan Ponce de Leon, y comenzaron a correr desde onze de Mayo del año anterior passado de 1568. que en virtud del dicho titulo ha servido, y sirue el dicho oficio; y se nos ha suplicado atento a ello, y que cumplido el dicho termino setemaria, que vos le quitassedes el dicho oficio, y considerades que el dicho Iuan Ponce le tornasse a servir, vos mandassemos no lo biziessedes sin orden nuestra, o como nuestra merced fuese.

E visto por los del nuestro Consejo de las Indias, auemoslo tenido por bien; por ende yo vos mando a cada uno de vos, segun dicho es, que no embargante que el termino de los dichos seis años, porque fue proveido el dicho Francisco Rodriguez por Contador de esa Isla, por suspension del dicho Iuan Ponce sean cumplidos, le dexais usar el dicho oficio de Contador, segun, y de la manera que lo ha hecho, y lo anpareis, y defendais en el, y no consintais, ni deis lugar, que el dicho Iuan Ponce se entrometa a lo estoruar, ni usar del dicho oficio en manera alguna, sino fuere t llevando primera licencia nuestra para ello; lo qual cumplireis sin poner en ello impedimento alguno: y si asi no lo biziheredes, por la presente mandamos al nuestro Presidente, e Oidores de la nuestra Audiencia Real de la Isla Espanola, que lo hagan guardar, y cumplir, y executar. Fecha en Madrid à 21. de Abril 1573. años, leg. 79. tit. 2. lib. 4. summar. & leg. pen. tit. 30. lib. 2.

Estque similiter in individuo decisio quedam Regentis Moles, quam ad literam refert Donatus Anton. de Marinis resolut. iur. lib. 1. cap. 310. à num. 6. ubi numer. fin. hec dicit: Et Nos t in Camera iudicauimus in Officialibus, qui fuerunt suspensi per Regiam Maiestatem ad certum tempus in visitatione facta per Reuerendiss. Gasparren de Quiroga, nunc Archiepiscopum Toletanum, Primatum Hispaniarum, & sum.


Summum Inquisitorem omnium Regnorum sue Majestatis, ac Cardinalem dignissimum, quod isti finito tempore non redirent, nisi prævia licentia Domini nostri Regis, qui ita mandauit seruari, & ita consulimus, ad hoc, ut seruaretur decor, & obedientia sue Majestati debita; ipse autem Serenissimus Rex statim mandauit, ipsos suspensos deberre sua officia exercere, propt iuris erat, per text. allegatum per Bald. in leg. Imperator, ff. de postuland. cui adde Cremens. singular. 47. hæc Moles, apud Marin. Adverte tandem in hac materia, exulatum, 79 sc̄ ad exilium + temporale damnatum, sine præfinitione temporis, ad decennium intelligi iniunctum exilium, leg. Sinè præfinito 23. ff. de pœn. Bald. dict. consil. 34. num. 1. lib. 1. Vant. de nullitat. ex defect. process. num. 95. Anton. Gomez de delict. cap. 8. num. 3. Baiard. ad Clar. dict. §. fin. quæst. 71. num. 9. Mar. Muta vbi suprà, cap. 117. num. 23. tom. 2. Peguer. decis. 41. num. 11. Caualcan. de Brach. Regio. dict. 4. part. num. 30. Caball. vbi suprà cas. 143. à num. 1. & 6. Guazin. dict. defens. 33. cap. 27. num. 6.

80 Si autem absolute + in exilium condemnatio fiat, de perpetuo exilio intelligenda est, leg. Seruus sub pœna 10. Cod. de pœn. Gomez numer. 4. Baiard. num. 10. Caualcan. dict. numer. 30. in fin. Caball. numer. 2. Guazin. sub num. 6. locis vbi proximè, Gomez Bayo in prax. cap. 24. numer. 176.; Farinac. in fragment. verbo Bannitus, numer. 79. & seq. quod 81 etiam + eo casu de præciso exilio accipitur, non de voluntario, vt ex Parlador. quotidianar. quæst. quæst. 17. §. 2. n. 6. docent D. Salgad. de Reg. protect. 4. part. cap. 12. num. 84. & Ioann. de Ayllon ad Anton. Gomez dict. cap. 8. num. 4. sed eum male citant, cùm omittant referre, § 2. nota rursus Relegatum + in insulam, in sula non assignata, potuisse sibi eligere. quam mallet, secundum Dionis. Dorleans. ad Tacit. lib. 6. annal. in princ. num. 8. pag. 523.

